Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
14 D
30 M

Digitized by Google

12-14-D-30

Marſilii Ficini Flo- rentini, medici atque philoſophi celeberri- mi, de vita libri tres,

Nunc à mendis ſituq; uindicati.

Quæ his recens adiecta ſunt, verſa indicabit pagella.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

12-14-D. 30

ELENCHVS

D. Ioannis Huoberi Epiſtola, ubi de Autore, ope
re & eius uerſore obiter tractatur.
Autoris dedicatoria ad Laurentium Medicen.

Primus liber,

De ſtudioſorum ſanitate tuenda.

Secundus,

De uita producenda.

Tertius,

De uita cœlitus comparanda.

ACCESSIT

De ratione uictus ſalubris, autore Gulielmo In-
ſulano Menapio Greuibrugenſi.
Epidemiarum antidotus, tutelam quoq; bonæ ua
letudinis continens, per Marſilium Ficinum.

ITEM,

De uictus & medicinæ ratione, quum alio, tum
peſtilentiæ tempore obſeruanda Commenta-
rius, autore Ioanne Guinterio Antoniaceno.
Index etiam rerum atque uocum ſub finem adie-
ctus eſt.

REVERENDISSI-
MO IN CHRISTO PATRI AC
DOMINO, D. NICOLAO ROS-
berg, Abbati Lucellæ Ciſtercienſiū
in Sequanis, digniſſimo Patrono ac
domino ſuo colendiſſimo, Ioannes
Huoberus Baſilienſis Artium
& Medicinæ Doctor

S. P. D.

CONſideranti mihi, reuerendiſsime pater, ac ſæpiuſcule mecum reputanti, quonam officij genere, quáue ratione, meæ in te fidei teſtimoniū, ſignificationémque animi tibi addictiſsimi exhiberem, in mentem uenit, ea re id maximè fieri poſſe, qua non præſentibus ſolùm, uerumetiam poſteris beneuolentiæ monumenta quædam relinquuntur. Iſtud autem ipſum, non opibus, nec pecuniarū affluentia, ſed ingenio, eruditione, & bonorum autorum reſtitutione, mortales indipiſcuntur, & conſequi poſſunt, quibus uera ad poſterita-

BIBLIOTECA VITTORIO ROMA

tem commendatio, & ſolida gloria ineſſe, facile cernitur. Excuſſa igitur & diligẽter perſpecta literaria noſtra ſuppellectile, neſcio quo fato obtulit ſe Marſilij Ficini opus planè aureũ, quod cum rurſus, propter diſtracta quæ extabant exemplaria, ædendum nobis uideretur, nec etiam deeſſent, qui æditionem urgerent, placuit ut hic autor, donec maiora & operoſiora parantur, ſub felicibus auſpicijs tuis, emaculatior in lucẽ prodiret, & ſi caſus aliquis ferret, ampliſſimi nominis tui patrocinio defenderetur. Viſusq; eſt is autor iudicio tuo acri non indignus, quãdoquidem ex illius lectione, qua nihil ſplendidius, ſperamus mirificè conſultum, non ſolùm quòd ad tuæ paternitatis bonam ualetudinem conſeruandam attinet, uerum etiam ſtudioſorum omnium ſalubritati proſpectum fore: cum nullum genus hominum, uita incolumi, & longa ſit dignius. In manus igitur ſumptus eſt Marſilius, & per hæredes Andreæ Cratandri Baſilienſis typographi prælo commiſſus: Marſilius, inquã, ille Ficinus, natione Italus, patria Florentinus, ſacerdos, Ficini Medici clariſſimi filius, græcè & latinè doctiſſimus, Platonicæ philo-

ſophiæ

Digitized by Google

ſophiæ decus præcipuum, ſcripſit ornatiſsimo ſermone multa præclara opuſcula, quæ ſi omnia eſſent ordine recenſenda, epiſtolaris anguſtia ferre non poſſet. Ea uerò quæ in hoc opere tractāda ueniunt, paucis oſtendemus. Libri de Triplici uita tres ſunt. Primus, de Studioſorum ſanitate tuenda, pertractat: ſecundus, de Vita producenda: tertius, de Vita cœlitus comparanda. In Apologia agitur de re Medica, Aſtrologia, Vita mundi, de Magia & Magis qui Chriſtum Opt. Max. ſtatim natum ſalutauerunt. Ad hæc Antidotus Epidimiarum adiectum eſt, quam grauiſsimus ille autor ſua uernacula lingua, hoc eſt Thuſcana, precibus amicorum conſcripſerat: tandem à Hieronymo Ricio Ticinenſi latinitate donata: quam ſi tua paternitas cùm per ocium licuerit, legat, erit unà cum uoluptate, & dictionis elegantia, etiam quædam non uulgaris commoditas coniuncta. Docet enim nō ſolùm mali ἐπιδημιῶς graſſantis, præſentisq́; curationē, ſed etiam quibus medelis hæc lues à corporib. arceatur. Porrò quòd ad ampliorem autoris cōmendationem attinet, qua multis iure optimo debebat & poſſet com

mẽdari, quãuis exotica laude nõ indigeat, neq; alienis encomijs: res enim (ut dicitur) ἀυτῆ σεαυτὴν αὐλεῖ. Tamen hoc unũ in præſentia adij ciemus, reliqua procœmiaſtis relinquimus, qui prolixius hæc proſequũtur, Marſiliũ nobis Platonicum philoſophiam ab inferis reuocaſſe, inte greq; reſtituiſſe, & ueluti in Epitome uaſtum illud opus redegiſſe. Quare digniſsimũ cẽſemus, qui omniũ eruditorum uirorũ manibus aſsiduè teratur. Hunc igitur ſumma reuerentia digniſsime pater, ſuſcipe Marſilium, fronte hilari, & ex eo ſalubria tuendæ ſanitatis, & profligãdi morbos præcepta, excerpe, quo fiat ut diu nobis omnibus uiuas: dabimus poſthac operam ſedulam, ut etiam maiora, honoris cauſa, tuo nomini auguſtiſsimo conſecrẽtur, ut tandem nemini non innoteſcat, animi noſtri erga Paternitatẽ tuam admodum propenſi, ſignificatio. Vale Abbatum decus, & ſtudia fouere perge. Baſileæ, die 21. Ianuarij, Anno à Chriſto nato 1549.

MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM DE *Vita, ad magnanimũ Laurentium Medicen patriæ ſeruatorem, Epiſtola dedicatoria.*

BAcchum Poetæ ſummum antiſtitem, ſacerdotẽ, bis natũ canunt. Fortè ſignificantes, uel futurũ ſacerdotẽ ſtatim initiatum, oportere renaſci: uel perfecti tandẽ ſacerdotis mentẽ Deo penitus ebriam, iam uideri renatam: Aut forſan humiliore ſenſu, uinum Bacchi germen generari ſemel in uite quaſi Semele, maturis ſub Phœbo racemis: regenerari rurſum poſt ipſum uindemiæ fulmen in ſuo uaſe ui

num, uelut in Iouis femore me-
rum. Sed de ſacris in præſentia
myſterijs nõ eſt loquendũ, ubi
mox phyſica potius ope languẽ
tibus opitulaturi ſumus. Nec a-
gẽdũ ſtylo grauitatis ſeruo, ſed
libero potius & iocoſo, poſtq̃
à Libero patre neſcio quomo-
do ſtatim exorſi ſumus. Et recte
inquam, neſcio quomodo: nam
fortè pudentior aliquis, à Phœ-
bo Medicorũ primo, potius q̃
à Baccho medicinã auſpicatus
eſſet. Quid uerò? Si quod nõ ua
num omen ſit, in ore nunc ſorte
quadam proferente Bacchum.
Hic enim almo quodam uino ſe
curitatéque lætiſſima, ſalubrius
fortè medetur, quàm herbis il-
le ſuis carminibusq; Phœbus.

Quo.

Quocūq; uerò ſenſu uel illa uel hæc acceperis, dux ille ſacerdotū Bacchus, geminas quaſi matres habuiſſe fertur. Melchiſedech aūt ſummus ille ſacerdos, unam uix matrem, unum uix patrem habuit. Ego ſacerdos minimus, patres habui duos: Ficinū medicū, Coſmū Medicen. Ex illo natus ſum, ex iſto renatus. Ille quidē me Galeno, tum medico, tum Platonico commendauit: hic autē diuino conſecrauit me Platoni. Et hic ſimiliter atq; ille Marſiliū medico deſtinauit: Galenus quidem corporum, Plato uerò medicus animorum. Iamdiu igitur ſub Platone ſalutarē animorum exercui medicinam, quando poſt librorum omniū

eius interpretationem, mox de-
cem atq; octo de Animorum im
mortalitate libros, & æterna feli
citate compoſui, ita pro uiribus
patri meo Medici ſatisfaciens.
Medico uerò patri ſatis dein-
ceps faciendũ putans, librũ De
literatorum ualetudine curãda
cõpoſui. Deſiderabãt præterea
poſt hęc homines literati, nõ tã
tum bene quandoq; ualere, ſed
etiam beue ualentes, diu uiuere.
His ergo deinde librũ de Vita
longa dedi. Diffidebant aũt me
dicinis atq; remedijs in re tanta
terrenis. Adiunxi librũ de Vita,
tum ualida, tũ longa cœlitus cõ-
parãda, ut ex ipſo mundi corpo
re uiuo, uita quædam uegetior
in corpus noſtrum quaſi quod-

dam mũdi membrum, uelut ex uite propagaretur. His uerò tu medicinæ libris ignoſce precor indulgentiſſime Laurẽti, ſi dum medicus eſſe uolo, neſcio quomodo etiam nolens ſum & ſi nõ bonus ſępe poeta. Nam & Phœbus idem eſt medicinæ repertor, poeſiſq́ʒ magiſter, uitámque ille ſuam nobis nõ tam per herbas, quàm per citharam cantúmque largitur. Ipſa quinetiam Venus apud Aſtrologos Muſicum æquè parit & Medicum. Sed hactenus dum literatorum ciuiûmque ſimilium uitæ curioſius conſulo, librorum meorum ſalutem negligo, quandiu inter ſe patior eſſe ſeiunctos. Quamobrem in eos

nunc

nunc primũ pius, in corpus unũ copulò. Cuius artubus in unam formam iam cõpactis, uita protinus adſit. Non poteſt autem hoc opus phyſicũ, id quaſi corpus meum, uitam accipere niſi meam. Eiuſmodi uerò uita, ex mea duntaxat pendet anima. Hæc autem iamdiu penes te magnanime Laurenti, mi patrone, uiuit: in ea prę ſertim ampliſſimarum ædium tuarum parte, ubi unà cum Platone, noſtrũ illud de Animorũ immortalitate ſeruatur opus, tuo iampridem nomini dedicatũ. At animus iſte meus, & ſi in beata quadam quaſi patria penes te uitam agit, uerũtamen quod & Theologi uolunt, inquietus eſt interea, donec

nec opus id phyſicum tanquam ſuum corpus accipiat. Accipe igitur optime Laurēti poſt illos de Anima, hos etiam de Corpore libros, eodemq́ꝫ afflatu, quo & illis dudū, feliciter his aſpira. Ita enim & corpus hoc ſub tuo ſpiritu, per ſuam uiuet animam, & anima uiciſſim noſtra cum iam ſuo corpore in tuis laribus conquieſcet.

MARSILII FICINI FLORENTINI MEDICI ATque Philoſophi celeberrimi, de Studioſorũ ſanitate tuenda, ſiue eorum qui literis operam nauant, bona ualetudine conſeruanda.

LIBER PRIMVS.

DE NOVEM STVDIOSORVM DVCIBVS. CAP. I.

QVICVNQVE iter illud aſperum arduumq́; & longum ingrediũtur, quod quidem uix tandem ad excelſum nouẽ Muſarum templum aßiduo labore perducit, nouẽ omnino itineris huius ducibus indigere uidentur: Quorũ primi quidem tres in cœlo, tres ſequentes in animo, poſtremi tres in terra, nos ducunt. Principio, in cœlo Mercurius, ut inueſtigãdo Muſarũ iter aggrediamur, uel impellit uel adhortatur: ſiquidem Mercurio tributũ eſt inueſtigationis omnis officiũ. Deinde Phœbus ipſe, & quærẽtes animos et res quæſitas ſplẽdore uberrimo ſic illuſtrat, ut perſpicue qđ quæ-

Mercurij officium.

quærebatur, à nobis inueniatur. Accedit gratioſiſsima Venus, Gratiarũ mater, atq; almis omnino lætisq; radijs ſuis, rem omnẽ adeò condit & ornat, ut quicquid & inſtigante Mercurio quæſitũ fuit, & monſtrante Phœbo iam erat inuentũ, mirifica quadam & ſalutari uenuſtate Veneris circumfuſum, delectet ſemper & proſit. Sequuntur tres itineris huius duces in animo, uidelicet uoluntas ardens & ſtabilis, acumen ingenij, memoria tenax. Tres in terra poſtremi ſunt, prudentiſſimus paterfamiliâs, probatiſsimus præceptor, medicus peritiſsimus. Abſq; his nouẽ ducibus nemo ad ipſum nouem Muſarũ templum peruenire uel potuit, uel poterit unquam. Cæteros quidẽ duces ab initio nobis præcipue Deus omnipotẽs naturaq; tribuerunt, tres uerò poſtremos noſtra adhibet diligẽtia. Sed præcepta officiaq; quæ ad patremfamiliâs, & quæ ad præceptorẽ circa literarum ſtudia pertinent, antiqui plures ſapientesq; tractauerũt, præcipue Plato noſter, et ſæpe aliâs, & in libris de Repub. ac de Legib. diligentiſsimè. Deinde Ariſtot. in Politicis, Plutarchus quoq; & Quintilianus egregie. Solus autem literarũ ſtudioſis hactenus deeſt medicus aliquis, qui manum eũtib. porrigat, ſalutaribusq; cõſilijs atq; medicinis adiuuet eos, quos neq; cœlũ, neq; animus, neq; paterfamiliâs præceptorue deſtituit. Ego igitur ſortem

Animorũ duces.

ſortem eorum laborioſiſsimā miſeratus,qui diffici le Mineruæ minuentis neruos, iter agunt, primus tanquā medicus debilib. et ualetudinarijs adſum, ſed utinā facultate tam integra,quàm propitia uo luntate.Surgite iam adoleſcentes, Deo duce alacres:Surgite iuuenes,atq; uiri,quos ardentius Mineruæ ſtudium nimium eneruat. Accedite libenter ad medicum,qui uobis ad inſtituti ueſtri perfectionem,monſtrante Deo atq; fauente,conſilia remediaq́; ſalutaria largitur.

¶ Quàm diligens habenda cura ſit cerebri,cordis, ſtomachi,& ſpiritus. Cap. II.

PRincipiò quantā curſores crurium,athletæ brachiorum, Muſici uocis curam habere ſolent,tantam ſaltem literarū ſtudioſos cerebri, & cordis,iocinorisq́; & ſtomachi oportet habere rationem:imò uerò tanto maiorem, quanto & membra hæc præſtantiora quàm illa ſunt,& ij frequentius atq; ad potiora his mēbris,quàm illi illis utuntur. Præterea ſolers quidlibet artifex inſtrumenta ſua diligentiſsime curat:penicillos pictor,malleos incudesq́; faber ærarius,miles equos et arma, uenator canes & aues, citharā citharœdus,et ſua quiſq; ſimiliter. Soli uerò Muſarum ſacerdotes, ſoli ſummi boni ueritatisq́; uenatores,tam negligentes(proh nefas)tāq; infortunati ſunt ut inſtru

Cerebri cura diligens habenda.

mentum illud, quo mũdum uniuerſum metiri quodammodo & capere poſſunt, negligere penitus uidentur. Inſtrumentum eiuſmodi ſpiritus ipſe eſt, qui apud medicos uapor quidam ſanguinis, purus, ſubtilis, calidus, & lucidus definitur. Atq; ab ipſo cordis calore, ex ſubtiliori ſanguine procreatus uolat ad cerebrum, ibiq; animus ipſo ad ſenſus tam interiores quàm exteriores exercendos aßidue utitur. Quamobrem ſanguis ſpiritui ſeruit, ſpiritus ſenſibus, ſenſus deniq; rationi. Sanguis autẽ à uirtute naturali, quæ in iocinore ſtomachoq; uiget, efficitur. Tenuißima ſanguinis pars fluit in cordis fontẽ, ubi uitalis uiget uirtus. Inde creati ſpiritus cerebri, & (ut ita dixerim) Palladis arces aſcendunt: In quibus animalis, id eſt, ſentiendi mouendiq; uis dominatur. Itaq; talis plurimum fermè contemplatio eſt, quale ſenſus ipſius obſequium. Talis autem ſenſus, qualis & ſpiritus: ſpiritus uerò talis, qualis & ſanguis: & tres illæ uires quas diximus, naturalis ſcilicet, uitalis, & animalis, tales, ut ſunt à quibus, per quas in quibus ſpiritus ipſi concipiuntur, naſcuntur, atq; fouentur.

Hepatis cura habenda ſtudioſo.

¶ *Literatos pituitæ & atræ bili obnoxios eſſe.*
Cap. III.

Non

NOn ſolum uerò membra illa, uireſq́; et ſpiritus, homines literarum cupidi curare diligentiſsime debent, uerum etiam pituitam ſemper & atram bilem, non aliter quàm nauigantes Scyllam atq; Charibdim, cautiſsime euitare iubentur. Quantum enim reliquo corpore ocioſi ſunt, tantum cerebro ac mente negocioſi. Inde pituitam, quod Græci phlegma: hinc atram bilem, quàm ijdem melancholiam uocant, gignere compelluntur. Illa quidem ingenium ſæpe obtundit & ſuffocat, hæc uerò ſi nimium abundauerit flagraueritúe, aſsidua cura crebriſq́; deliramentis uexat, animũ iudiciumq́; perturbat: ut non immeritò dici poſsit, literatos fore præcipuè ſanos, niſi pituita moleſta eſſet: & lætiſsimos ſapientiſsimosq́; omnium, niſi bilis atræ uitio uel mærore ſæpe, uel interdum deſipere cogerentur.

Literati quibus uiuant obnoxij morbis.

¶ Quot ſint cauſæ, quibus literati melancholici ſint, uel fiant. Cap. III.

VT autem literati ſint melancholici, tres potiſsimum cauſarum ſpecies faciunt: Prima cœleſtis, ſecunda naturalis, tertia eſt humana. Cœleſtis, quoniam Mercurius, qui ut doctrinas inueſtigemus inuitat, & Saturnus, qui efficit ut in doctrinis inueſtigandis perſeueremus, inuentasq́; ſeruemus, frigidi quodammo

Cauſæ humoris melancholici.

do ſicciq́; ab Aſtronomis eſſe dicuntur: uel ſi forte Mercurius non ſit frigidus, fit tamen ſæpe Solis propinquitate ſicciſsimus, qualis eſt natura apud medicos melancholica: eandemq́; naturam Mercurius ipſe & Saturnus literarũ ſtudioſis, eorum ſectatoribus impertiũt ab initio, ac ſeruant augentque quotidie. Naturalis autem cauſa eſſe uidetur, quod ad ſcientias præſertim difficiles conſequendas, neceſſe eſt animũ ab externis ad interna, tanquam à circumferentia quadam ad centrũ ſeſe recipere, atq; dũ ſpeculatur in ipſo (ut ita dixerim) hominis centro ſtabiliſsime permanere. Ad centrũ uerò à circumferentia ſe colligere, figiq́; in centro, maxime terræ ipſius eſt proprium, cui quidem atra bilis perſimilis eſt. Igitur atra bilis animum, ut ſe & colligat in unũ & ſiſtat in uno contempleturq́;, aſsidue prouocat. Atque ipſa mundi centro ſimilis, ad centrum rerum ſingularum cogit inueſtigandum, euehitq́; ad altiſsima quæq; cõprehendenda, quandoquidẽ cum Saturno maxime cõgruit altiſsimo planetarũ. Contemplatio quoq; ipſa uiciſsim aſsidua quadam collectione & quaſi compreſsione, naturam atræ bili perſimilem contrahit. Humana uerò ea ex nobis cauſa eſt. Quoniam frequens agitatio mentis cerebrum uehemẽter exiccat: igitur humore magna ex parte conſumpto (quod caloris naturalis pabulum eſt) calor

Atra bilis.

lor quoque plurimum ſolet extingui, unde natura cerebri ſicca frigidaq́; euadit, quæ quidem terreſtris & melancholica qualitas nominatur. Præterea ob frequentißimũ inquiſitionis motum, ſpiritus quoq; moti cõtinuè reſoluũtur: Reſolutos aũt ſpiritus, ex ſubtiliore ſanguine inſtaurari neceſſariũ eſt. Quapropter ſubtilibus clarioribusq́; ſanguinis partibus ſæpe cõſumptis, reliquus ſanguis neceſſariò denſus redditur & ſiccus & ater. Accedit ad hæc, quod natura in contemplatione, cerebro prorſus cordiq́; intenta, ſtomachum hepar q́; deſtituit. Quare alimentis præſertim uel uberioribus uel durioribus male cõcoctis, ſanguis inde frigidus craſſusq́; & niger efficitur. Demum nimio membrorũ ocio, neq; ſuperflua excernũtur, neq; glutinoſi tenaces, fuſciq́; uapores exhalant. Hæc omnia melancholicũ ſpiritum, mœſtumq́; & pauidum animũ efficere ſolent. Siquidẽ interiores tenebræ multo magis quàm exteriores, mœrore occupant animũ atq; terent. Maxime uerò literatorũ omniũ hi atra bile premuntur, qui ſedulò philoſophiæ ſtudio dediti, mentem à corpore rebusq́; corporeis ſeuocant, incorporeisq́; coniungunt: tum quia difficilius admodũ opus maiori quoq; indiget mentis intẽtione: tum quia quatenus mentẽ incorporeæ ueritati cõiungunt, eatenus à corpore diſiungere compelluntur. Hinc corpus eorum non-

Animũ cogitatione intentũ corpus ferè deſerere.

nunquam, quaſi ſemianimum redditur atq; melancholicum. Quod quidem Plato noſter in Timæo ſignificat, dicens: animum diuina ſæpiſsime & intenſiſsime contemplantem, alimentis eiuſmodi adeò adoleſcere, potentemq; euadere, ut corpus ſuum ſuprà quàm natura corporis patiatur exuperet, ipſumq; uehementioribus agitationibus ſuis aliquando uel effugiat quodammodo, uel nonnunquam quaſi diſsoluere uideatur.

¶ Cur melancholici ingenioſi ſint, & qui horum ſint eiuſmodi, aut ſecus. Cap. V.

HActenus quam ob cauſam Muſarum ſacerdotes melãcholici uel ſint ab initio, uel ſtudio fiant, rationibus primo cœleſtibus, ſecundo naturalib. tertio humanis oſtẽdiſſe ſit ſatis. Quod quidem confirmat in libro Problematum Ariſtoteles: Omnes enim, inquit, uiros in quauis facultate præſtantes, melancholicos extitiſſe. Qua in re Platonicũ illud quod in libro de Sciẽtia ſcribitur, confirmauit: ingenioſos uidelicet plurimũ concitatos furioſosq; eſſe ſolere. Democritus quoque nullos, inquit, uiros ingenio magnos, præter illos qui furore quodã perciti ſunt, eſſe unquàm poſſe. Quod quidem Plato noſter in Phædro probare uidetur, dicẽs poeticas fores fruſtra abſq; furore pulſari.

Democriti factum.

ſari. Etſi diuinum furorē hic forte intelligi uult, tamen neq; furor eiuſmodi apud Phyſicos, alijs unquam ullis præterquàm melancholicis incitatur. Deinceps uerò aßignandæ à nobis rationes ſunt, quare Democritus & Plato & Ariſtoteles aſſerant, melancholicos nōnullos interdum adeò ingenio cunctos excellere, ut non humani, ſed diuini potius uideantur. Aſſeuerant id Democritus, Plato & Ariſtoteles abſq; dubio: rationē uerò tantæ rei haud ſatis explicare uidentur. Audendū tamē (monſtrante Deo) cauſas indagare, Melancholia (id eſt atra bilis) eſt duplex: Altera quidē naturalis à medicis appellatur, altera uerò aduſtione contingit. Naturalis illa nihil eſt aliud, quàm denſior quædam ſicciorq; pars ſanguinis. Aduſta uerò in ſpecies quatuor diſtribuitur. Aut enim naturalis melancholiæ, aut ſanguinis purioris, aut bilis, aut ſalſæ pituitæ combuſtione cōcipitur. Quæcunq; aduſtione naſcitur, iudicio & ſapiētiæ nocet: nempe dum humor ille accēditur atq; ardet, cōcitatos furenteſq; facere ſolet, quā Græci Maniā nuncupant, nos uerò furorē. At quādo iam extinguitur, ſubtilioribus clarioribuſq; partibus reſolutis, ſolaq; reſtante fuligine tetra, ſtolidos reddit et ſtupidos, quem habitū melancholiā propriè & amētiam uecordiamq; appellant. Sola igitur atra bilis illa, quam diximus naturalem, ad iudicium nobis

Duplex melancholia, ſiue atra bilis.

Mania id eſt furor.

ſapien-

Atræ bilis proportio. ſapientiamq; conducit. Neq; tamen ſemper. Sanè ſi ſola ſit, atra nimiũ denſaq; mole obfuſcat ſpiritus, terret animum, obtundit ingeniũ. Si uerò pituitæ ſimplici miſceatur, quum frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis, craſſa quadam frigiditate ſegnitiem adducit atq; torporem, atq; ut denſiſsimæ cuiuſq; materiæ natura eſt, quãdo eiuſmodi melãcholia frigeſcit, ad ſummũ frigiditatis intenditur. Quo in ſtatu nihil ſperatur, timentur omnia, tædet cœli conuexa tueri. Si bilis atra uel ſimplex uel mixta putreſcit, quartanã gignit febrẽ, lienis tumores, & multa generis eiuſdẽ. Vbi nimis exuberat, ſiue ſola ſit, ſiue coniuncta pituitæ, ſpiritus craſsiores facit atq; frigidiores, continuo animũ afficit tædio, mẽtis aciem hebetat, nec ſalit arcadico circũ præcordia ſanguis. Oportet autẽ atram bilem neq; tam paucã eſſe, ut ſanguis, bilis, & ſpiritus quaſi freno careant: unde inſtabile ingenium labilemq; memoriam eſſe contingat: Neq; tam multam, ut nimio pondere prægrauati dormitare atq; egere calcaribus uideamur. Proinde neceſſariũ eſt, omnino eam eſſe quo ad eius naturã patitur, ſubtiliſsimã. Si enim tenuata pro natura ſua maxime fuerit, poterit forſitã abſq; noxa etiam eſſe multa, atq; etiam tanta ut æquare bilem ſaltem pondere uideatur. Abundet igitur atra bilis, ſed tenuiſsima: nõ careat humore ſubtilioris

Atræ bilis morbi.

pituitæ

pituitæ circũfuſo, ne areſcat prorſus duriſſimaq́; euadat. Nõ tamẽ miſceatur omnino pituitæ, præſertim uel frigidiori uel multæ, ne frigeſcat. Sed bili ſanguiniq́; adeò miſceatur, ut corpus unũ conficiatur ex tribus, dupla ſanguinis ad reliqua duo pro portione compoſitũ. Vbi octo ſanguinis partes, duæ bilis, duæ iterũ atræ bilis portiones exiſtant. Accendatur aliquantulũ à duobus illis atra bilis, accenſaq́; fulgeat, nõ uratur: ne, quemadmodum ſolet materia durior, dum feruet nimium, uehementius urat & concitet: dum uerò refrigeſcit, ſimiliter frigeſcat ad ſummũ. Bilis enim atra ferri inſtar, quando multum ad frigus intenditur, friget ad ſummum: quando contrà ad calidum ualde declinat, calet ad ſummum. Neq́; mirum uideri debet atram bilem accendi poſſe facile, atq́; accẽſam uehementius urere. Siquidem uidemus calcem illi ſimilẽ, aqua perfuſam feruere ſtatim atq́; exurere. Tantam ad utrunq́; extremum melancholia uim habet, unitate quadã ſtabilis fixæq́; naturæ. Quæ quidem extremitas cæteris humoribus non contingit. Summe quidem calens ſummã præſtat audaciam, imò ferocitati: extreme uerò frigens, timorem ignauiamq́; extremã. Medijs uerò inter frigus caloremq́; gradibus infecta uarie, affectus producit uarios, non aliter quàm merum, præcipue potens, bibentibus ad ebrietatẽ uel eam pau-

Melancholiæ uis.

lō liberius affectus inferre uarios ſolet. Igitur opportune tēperata ſit atra bilis oportet. Quæ quū ita moderata eſt, ut diximus, et bili ſanguiniq́; permixta, quia et natura ſicca eſt, & cōditione quantum ipſius natura patitur tenuiſsima, facile ab illis accēditur, quia ſolida eſt atq; tenaciſsima: accēſa ſemel diutiſsime flagrat, quia tenaciſsimæ ſiccitatis unitate potentiſsima eſt, uehementius incaleſcit. Quemadmodū lignum in paleis ſi utraq; accendantur, magis diutiusq́; calent & lucēt. Atqui à diuturno uehementiq́; calore, fulgor ingens, motusq́; uehemēs et diuturnus proficiſcūtur. Huc tendit illud Heracliti: Lux ſicca, anima ſapiētiſsima.

Heracliti dictum.

¶ Quo pacto atra bilis ingenioſos efficiat. Cap. VI.

QVæret forte quiſpiam, quale ſit corpus illud humoris eiuſmodi ex tribus illis humoribus ea qua diximus proportione conflatū? Tale eſt fermè colore, quale aurū eſſe uidemus, ſed aliquantum uergit ad purpurā. Et quando tam naturali calore quàm uel corporis uel animi motu accenditur: fermè nō aliter quàm ignitū rubensq́; aurū, purpureo mixtū calet & lucet, atq; uelut iris trahit uarios flagrante corde colores. Quæret aliquis iterum, quonā pacto humor eiuſmodi conducat ingenio: Nempe ſpiritus ex hoc humore creati

ti, primo quidem ſubtiles ſunt, nõ aliter quàm aqua illa quam & Vitæ, ſeu Vitis aquam nominant & ardentem, quoties ex craßiori mero, quadam ad ignem deſtillatione, ut fieri ſolet, exprimitur. Spiritus enim ſub anguſtioribus atræ bilis eiuſmodi cõpreßi meatibus, uehemẽtiore ob unitatẽ calore, maxime tenuãtur, perq; actiores meatus expreſſi, ſubtiliores erũpunt: deinde calidiores ſimiliter atque eadẽ ratione lucidiores: tertio, motu agiles actione uehemẽtißimi: quarto, ſolido ſtabiliq; humore iugiter emanantes, actioni diutißime ſeruiunt. Tali autẽ animus noſter obſequio fretus indagat uehementer, perſeuerat inueſtigando diutius. Facile quæcunq; inueſtigauerit, inuenit, clare perſpicit, ſyncere dijudicat, ac diu retinet iudicata. Adde q̃ quemadmodũ in ſuperioribus ſignificauimus, animus inſtrumẽto ſiue incitamẽto eiuſmodi, quod centro mundi quodãmodo cõgruit, atq; (ut ita dixerim) in ſuũ centrũ animũ colligit, ſemper rerum omniũ & centra petit, & penetralia penetrat. Congruit inſuper cum Mercurio atq; Saturno: quorũ alter omniũ Planetarum altißimus, inueſtigantem euehit ad altißima. Hinc philoſophi ſingulares euadunt, præſertim quũ animus ſic ab externis motibus atq; corpore proprio ſeuocatus, & quàm proximus diuinis, diuinorum inſtrumentũ efficiatur. Vnde diuinis influxibus oraculiſq;

ex alto repletus, noua quædã inuſitataq́; ſemper excogitat, & futura prædicit. Quod non ſolum Democritus *atq;* Plato *affirmant, ſed etiam* Ariſtoteles *in* Problematum *libro, &* Auicenna *in libro* Diuinorum*, & in libro de* Anima *confitentur. Quorſum hæc de atræ bilis humore tam multa? Vt meminerimus, quantum atra bilis, imò candida bilis eiuſmodi quærenda & nutrienda eſt, tanquam optima, tantum illam quæ contrà ſe habet, ut diximus, tanquam peßimam eſſe uitandam. Adeò enim dira res eſt, ut à malo dæmone eius impetus inſtigari* Serapio *dixerit, &* Auicenna *ſapiens non negauerit.*

¶ *Quinq; præcipue ſtudioſorum hoſtes* Pituita, Atra bilis, Coitus, Satietas, Matutinus ſomnus. Cap. VII.

VT *autem redeamus illuc unde iam lõgius digreßi ſumus, longißima uia eſt quæ ad ueritatẽ ſapientiamq́; perducit, grauibus terræq́; marisq́; plena laboribus. Quicunque igitur hoc iter aggrediuntur, ut poeta quiſpiam diceret, ſæpe terra mariq́; periclitantur. Siue enim mare nauigẽt, cõtinue inter fluctus, id eſt humores duos, pituitam ſcilicet & noxiam illam melancholiam, quaſi inter* Scyllam Charibdimq́; *iactantur. Siue terra (ut ita dixerim) iter agant, tria mon-*

ſtra protinus ſeſe illis obijciunt. Primum terrena Venus, ſecundum Bacchus & Ceres, tertium nocturna Hecate frequenter opponit. Ergo et Apollo ab æthere, & Neptunus ab æquore, & à terra Hercules ſæpe uocandi, ut monſtra eiuſmodi Palladi inimica, iaculis Apollo transfigat, Neptunus tridente domet, claua Hercules contundat & laceret. Primum quidem monſtrum eſt Venereus coitus, præſertim ſi uel paulum uires exceſſerit: ſubitò nanq; exhaurit ſpiritus, præſertim ſubtiliores, cerebrumq́; debilitat, labefactat ſtomachum atq; præcordia, quo malo nihil ingenio aduerſius eſſe poteſt. Cur nam Hippocrates coitum comitiali morbo ſimilem iudicauit? niſi quia mentem quæ ſacra eſt percellit, tantumq́; obeſt, ut Auicenna in libro de Animalibus dixerit: Si quid ſpermatis ſupra quàm natura tolleret, coitu profluat, obeſſe magis, quàm ſi quadragies tantundem ſanguinis emanârit, ut non iniuria priſci Muſas atq; Mineruã uirgines eſſe uoluerint. Huc Platonicũ illud ſpectat, quũ Venus Muſis minitaretur, niſi ſacra Venerea colerent, ſe contra illas ſuum filiũ armaturã. Reſponderũt Muſæ, Marti, ô Venus, Marti talia minitare: Tuus enim inter nos Cupido non uolat. Deniq; natura nullũ ſenſum longius quàm tactum ab intelligentia ſegregauit. Secundum monſtrum, eſt uini cibiq; ſatietas. Quippe ſi uinũ uel

Coitus ſpiritus exhaurit ſubtiles.

Satietas obeſt literat[is]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cibis adobrutus animus nihil tenue parit

Animus adipe & ſanguine ſuffocatus cœleſte nihil peruidet.

nimium uel nimis calidum uehemensq́; fuerit, caput ipſum humoribus peßimisq́; fumis implebit. Mitto quod inſanos facit ebrietas. Cibus uerò nimius, primũ quidem ad ſtomachũ, in ipſo coquendo omnem naturæ uim reuocat. Quo fit, ut capiti ſimul ſpeculationiq́; intendere nequeat. Deinde inepte coctus, multis et craßis uaporibus humoribusq́;, aciem mẽtis obtundit. Quinetiã ſi ſatis coquatur, tamẽ ut Galenus ait, animus adipe & ſanguine ſuffocatus, cœleſte aliquid peruidere nõ poteſt. Tertium deniq; monſtrum eſt, ad multam noctem, præſertim poſt cœnam frequẽtius uigilare: unde etiã poſt ortum Solis dormire cogaris. Quoniam uerò in hoc errant falluntur q́; ſtudioſi permulti, idcirco quantum ingenio noceat, latius explicabo, atque rationes ſeptem præcipuas afferam. Primam ab ipſo cœlo. Secundam ab elementis. Tertiam ab humoribus. Quartam ob ordine rerum. Quintam à natura ſtomachi. Sextam à ſpiritibus. Septimam à phantaſia deductas. Principio, tres Planetæ, quemadmodum in ſuperioribus dicebamus, contemplationi & eloquentiæ maxime fauent, Sol, Venus atque Mercurius. Hi uerò paribus fermè paßibus concurrentes, aduentante nocte nos fugiunt, die uerò uel propinquante, uel iam ſurgente reſurgunt, nosq́; reuiſunt. Poſt uerò Solis ortum in plagam cœli duodecimã, quæ carceri

ceri

ceri tenebriſq; ab Aſtronomis aßignatur, repente truduntur. Ergo non qui uel nocte quando nos fugiunt, uel die poſt Solis ortũ, quando carceris tenebrarumq; domũ intrant, ſed qui uel propemodum petẽtibus ortum, uel iam ſurgentibus ad contemplãdum ſcribendumq;, ipſi quoq; cõſurgunt, ij ſoli acutißime ſpeculantur, & eloquẽtißime inuenta ſua ſcribunt atq; componunt. Ratio ſecunda, ſcilicet ab elementis eſt talis: Oriente ſole mouetur aer, tenuaturq; & claret, occidẽte uerò contrà. Sanguis autẽ & ſpiritus, motũ qualitatemq; aeris circumfuſi, naturaq; ſimilis ſequi neceſſariò cõpelluntur. Tertia ratio, quæ ab humoribus ducitur, eſt eiuſmodi: In aurora mouetur ſanguis, et regnat, motuq; tenuatur & caleſcit & claret, ſpiritus uerò ſanguinem ſequi imitariq; ſolent. Verum accedente nocte uel melancholia illa craßior & frigidior, atq; pituita dominantur, quæ ſpiritus ad ſpeculandũ ineptißimos proculdubio reddunt. Quarta ratio, quæ trahitur ab ordine rerũ, hæc erit: Dies uigiliæ, nox ſomno tributa eſt. Quoniam quum ſol uel ad hemiſphæriũ noſtrum accedit, uel ſuper ipſum incedit, radijs ſuis meatus corporis aperit, atq; à centro ad circũferentiã humores ſpiritusq; dilatat, quod quidẽ ad uigiliã actionesq; excitat atq; cõducit. Contrà uerò quãdo recedit, omnia coarctantur, quod naturali quo

Aer à ſole tenuatur.

Aurora ſtudijs amica.

Dies uigilia, nox ſomno dicata

dam ordine inuitat ad ſomnum, maxime poſt tertiam aut quartam noctis partem. Quiſquis igitur manè quidem dormitat, quando ſol mundusq; excitat, ad multam uerò noctem uigilat, quando natura dormire iam & à laboribus quieſcere iubet, hic abſq; dubio quum ordini uniuerſi, tum ſibiipſi repugnat, dum contrarijs ſimul motibus perturbatur atq; diſtrahitur. Sane dum ab uniuerſo mouetur ad extima, ipſe ſeſe mouet ad intima. Atque contrà, dum ab uniuerſo ad intima trahitur, ipſe ſe interim retrahit ad externa: Ergo peruerſo ordine motibusq; contrarijs, tum corpus totũ, tum ſpiritus ingeniumq; prorſus labefactatur. Quinto loco à natura ſtomachi in hunc modũ argumentamur: Stomachus diuturna diurni aeris actione, apertis poris admodũ dilatatur, euolantibusq; ſpiritibus tãdem ualde debilitatur. Igitur ſubeunte nocte, nouam ſpirituũ copiam exigit, qua foueatur. Quapropter quicunq; eo tẽpore contẽplationes longas et difficiles inchoat, ipſos ad caput ſpiritus retrahere nititur. Hi uerò diſtracti neq; ſtomacho ſatis, neq; capiti faciunt. Maxime uerò nocet, ſi poſt cœnam lucubrantes, diu eiuſmodi ſtudijs attentius incumbamus. Pluribus enim tunc ad concoquendum cibum ſpiritibus, multoq; calore ſtomachus indiget. Hæc uerò duo, lucubratione ſtudioq; tali diuertũtur ad caput. Quò fit, ut neque

Lucubratio nocturna ſtudioſis inimica.

que cerebro, neq; ſtomacho ſuppetãt. Adde quod caput ob eiuſmodi motum, craßioribus cibi repletur uaporibus, atq; cibus in ſtomacho à calore et ſpiritu deſtitutus, crudeſcit et putret, unde rurſus caput opplet atq; lædit. Deniq; matutinis horis quãdo ſurgendũ eſt, ut excrementis omnibus ſomno retentis ſingula mẽbra purgentur, tũc id quod peßimum eſt, qui nocte lucubrando cõcoctionem penitus interruperat, idem dormiẽdo manè, excrementorum expulſionem diutius impedire compellitur. Quod quidem tam ingenio quàm corpori, medici omnes obeſſe quàmplurimum arbitrantur. Meritò ergo qui nocte cõtra naturã pro die, atq; conuerſo, die rurſus pro nocte utuntur, tanquam noctuæ, ij etiã in hoc uel inuiti noctuas imitantur, ut quemadmodum illis ſub ſolis lumine caligant oculi, ita & ijs mentis acies ſub ueritatis ſplendore caliget. Sexto loco à ſpiritibus idem ita probatur. Spiritus fatigatione diurna præſertim ſubtilißimi quiq; deniq; reſoluũtur. Nocte igitur pauci craßiq; ſuperſunt, literarũ ſtudijs ineptißimi, ut non aliter mancis horum fretum alis ingeniũ uolare poßit, quàm ueſpertiliones atq; bubones. Contrà uerò poſt ſomnum manè ſpiritibus recreatis, membriſq; adeò corroboratis, ut minimo ſpirituũ adminiculo egeant, multi ſubtileſq; ſpiritus adſunt qui cerebro ſeruiãt, atq; expeditius ob

Excrementorum tarditas pernicioſa.

ſequi poſſunt, in mẽbris fouendis regendisq́; pariũ admodum occupati. Poſtremo ſeptima ratio, ſic à phãtaſiæ natura deducitur. Phantaſia, ſiue imaginatio, ſiue cogitatio, ſeu quouis alio nomine nũcupanda uidetur, multis, longis, cõtrarijs inuigilando imaginibus, cogitationibus, curisq́; diſtrahitur atq; turbatur. Quæ quidem diſtractio perturbatioq́; ſequenti cõtemplationi, tranquillã ſerenámque mentẽ penitus poſtulanti, nimiũ cõtraria eſt. Sola uerò nocturna quiete, agitatio illa ſedatur tãdem atq; pacatur. Igitur accedente quidem nocte ſemper turbata mente, recedente uerò, ut plurimũ mente tranquilla ad ſtudia nos conferimus. Quicunq; uerò mente nimiũ agitata res ipſas iudicare conantur, ij nõ aliter quàm illi qui uertiginem patiuntur, omnia uerti putant (ut Plato inquit) quum ipſi uertantur. Quamobrem ſcite Ariſtoteles in Oeconomicis iubet ante lucem ſurgere, aſſeritq́; id & ad corporis ſanitatem, & ad philoſophiæ ſtudia prodeſſe quàmplurimum. Sed hoc ita accipiendum eſt, ut cita & modica cœna matutinam cruditatem diligentißime deuitemus. Deniq; ſacer ille uates Dauid, omnipotẽtis tuba Dei, nunquã dicit ueſpere, ſed mane ſemper atq; diluculo in Deũ ſuũ canendũ ſe cithara pſalmisq; ſurgere. Surgere quidem mẽte, ea hora omnino debemus, mox etiã corpore, ſi modo id cõmode fieri poßit.

Autoribus legendis hora accommoda.

Quæ

¶ Quæ ſit hora inchoandis ſtudijs opportunior, quiſúe continuandi modus. Caput VIII.

EX ijs quæ in ſuperiorib. diſputata ſunt, ferme iam ſatis conſtat, opportune noſtra nos ſtudia exordiri, uel ſtatim oriente Sole, uel hora una ſaltē, uel duabus ad ſummū ante ſolis exortū. Sed antequàm è lecto ſurgas, perfrica parumper ſuauiterq; palmis corpus totum primo, deinde caput unguibus, ſed id paulò leuius. Hac in re te Hippoc. admoneat. Nam frictione, inquit, ſi uehemēs ſit, durari corpus: ſi leuis, molliri: ſi multa, minui: ſi modica, impleri. Quum è lecto ſurrexeris, noli ſubitæ lectioni meditationiq; prorſus incumbere, ſed ſaltem horæ dimidium cuilibet expurgationi concedito, mox meditationi accingere diligenter, quam ad horā circiter unam pro uiribus prorogabis. Deinde remittes parumper mentis intentionem, atq; interim eburneo pectine diligenter & moderate pectes caput, à fronte ceruicem uerſus quadragies pectine ducto. Tum ceruicem panno aſperiori perfrica, demum reuerſus ad meditandum, duas inſuper horas, aut ſaltem horam unam ſtudio dedicato. Produci uerò nonnunquam ſtudia poſſunt, ſed aliquanta interdum intermiſſione facta, ad horam uſque meridianam. Quin-

etiam

Lucubrationibus aptum tēpus.

Hippoc. in eo li. quem κατ' ἰητρεῖον inſcripſit.

Capitis pectēdi ratio literatis obſeruanda.

etiam interdum quamuis raro, niſi cibum interim cogamur aſſumere, poſt meridiem circiter horas duas. Sol enim circa ortum potens eſt, potens & in medio coelo. In plaga quoq; illa cœli, quæ medium proxime ſequitur, quam nonam Aſtronomi uocant & ſapientiæ domum, Sol maxime gaudet. Quoniam uerò poetæ omnes Phœbum Muſarũ ſcientiarumq; ducem eſſe uolunt, meritò ſi quid altius excogitandum eſt, his horis potiſsimum cogitetur. Si Muſæ quærẽdæ, horis iiſdem Phœbo duce quærantur. Reliquæ enim horæ, ueteribus alienisq; legendis potius quàm nouis proprijsq; excogitandis, accommodatæ uidentur. Semper autem meminiſſe debemus, qualibet hora ſemel ſaltem pauliſper remittẽdam eſſe mentis intentionẽ. Quum enim ob intentionem huiuſmodi ſpiritus reſoluãtur, meritò ſi nunquam ceſſes tendere, lentus eris. Dum laboras animo, interim corpore cõquieſce. Mala eſt defatigatio corporis, peior animi, utriuſq; ſimul peſsima, oppoſitis hominẽ motibus ſimul diſtrahens, uitamq; diſperdens. Deniq; haud ulterius meditatio procedat quàm uoluptas, potius uerò citrà.

Phœbus ſcientiarũ dux.

Remittẽda mentis intentio.

¶ Vitandæ pituitæ præcepta.

Cap. IX.

OPeræ precium fore uidetur, quæ noxia literatis eſſe diximus repetere breuiter, atque

que remedia ſingulis adhibere: Ergo ne pituita nimis augeatur, exercitatiõe quotidie ſtomacho ferme uacuo bis utendum, nuuquam tamen laborioſa, ne acuti ſpiritus diſſoluantur, excrementa diligentiſſime ab omnibus meatibus expurganda. Sordes à corporis totius cute, capitis præcipue, tum lotione, tum frictione penitus abſtergendæ. Vitanda alimenta frigida nimiũ, atq; niſi obſtiterit atra bilis, etiam humida, & omnino quæ pinguia, uirulenta, uiſcoſa, uncta, glutinoſaq; ſint, uel quæ facile putreſcere ſoleant. Si ſtomachus, uel natura uel ætate ſit frigidus, aut dimittẽdus omnino, aut certe minuendus aquæ potus. Moderatus cibus ſit oportet, ſed potio moderatior. Habitatio alta à graui nubiloq; aere remotiſſima, tum ignis, tum calidi odoris uſu, humiditas expellenda. Prohibẽdum frigus à capite, maxime uerò ceruice atq; pedibus: multũ enim obeſt ingenio. Prodeſt moderatus uſus aromatũ in frigidioribus epulis, nucis muſcatæ præſertim, & cinnamomi, & croci, zinziberis quoq; condîti manè ſtomacho uacuo, quod ſenſibus etiam & memoriæ maxime prodeſt.

Frigida alimẽta uitanda.

¶ Qua ratione uitanda ſit atra bilis.

Caput X.

PEſſimã uerò illam quam in ſuperioribus deteſtabamur atram bilem, hæc augent: Craſſum turbidumq; uinũ, præcipue nigrũ, cibi duri, ſicci,

Atrã bilem augentia.

ſicci,ſalſi, acres,acuti,ueteres,uſti,aßi,fricti,carnes bouis & leporis,caſeus uetus,ſalſamẽta,legumina, præcipue faba,lenticula, melongia,eruca, braßica,ſinapis,radicula,allium,cæpa,porrum, mora,cariotæ,& quæcunq; calefaciũt uel frigefaciũt ſimulatq; deſiccãt,et omnia nigra. Ira,timor, miſericordia,dolor,ocium,ſolitudo,& quæcunq; uiſum & olfactũ auditumq́; offendunt,omniũ uerò maxime tenebræ. Præterea exiccatio corporis nimia, ſiue longis nata uigilijs, ſiue multa mentis agitatione uel cura, ſeu frequenti coitu,uſuq́; rerum calidarũ multum,atq; ſiccarum, ſeu immoderata quadã deiectione atq; purgatione, uel exercitatione laborioſa,uel inedia,ſiti,calore, uel ſicciore uento,uel frigore. Quum uerò bilis atra ſemper ſiccißima ſit, frigida quoque,licet non æque, huic certe reſiſtendum eſt, rebus quidem modice calidis, humidis uerò quàm maxime, cibis elixis aßidue, qui coquantur facile, & ſubtilem gignat ſanguinẽ atq; clarißimũ. Sed interim ut ſtomachi & pituitæ ratio habeatur,perinde atq; bilis atræ; epulæ cinnamomo,& croco,& ſandalis cõdiantur. Conferunt ſemina peponis,atq; cucumeris,et pinei nuclei abluti. Conueniunt lacticinia omnia, lac,caſeus recens, amygdalæ dulces. Conueniunt carnes auium & pullorum gallinaceorum, quadrupedúmue lactentium,oua ſorbilia maxime,&

Atræ bilis qualitas & remedia

στρώβυλος.

ex

ex membris animalium, cerebellum, dulcia mâla, pyra, perſica, pepones, pruna damaſcena, atq; ſimilia: cucurbita rite cocta, herbæ humidæ, non uiſcoſæ. Caraſea uerò, ficus, uuas, minime laudo. Nauſeam uerò & ſatietatē ualde deteſtor. Nihil autem aduerſus hanc peſtem ualentius eſt, quàm uinum leue, clarum, ſuaue, odorū, ad ſpiritus præ cæteris perſpicuos generandos aptißimum. Nam ut Platoni & Ariſtoteli placet hic humor, hoc uino nō aliter mollitur atq; dulceſcit et claret, quàm uel lupini aqua perfuſi, uel ferrum flammis accenſum. Verum quantum eius uſus ſpiritibus & ingenio prodeſt, tantū nocet abuſus. Præterea infundere aurum uel argentū maxime ignitū, eorumq; folia in poculis uel in ipſo iure prodeſſe conſentaneum eſt, atq; aureo uel argenteo uaſculo bibere, ciboſq; ſumere. Item perutile eſt, ſi ſæpe ſtomacho uacuo liquiritiæ ſuccus deglutiatur: ſuccus quoque punici pomi dulcis, atque dulcis arancei. Conducūt nō mediocriter ſuaues odores, tēperati maxime: at ſi regnat frigus ad calidū declinantes: ſin dominetur calor, uergentes ad frigidū. Temperandi ſunt igitur ex roſis, uiolis, myrto, cāphora, ſandalis, aqua roſacea, quæ frigida ſunt. Rurſus ex cinnamomo, citro, arāceo, gariophylis, mētha, meliſſa, croco, ligno aloe, ambra, muſco, quæ calida. Verni flores ꝓſunt in primis & folia citri ſiue

Vinū quale ſtudioſis conueniat.

arancei,

arancei,odoraq́; poma, ſi maxime uinū. Odores eiuſmodi prout cuiq; cõuenit, & naribus haurien di ſunt, & pectori atq; ſtomacho admouēdi. Odo res uerò calidos multum ſiccosq́;, ſi ſoli fuerint et continui nõ probamus. Tenēdus ore hyacinthus, qui animum uehementer exhilârat. Hierobotana quoq;, id eſt ſclarea ſylueſtris, tum cibo tum odo re cõfert. Bugloſſa rurſus, borago, meliſſa, horū que trium aqua. Rurſus lactuca, endiuia, uua paſ ſula, lac amygdalinum, menſæ familiariſsima eſſe debent. Fugiendus aer, aut feruens, aut glacialis nimium, aut nubilus, ſed aer tēperatus ſerenusq́; liberrime admittendus. Mercurius, Pythagoras, Plato iubent diſſonantem animum uel mœrentem cithara cãtuq́; tam conſtanti quàm cõcinno com ponere, ſimulatq; erigere. Dauid autem poeta ſa cer pſalterio pſalmisq́; Saulem ab inſania libera bat. Ego etiã (ſi modo infima licet cõponere ſum mis) quantum aduerſus atræ bilis amaritudinem dulcedo lyræ cantusq́; ualeat, domi frequēter ex perior. Laudamus frequentem aſpectū aquæ niti dæ, uiridis rubeiúe coloris, hortorum nemorūq́; uſum, deambulationem ſecus flumina, perq; amœ na prata ſuauem, equitationem quoq;, geſtationē nauigationemq́; lenem ualde probamus, & uarie tatem in primis, facilesq́; occupationes diuerſaq́; negocia non moleſta, aſsiduam hominum gratio-

Aer tempe ratus ſere- nusq́; ſtu- dioſis.

Aquæ niti- dæ aſpectus ſtudioſos re creat.

ſorum

ſorum conſuetudinem.

¶ De curatione ſtomachi. Cap. XI.

SEquitur ut curā ſtomachi quám diligēter habeamus, ne nauſeā cruditatémue adducat unquam ſatietas, caputq́; offendat. Bis cibus quotidie ſumēdus eſt, et modicus atq; leuis, cinnamomo, mace, nuce muſcata moderate cōditus. Semper tamen ſiccus cibus pōdere alimēta mollita potumq́; exuperet, niſi forte atræ bilis ſiccitatem admodum ueреamur. Famē (ſi cōmode fieri poteſt) cibus, ſitim potus expectet. Auiditas utriuſq;, ſuperſit menſæ. Faſtidium & ſaturitas procul abſint. Abſtinēdum ab ijs quæ ob nimiam humiditatem uel uirulentam & unctā uiſcoſamq́; materiā ſtomachum relaxando debilitant, uel etiā frigida aut calidiſſima ſunt, aut propter duritiam ægre coquūtur. Et quæ talia ſunt, ut diu poſt menſam palato ſaporem reddant moleſtiorem, ſiue inflent, ſiue caput multis uaporibus impleant: ab omnibus in primis quæ facile uel extra aluum, uel in aluo putreſcāt. Dulces ſapores aut acres ſi ſoli ſint, nullo pacto probamus: ſed dulces acri quodam uel acuto uel ſicco uolumus temperari. Maſtix & mentha ſicca, ſaluia recens, uuæ paſſulæ, cydonia poma cocta, condita ſaccharo, cichorea, roſa, corallus, lotus capparis & aceto conditus, ſtomacho amiciſſima ſunt. Mala præterea punica ſapore inter aci

Cibi qualis & quomodo ſtudioſo ſit ex uſu.

dum dulcemq́; medio, & omnino quæcunq; mo-
derate acida ſunt et aliquantulũ auſtera, quæ me
dici ſtyptica uocant, ſiue quæ aliquantum acuta
ſint uel ſalſa uel aromatica. Myrobalani aũt om
nia ſuperant. Vinũ quoq; rubeum potius quàm
album, ſapore quaſi paululũ ſubamàro, ac niſi ca
liditas uel deſtillatio aliter poſtulauerit, optimũ
erit merũ bibitum paulatim. Omnino autẽ liqui-
diores epulæ prius ſumẽdæ quàm duriores. Sum
pto uerò cibo conuenit, coriandrum, pomumq́;
cydonium conditum ſaccharo, mala punica, &
pyra auſtera, meſpila quoq; & perſica ſicca, atq;
ſimilia. Mandere uerò oportet antequàm deglu-
tiantur, ſingula exactiſſime. Fouendus ſtomachus
ſi oportet extrinſecus, maſtice, roſa, mẽtha, coral
lo. Cauendum ne poſt cibum, duabus aut tribus
proximis horis uel cogitationi difficili, uel lectio
ni ſedulò incũbamus. Neceſſariæ forſitan erũt ho
ræ uacationis quatuor, ſi cibus potúsue uberior
fuerit, aut cibus durior. Malum eſt cibo potúue
uentrẽ extendere, peſſimum ſtomacho ſic extẽto,
difficilia cogitare. Aut igitur nutrimentũ ſume le
uiſſimum, aut ſumpto, uaca donec quaſi concoxe
ris. Neq; dormiendum poſt cibum meridie, niſi
maxima cogat neceſſitas, atq; id quidem nõ prius
quàm horas duas uigilauerimus. Nocte tamẽ ſum
pta cœna, hora (ut uidetur) una uigiliæ ſat eſt.

Acida & ſtyptica confortant ſtomachũ.

Cibo ſumpto non protinus

Cœna ſumpta hora una uigiliæ ſat eſt.

Coitus

Coitus ſtomacho peſtilẽs, præſertim ſi uel ſaturo ſtatim, uel eſuriente concumbas. Ocio mœret ſtomachus, exercitatione gaudet, niſi dum cibo ſit plenus. Sumpto cibo ſtatim modice deambulandum, mox uerò ſedendum.

¶ *De ijs quæ fouent mẽbra præcipua & uires ſpiritus.* Cap. XII.

SEd iã operæpreciũ facturus, ut nonnulla ex medicorũ officina in mediũ ꝑducamus, quæ ſtomachi cordis, cerebri, ſpirituũ ingenij, uires uel ſeruent integras uel reſtituãt, ac ſi uel pituita uel atra bilis excreſcat, uel immineat nauſea, longè propellãt. Omnes ſine cõtrouerſia medici conſenſerũt, nihil eſſe ſalutarius theriaca, fouẽdis cõfirmandisq́; tum ſingulis mẽbris & uiribus, tum ſpiritibus atq; ingenio. Huius igitur in primis utemur drach. dimidia, aut ſaltẽ drach. tertia parte, bis qualibet hebdomada hyeme et autũno: ſed æſtate atq; uere ſemel uel ſola, uel ſi placet frigidis humidisq́; tẽporibus cũ pauculo mero claro, ſuaui: tẽporibus uerò calidis ſiccisq́;, præſertim ſi natura uel ætas ſit calidior, cum aquæ roſaceæ duabus uncijs aut tribus, ſtomacho ſcilicet uacuo ſex aut ſeptẽ horis ante cibum. Si theriaca deſit, dabimus mithridatũ. Sed ubi theriacam mithridatúmue ſumimus, eo die ab omni re calida penitus abſtinẽdũ, et ſi æſtas aut uer fuerit, frigidis eſt

utendum. Secundo uerò loco eadem in cauſa probatur ab omnibus aloe rite electa atq; lota. Sume myrobalanorum chebularũ drachmas duas, roſarum purpurearũ, ſandali rubei, emblic-rum, cinnamomi, croci corticis, pomi citri, been, meliſſæ, id eſt citrariæ, ſingulorum drachmã unam, aloes electæ ritæq́; ablutæ drachmas duodecim. Ex ijs confice pilulas optimo mero, quibus hebdomada qualibet ſemel utaris diluculo, eo ſcilicet pondere, quod naturæ tuæ conueniat: æſtate quidem cum aqua roſacea, aliàs uerò cum uino. Quibus autem diebus neq; theriacã, neq; pilulas aſſumes, utere cõfectione eiuſmodi manè atq; ueſpere duabus aut tribus ante cibum horis. Sume cinnami electiſsimi drachmas quatuor, chebularũ myrobalanorum duas, & totidem emblicarũ, croci, roſarum drachmã dimidiam, ſandalorum rubrorũ drachmas duas, corallorumq́; ſimilium drachmã unam, ſacchari albiſsimi quantum ſatis eſt. Funde ſaccharum aqua roſacea atq; ſucco citri uel limonũ, æqualib. uidelicet portionibus, coquas ſuauiter. Deinde adde muſci tertiã drachmæ partẽ, atq; ambræ tantundẽ. Demũ cõfice bolos ſolidos quos morſulos uulgo nominant, auroq́; inuolue. Tria hæc, ipſi eo uſu quo præſcripſimus, experti ſumus, Theriacã & aloen, ita (ut diximus) temperatam, confectionemq́; illam ſingulis conferre mem-

Pilularũ confectio.

Aloe efficacia.

membris, uiribus & ſpiritibus, acuere ſenſus atq; ingenium, memoriā confirmare. Pituitam quoq; & bilem atq; atrā bilem illis pilulis facile uel educi uel emendari. Præterea ætati cuilibet & naturæ, tria quæ diximus familiariſsima iudicantur. Aloeticæ pilulæ.

¶ Pharmaca pituitæ repreſsiua atq; eductiua. Cap. XIII.

SI aduerſus exundantē pituitam acrius pugnandum fuerit, pilulas aurora ex Hierapicra Galeni, uel quas Meſues Elephanginas nominat, dabimus, ſcilicet quot & quoties oportuerit, uel etiā in robuſtiore natura pilulas ex hiera atq; trochiſcis agarici pari portione cōpoſitas, ſemper uerò cū melle roſaceo liquido atq; oxymelle aquaq; maratri, id eſt fœniculi. Qui certe ſyrupus in pituita digerēda etiā ante pilulas atq; poſt eas maximè ꝓdeſt. Si unàcū pituita cæteri quæq; humores turbent, pilulis ex reubarbaro Meſues, uel pilulis quæ Sine quibus, à poſterioribus nūcupātur, opportune purgabimus. Omnē uerò uehementē repentinamq; deiectionē purgationemq; penitus deteſtamur. Nam ſtomachū corq; debilitat, ſpiritus multos exhaurit, cōfundit humores, ſpiritus fumis humorum fuſcis obtenebrat. Catarri remedia.

¶ Catarrhi & deſtillationis, communis ſtudioſorum peſtis remedia. Ca. XIIII.

VBi caput propter pituitã deſtillationibus fluctuat, quandoq; hora ſomni aliquot ex pilulis quas modo deſcripſimus, dabimus. Iubebimus præterea ea hora & alijs thus ſæpe mandere: nam mirifice deſtillationibus & ſenſibus omnibus memoriæq; ſuccurrit. Rurſus muſcata nux et theriaca ore retenta probatur. Maiorana quoq;, quam amaracum nominant, uel eius aqua admota naribus uel infuſa. Poſt cibum uerò alimentorum fumos coriandro, cydoneisq; coercebimus.

¶ De dolore capitis. Cap. XV.

SI caput ſæpe doleat humore grauatũ frigido, præter illa quæ narrauimus, confectionẽ illam quam diambram nominant, uel diacori, uel pliriſarcoticõ tenere ore iubebimus. Quinetiam maſticẽ ſæpe mandere. Præterea linire frontem, tẽpora, ceruicẽ, maioranæ, fœniculi, rutæ folijs unà cum oleo roſaceo tunſis, ſimiliter aloe, aceto, oleo, aquaq; roſaceis perfecte diluta.

¶ Viſus caligantis medelæ.
Caput. XVI.

VBi oculi caligant, neq; rubent tamẽ, neq; aliud præbent ullum caloris indiciũ, tũc ſanè collyriũ ex aqua fœniculi, maioranæ, chelidoniæ, rutæ, adhibito croco & antimonio, confert.

ſert. Sed aqua eiuſmodi prius denſiori panno eſt exprimenda. Nihil tamē admoueas oculis, niſi antea pilulis Lucis ſæpe purgaueris. At ſi caligantes oculi rubeant, ſubitò pilulis ex fumo terræ cōpoſitis purga. Mox collyriū ex aqua roſacea & ſaccharo prodeſt. Nonnunquā uerò albumine oui, tutia, lacte adiectis quàmprimum opitulatur. Omnino autē quotidianus uſus marathri uiſum ſeruat & acuit. Semen quidē eius frequenter ore tenere oportet, folia uerò comedere. Triphera minor à Meſue deſcripta, optima eſt. Optimum quotidie uacuo ſtomacho myrobalanū, chebulam conditam ſumere, atq; cum ea nonnihil panis ex ſaccharo, marathroq; in puluerem ducto cōpoſiti, quod inſuper ingenio mirū in modū, ac producendæ uitæ prodeſt. Eufraſiæ quinetiam uſus, oculis eſt ſingulare præſidium. In omni uel dolore capitis, uel caligine oculorum, diuertendi ſunt retro uapores frictionibus cucurbitulisq;. Ac ſi calor in cauſa ſit, ſanguinisq; abundet, hirundines ceruici & humeris adhibebimus.

Eufraſia oculis ſingulare præſidium

¶ De ſenſorio guſtus inſtaurando. Caput XVII.

STomachus ſæpe literarū ſtudioſis guſtum ferè omnem amitit: Si id pituitæ uitio incidit, q acidus oris ſapor, uel ſaliua multa & glutinoſior indicat, poſtquā aluū ſubduxeris medicinis,

quas ſupra narrauimus, aromatico roſaceo utere, ſcilicet ſaccharo roſaceo mixto, melle quoque roſaceo cum cinnamo, ſolo etiam uel gingibere condito, uel menthæ ſyrupo: ſed in primis theriaca. Sin autē bilis copia forte contingit, quod quidem os amarū oſtendere ſolet, ſimiliter poſt purgationē ex aloe, ſicut diximus, præparata, uel reubarbaro adſume, uel triaſandalū, uel oxyſaccharum, ſaccharo, aceto albo, & uino acrioris punicei mâli, cōpoſitam: Vel perſica, pyráſue ſiue condita ſiue ſyrupo cōfecta, ſicut Meſues docet, uel noſtram eiuſmodi confectionem guſtui ſaluberrimam. Sume ſacchari roſacei uncias quatuor, diamarenati uncias duas, diacytonites tantundē, ſcilicet uncias duas, myrobalanorum chebularū ſemunciam, emblicarum tantundem, ſandali rubei, coralli rubri, utrorumq; æqua drachmam dimidiam. Funde inſuper Iuleb ex ſucco citri uel limonis uncias treis aut duas. Quod ſi ſtomachus debilis eſt, et frigidus, adijce duas cinnami drachmas. His ante cibum duabus horis utendum. Nauſeam ſemper ab utroq; natam humore tollit diacytonites, & uſus capparis cum aceto. Item potus modicus ieiuno ſtomacho albi aceti roſacei, ſi duplo ſacchari pondere miſceatur. Rurſus menthæ ſyrupus atq; abſynthij. Item mentha uel aceto cōdita uel acido mali punici ſucco diluta atq; rigata.

Exqui-

¶ Exquiſitiſsima atræ bilis remedia. Cap. XVIII.

VErũ miſſa hæc tanquam leuiora iam faciamus atq; ad id quod periculoſiſsimũ eſt, reuertamur, ad atram bilem ſcilicet, quæ quoties abundat & furit, quũ corpus totũ, tum uel maxime ſpiritũ quaſi quoddam inſtrumentũ ingenij, ipſumq; ingeniũ & iudiciũ labefactat. Primũ in ea curanda præceptũ ſit, ut docuit Galenus, ne repẽte illã educere contendamus, ne forte eius parte liquidiore ſubtilioreq; ſubducta, reſiduũ denſius admodũ, ſicciusq; reſideat, ſed paulatim molliatur digeraturq; pariter atq; educatur. Secũdum, ut interim tã cibis humidioribus, quàm lauacris dulcibus & modicis, unguentisq; ſimilibus caput & corpus totum ad ſummum pro uiribus humectetur, ea tamen cautione, ne uel deſtillatio irritetur, uel deſtruatur ſtomachus aut iecur, uel meatus corporis obſtruantur. Tertium uerò, & id quidem maxime neceſſarium, ut continue cor foueatur, roboreturq; rebus congruis partim intus acceptis, partim extrà pectori naribúsue adhibitis. Aſpiciantur quoq; & audiantur, odorentur, & cogitentur aſsidue quæ oblectent: contraria uerò longius arceantur.

Confortatiua ſtudioſis neceſſaria.

¶ Syrupi melancholicis maximo futuri commodo. Cap. XIX.

MVlta quidem à multis, aduerſus hunc hu morē compoſita ſunt. Ego autē in præſentia tria quædam remediorū genera è pluriimis adferam electißima omnium atq; tutißima, ac cepta primū à priſcis, deinde à recentioribus confirmata, interdum etiam à nobis ad uſum noſtrū accōmodata. In primo eſt ſyrupi optimi cōpoſitio. In ſecundo pilulæ probatißimæ. In tertio electuaria ſaluberrima. His tribus opportune adhibitis, melancholicus humor mollitur & digeritur atq; ſoluitur, ſpiritus acuuntur & illuſtrantur, fouetur ingeniū, memoria confirmatur. Syrupus eſt huiuſmodi: Sume boraginis, bugloſſæ, florumq́; utriuſq;, meliſſæ, capillorū Veneris, en diuiæ uiolarum, cuſcutæ, polipodij, ſenæ, epithymi, ſingulorum quantū manu capitur, pruna damaſcena numero uiginti, odora poma numero decem, paſſularū unciam unam, liquiritiæ unciam dimidiā, cinnami, ſandali rubri, corticum citri, ſingulorum drachmas tres, croci drachmā dimidiam. Coquantur in aqua omnia præter epithymum & aromata, donec pars tertia conſumatur. Decoctio expreſſa pòſt, cū ſaccharo iterū & epithymo moderate coquatur. Poſtremo infundātur aromata ſcilicet cinnamū atq; crocus. Huius ſyrupi aurora calefacti unciæ treis bibātur, ſimúlque unciæ duæ aut treis aquæ bugloſſæ, atq; unà

Melancholiam ſoluētia pharmaca.

Memoriā tribus iuuari.

cum

rum ijs ex ſequentibus pilulis accipi debent duæ ſaltem, aut plures, prout cuiq; conuenit, eo ſcilicet pacto ut aluus quotidie paulum moueatur.

¶ Pilulæ ad humores uitioſos molliendos & expurgandos. Cap. XX.

Pilularũ uerò quantũ ad propoſitũ ſpectat, duo ſunt genera: aliæ delicatis congruunt, robuſtiorib. aliæ. Primæ, aureæ ſiue magicæ nominari poſſunt: partim Magorũ imitatione: partim noſtra inuẽtione, ſub ipſo Iouis Veneriſq; fluxu cõpoſitæ, quæ pituitam, bilem, atrã bilem educunt abſq; moleſtia, ſingula mẽbra corroborant, ſpiritus acuunt & illuminant: Ita eos dilatant, ne conſtricti mœſtitiã pariant, ſed dilatatione & lumine gaudeant: Ita rurſus ſtabiliunt, ne extenſione nimia euaneſcãt. Sume igitur auri grana duodecim, maxime ſoliorum eius ſi pura ſint, thuris, myrrhæ, croci, ligni aleos, cinnami, corticis citri, meliſſæ, ſerici crudi coccinei, mẽthæ, been albi, been rubei, ſingulorũ drachmã dimidiã, roſarum purpurearũ, ſandali rubri, coralli rubri, myrobalanorũ triũ, ſcilicet emblicarũ, chebularum, Indarũ, ſingulorũ drach. unam, aloes rite ablutæ tantundem quantũ cunctorũ pondus. Confice pilulas mero quàm electiſsimo. Sequũtur pilulæ ad ſoluendam melancholiã aliquanto ualidiores uerumtamen

Pilulæ aureæ ſiue magicæ.

runtamen

runtamen minime uiolentæ. Sume pæoniæ, myrrhæ, ſtichados Arabici, meliſſæ, thuris, croci, myrobalanorum trium, ſcilicet emblicarũ, chebularum, Indarũ roſarum, ſingulorũ drachmã unam, trochiſcorũ agarici, polipodij, epithymi, ſenæ, lapidis lazuli rite loti & præparati, lapidis armeni effecti ſimiliter, drachmas treis ſingulorum, aloes lotæ uncias duas, uino perfecto pilulas confla. Si cum melancholia manifeſta caliditas dominetur, quæ in hac compoſitione ſunt frigida, ad tertiam inſuper ponderis ſui partem augenda erunt. Has pilulas ut literarum ſtudioſis conuenit, Græcorum, Latinorum, Arabumq; imitatione compoſui: nolui uerò fortiora miſcere, quale ueratrum quo Carneades fanaticus utebatur. Viris enim literatis tantũ uel paulò firmioribus conſulo, quibus nihil peſtilentius eſt quàm uiolentia: ideò prætermiſi pilulas Indas, lapidisq; lazuli uel armeni notas, & quam cõpoſitionẽ Ieralogodion appellant. Si deniq; decet ſimpliciorem cõpoſitionem inſerere, qua ego familiaribus utor: Sume aloes lotæ unciam unã, myrobalanorũ emblicarũ atq; chebularum, utriuſq; pariter drachmas duas, maſticis drachmas duas, duas quoq; roſarũ præſertim purpurearum, confice pilulas uino. Proinde pilulis aut ijs, aut illis, ex ijs ſcilicet quas probauimus, nemo unquã ſolis uti debet, ne forte nimiũ

exicce-

exiccetur: quod quidem in melãcholia peßimum eſt, imò una cum ſyrupo, quem ſecuti partim Meſuen, partim Gentilem Fulginatẽ, ſuprà deſcripſimus, uel cũ uini odori leuisq; uncia una ſiue duabus ſiue tribus, ut cuiq; cõuenit: Aut cũ aqua mellis & paſſularũ atq; liquiritiæ: Aut ſicubi caliditas dominatur, cum Iuleb uiolaceo aquaq; uiolacea. Omnino autẽ cõſulo literatis, quicunq; ad atram bilem ſunt proniores, ut hac purgatiõe bis quolibet anno, Vere ſcilicet autumnoq; utantur, diebus quindecim cõtinuis uel uiginti, pilulis ſcilicet cum ſyrupo atq; ſimilibus. Quicunq; uerò paulò minus huic morbo obnoxij ſunt, ſat habebunt ſi pilulas primas aut ultimas toto anno ſumant, ſemel hebdomada qualibet, æſtate quidem cum Iuleb, ut diximus, aliâs uerò cum uino.

¶ A liquidarum medicinarum uſu medelæ. Cap. XXI.

MEminiſſe uerò oportet, ubi maximũ in exiccatione periculũ imminet, purgare tamẽ neceßitas cogit, operæpreciũ eſſe pilulas intermittere, atq; in ipſo ſyrupo uel ſimili quadam decoctione, facta in aqua bugloſſæ, quãdo purgãdum eſt, interdum infundere diaſenæ, uel diacatholiconis, uel Triphera perſicæ unciam unam, aut ſaltem dimidiã. Quod ſi uel corpus robuſtius

ſit,

ſit,uel aſtrictior & durior aluus addere electuarij Hamech drach. unã aut duas. Vtilis quoq; hic eſt confecta Caſia, utilior Manna. Nec omni melancholiæ ſpeciei cõueniunt, ſed illi maxime quæ aduſtione creatur. Sin aũt melancholia naturalis ſit, conueniunt quidem, uerũ præcipue ſi in ſyrupo addatur polipodij portio dupla uel tripla, ſimiliter liquiritiæ crociq; & paſſularũ. Item medicinæ addãtur mellis roſacei liquidi unciæ duæ. Quoties uerò ſyrupus ſumendus ſit, in ſuperioribus diximus. Sed medicina cũ ipſo ter uiginti diebus ſumenda erit. Verum ſi melancholicus nullus humor appareat, tantum uerò complexio melancholica, ſcilicet frigida membrorum qualitas atque ſicca, memento ducere aluũ uel mittere ſanguinem minime expedire, ſed reliqua duntaxat facere, quæ uel diximus, uel dicemus: præſertim quæcũq; ad corpus pertinent, mediocriter calefaciendum, atq; magnopere humectandũ, ſpiritusq; quoad fieri poteſt illuminandos, fouendaq; membra. Vbi uerò ipſe atræ bilis humor exundat, non madefacimus tantum corpus atq; humorem, ſed etiam ſoluimus aluum ea cautione qua diximus: Nunquam uerò uehementer. Si quidem Plato in Timæo nos monet, diuturnũ morbum, qualis eſt melancholicus, non eſſe nimis ualentibus medicamentis atq; moleſtis pharmacis irritandum.

Medicinæ liquidæ.

Melancholicus humor inueteratus quomodo irritandus & ſoluendus.

Sanguinis

¶ *Sanguinis mittendi Canones.*
Cap. XXII.

SVnt nonnulli in ſanguine mittendo audacio res, quos medici ſapiẽtes admodum deteſtan tur. Nam ſanguis eſt atræ bilis temperamentum, ſpiritus fomes, uitæ theſaurus. Solum uerò ubi abundãtiam ſanguinis indicat uel profuſior riſus, audaciaq́; & confidentia multa, uel color rubẽs, uenarumq́; tumor, mittere ſanguinẽ literatis quã do res poſtulat, debemus è uena lienis ſiniſtri bra chij, lata quidẽ inciſione, quatuor uncias manè, ueſpere totidem. Deinde paucos poſt dies ſaltem ſeptem, ad ſummum quatuordecim, tum frictione quadam aſperiore, tum admotis hirundinibus, quas Sanguiſugas nominant, mariſcas irritare, ut ſanguinis unciæ tres aut quatuor inde deſtillẽt. Hæc ambo robuſtioribus tantum facienda uiden tur. Debilioribus uerò, ſi neceſsitas poſtulat, mariſcas ſolũ ſicut docuimus, irritare. Sed neq; uen trem medicinis ſoluere, neq; ſanguinem licet, niſi prius clyſteribus pinguibus mollibusq́; lenieris. Atq; hoc ſit in melancholica natura cõmune præ ceptum, dandam eſſe operam, ut ſi oportuerit, eiuſmodi clyſteribus frequentatis uenter inferior lubricus ſemper ſit atq; purgatus.

Copioſioris ſanguinis notæ.

Sanguinis abundantioris notæ

Sanguinis utilitas.

¶ *De electuarijs & confectis.*
Caput XXIII.

Sequuntur

Exhilarãs. SEquuntur electuaria, ex quibus laudo equidẽ quod Raſis exhilarãs appellauit. Præterea quæ in libro de Viribus cordis Auicenna cõponit, ſed multo magis quod Meſues ita conſcribit: Sume crudum ſericũ colore coccineo nuper tinctum, pondere librã unam: id merge ſucco pomorũ dulcium & ſuauiter redolentiũ, atq; ſucco bugloſſæ, aquaq́; roſacea, ſingulorum libra una, poſt quatuor & uiginti horas, totũ id coque ſuauiter, donec aqua rubeat. Deinde extrahe ſericũ, atq; inſuper exprime diligẽter. Infunde mox ſacchari candidiſſimi centum & quinquaginta drachmas, coque rurſus donec quaſi mel ſpiſſetur: Amoue tunc ab igne, atq; infunde dum calet, ambræ crudæ diligenter conſciſſæ drachmas ſex, & ut liqueſcat ambra permitte. Poſtremo adde his puluerẽ eiuſmodi: Sume ligni aloes crudi, cinnami, utriuſq; æque ſex drachmas, lapidis lazuli rite abluti drachmas tredecim, unionũ, id eſt albarum margaritarũ drachmas duas, auri ueri drachmam unam, muſci electi partem drachmæ dimidiã. Dantur ex eo cum uino drach. duæ uel una, manè ac ueſpere ante cibũ tribus aut quatuor horis. Id mihi præ cæteris ualde placet. Verũtamen probo etiam diamuſcum Meſues dulcem, compoſitionemq́; gemmarum, modo cum aqua roſacea adſumantur. Laudarẽ quoq; mirificè quod eſt à

Petro

Petro Ebanenſi philoſopho ſummo, conflatũ, niſi ipſemet ex eius immodico uſu dilatationem exhalationemq; ſpirituũ nimiã formidaret. Quamobrem duo quædã inſuper excogitaui tutiſsima, atq; ob temperationẽ ſuam cuilibet tẽpori, ætati, naturæ cõuenientiſsima, in quibus miſcetur utile dulci: Quæ tantũ nutriunt quantũ fouent & roborant: Præterea ſpiritui & ingenio tantum ſtabiliendo, quantũ acuendo & illuſtrando conueniunt. Sume ſacchari roſacei uncias quatuor, ſacchari unà cũ floribus bugloſſæ cõcocti uncias duas, corticis pomi citri ſaccharo conditi unciã unam, chebulæ conditæ uncias duas, cinnami electi drachmã unã, ſandali, coralli ſcilicet utriuſq; rubri, item ſerici coccinei crudi & conſciſsi, croci, margaritarum, ſingulorũ drachmam dimidiam, auri, argenti, ſingulorũ tertiam drachmæ partẽ, ambræ, muſci, utriuſq; grana duo. Funde omnia ſimul ſucco citri uel limonis, ſaccharo cocti. Sequitur confectio altera aliquanto ſalubrior, certe multò ſuauior. Sume amygdalarũ dulciũ quatuor uncias, nucleorũ pineorum ſcilicet ablutorũ diei unius ſpacio, ſeminũ cucumeris, utrorũq; pariter uncias, ſacchari duri quod Candum, id eſt, candidum uocant, quatuor uncias, ſacchari alterius & albiſsimi librã unam atq; dimidiã: Funde cuncta hæc aqua roſacea, atque limonis & citri, in qua

Electuaria tutiſsima.

extinctum fuerit ignitū aurum & argentū, ſimul coque ſuauiter. Demū adde cinnami, been rubri, coandali rubri, coralli ſimilis ſingulorum drach. unā, margaritarū nitidiſsimarū, croci, ſerici crudi, coccinei minutiſsime attriti, ſingulorū drach. dimidiam, auri, argēti utriuſq; grana duodecim, hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri, carbunculi, ſingulorum tertiam drachmæ partem. Si cui uerò deſunt aurum, argētum, ambra, muſcus, præcioſi lapilli, confectiones illæ etiam prodeſſe multum ſine his poterunt. Quarū treis potiſsimū eligo, unam ſcilicet Meſues, quam recenſui, duas uerò noſtras, quas modo deſcripſimus. Quo uerò pacto ijs utēdum ſit, ſuperius ſatis expoſuimus. Si quis autem ſimplicius aliquid appetat, omnibus tamen accōmodatum, hic citri pomum perfecte maturum, integrum perfecte contundat, multoq́; ſaccharo & multo roſarū ſucco adhibito coquat: coctum uerò modico cinnamo crocoq́; condiat, aut aromatico roſaceo: utatur ſic temperato. Sume aromatici roſacei unciam unam, ſacchari roſacei, ſacchari diabugloſſati, utriuſq; uncias duas, aut ſimiliter, miſceat diamuſcum. Quanquā enim duo hæc non ſint ſimplicia, tamē facile ſatis habentur. At ſi caliditas timeatur, diaprunis & ſaccharū uiolaceum adiungantur.

¶ Emaciantis uigiliæ remedia. Ca. XXIIII.

SÆpe melancholicis, præſertim literatis accidere ſolet, ut nimium exiccato cerebro, uigilijs longis extenuẽtur. Quoniã uerò nihil atræ bilis mala magis auget, quàm lõga uigilia, tanto malo omni ſtudio ſuccurrendum. Ideò lactucas poſt cibos alios edant unà cum pane modico, pauculo croco, uinũq; purũ ſorbeant poſt lactucã, neque ultra horam lucubrent: Quumq; ſe dormitũ conferunt, confectionem eiuſmodi ſumant, in qua ſeminis papaueris albi unciæ duæ ſint, ſeminis lactucæ uncia una, amomi, croci ſcilicet utriuſque pars drach. dimidia, ſacchari unciæ ſex: Dilue et coque omnia ſimul ſyrupo papaueris: Edãt huius drach. duas, ſimulq; nõnihil ſyrupi papaueris guſtent aut uini. Illinias eis frontem temporaq; oleo ex uiolis, & ex nenufare adiecta camphora. Item lacte oleoq; amygdalino atque uiolaceo. Odorem croci & camphoræ, putaminumq; dulcis mâli naribus admouebis: Aceti inſuper modici, ſed aquæ roſaceæ plurimæ. Sternes quoq; lectum plantarum folijs frigidarum. Aures ſuauibus cantibus ſoniſq; delinies. Humectabis ſæpe caput eiuſmodi lauacris, ſcilicet aqua in qua cocta ſint fruſta papaueris, lactucæ, portulacæ, maluæ, roſarũ, uitis, ſalicis, arundinũq; folia, addita camomilla. Balneis quoq; dulcibus ex rebus eiuſmodi ſæpe tibiæ brachiaq;, ſæpe totum corpus eſt hu-

Extenuatis uigilia quo modo medearis.

Vigiliæ immoderatæ remedia.

mectandum. Lac inſuper bibere mixtum ſaccharo, ſcilicet ſtomacho uacuo, ſi modo ſtomachus optime tolerauerit, maxime prodeſt. Humida hæc melancholicis, etiam ſi ſatis dormiant mirifice conferunt. Memento lac amygdalinum menſæ familiariſsimum eſſe debere.

Amygdalinũ lac ſtudioſorum menſis familiare.

¶ Memoriæ hebetis atq; obliuionis remedia. Cap. XXV.

ACcidit uerò nonnunquã ut ſtudioſis, uel quia ſedulò inclinato capite legant ſcribantúe, uel quia ocio nimio torpeãt, pituita quædam uiſcoſior unà cum frigidæ nimis melãcholia caput occupans grauet, atq; hebetes obliuioſosq; efficiat. His ergo caput exonerandũ eſt ijs remedijs, quæ aliâs diximus pituitæ conuenire. Sin minus illa ſufficerint, ad pilulas Indas & cocchias hieralogodionq; confugito. Præterea ad iarã dia coloquintidos uel Archigenis, uel Andromachi, uel Theodotionis, aut ad pilulas Iudæi, quas Meſues in capitulo De capitis dolore deſcribit. Quod ſi natura ætáſue frigidior ſit, nec æſtas obſtiterit, poſt purgationẽ utere cõfectione illa anacardina, quam Meſues Sapientum confectionẽ nominat in Antidotario. Rurſus anacardina illa, quam in capitulo De obliuione ex ſententia filij Zachariæ recenſet. Da ſummo mane drachmam

Hebetudinis atq; obliuionis medelæ.

unam,

unam, ſed qui eam ſumit, ab ira, coitu, ebrietate, labore, rebuſq; calidis eo die prorſus abſtineat. Hæc quidem aduerſus hebetudinē obliuionemq́; ualentißima ſunt. At uerò ſi familiaria magis optes, da gingiber cōditum, ſed modico thure mixtū quod ſenſibus & memoriæ magnopere prodeſt, præſertim his adiectis, ſcilicet melle anacardi, melle chebularum, acoris, ciperis, ambra, muſco. Prodeſt etiam diambra, pliris ſarcoticon, & diacori. Sed hæc ore diutius retinēda, naribus etiam & auribus infundēda. Odor quoq; thuris, amaraci, marathri, nucis muſcatæ, rutæ, gariophilorū, prodeſt non mediocriter. Memento tamen theriacam, in his atq; ſimilibus, quemadmodum ab initio diximus, nulli unquam remedio poſtponendam. Præterea hebetibus obliuioſisq́; tempora et ceruicē unctione eiuſmodi unge. Sume olei ſambucini unciam unam, olei de been uncias duas, euphorbij unciam dimidiam, caſtorei quoq; tantundem, perfricabis brachia, crura, ceruicemq́; uehementer. Ac ſi opus fuerit, ceruici cucurbitulas admouebis. Verticem præterea capitis amaraco, thure, nuce muſcata tunſis operies atq; fouebis.

Theriaca nulli remedio poſtponenda.

¶ Spirituum cuſtodiæ nos eſſe intentos debere. Cap. XXVI.

SI homines ueritatis cupidi, tanta medicorū diligentia corporeum ſpiritū curare debēt,

ne forte omnino neglectus, uel impedimento ſit, uel inepte ſeruiat quærentibus ueritatem, multo proculdubio diligentius incorporeũ ſpiritum, id eſt, intellectũ ipſum diſciplinæ moralis inſtitutis colere decet, quo ſolo ueritas ipſa quum ſit incorporea, capitur. Neq; enim fas eſt ſolum animi ſeruũ, id eſt corpus colere, animũ uerò corporis dominũ regemq́; negligere: præſertim quum Magorum Platonisq́; ſententia ſit, corpus totum ab animo ita pendere, ut niſi animus bene ualuerit, corpus bene ualere non poßit. Quapropter medicinæ autor Apollo, non Hippocratẽ, quãuis ex ſua ſtirpe genitũ, ſed Socratem ſapientißimũ iudicauit. Quippe quum quantum Hippocrates corpori, tantũ Socrates animo ſanando ſtuduerit: quanquam quod tentauerant illi, ſolus Chriſtus effecit. Proinde mentẽ noſtram optimis colere moribus à Socrate idcirco iubemur, ut lucẽ ueritatẽq; à nobis naturæ inſtinctu quæſitã ſerena mente facilius aſſequamur: quanto magis ueritatẽ ipſam diuinã in primis religiõe ſancta fas eſt uenerari? Ad quã quærendam capiendamq́; non aliter creata mens eſt, quàm oculus ad lumẽ ſolis perſpiciendũ. Atque, ut Plato noſter inquit, quemadmodũ uiſus nihil uſquàm uiſibile perſpicit, niſi in ipſo ſummi uiſibilis, id eſt ſolis ipſius ſplendore, ita neque intellectus humanus intelligibile quicquam apprehendit

Spirituum cura habenda.

hendit, niſi in ipſo intelligibilis ſummi, hoc eſt dei lumine nobis ſemper & ubiq; præſente. In lumine inquam, quod illuminat omnem hominem uenientem in hũc mundum. In lumine de quo canit Dauid: In lumine tuo uidebimus lumen. Profectò quemadmodum purgatis oculis, inq́; lumẽ ipſum aſpicientibus, ſubitò ſplendor eius infunditur, coloribus figuriſq́; rerũ abunde refulgens, ita quũ primum ab omnibus corporis perturbationibus per moralem diſciplinã purgata menseſt, atq; in diuinam ueritatem, id eſt, Deum ipſum religioſo quodam flagrantiſſimoq́; amore directa, ſubitò, ut diuinus inquit Plato, diuina menti ueritas influit, rationeſq́; ueras, quæ in ipſa continentur, quibúsue omnia conſtant, feliciter explicat: quantoq́; mentem circumfundit lumine, tanto ſimul et uoluntatem gaudio beate perfundit.

LIBRI PRIMI FINIS.

¶ MARSILII FICINI FLORENtini in librum ſecundum de Vita producenda, ad Philippum Valorem, epiſtolare procemium.

QVanquam Plato noſter Genio ſuo uiuit, & uicturus eſt, ut arbitror, dum mundus ipſe uiuet, meus me tamen Genius huc ſemper impellit, ut poſt diuinũ cultum ante omnia Platonis

uitæ proſpiciã. Ad hoc ipſum iã diu nobis aſpirat præ cæteris Medica domus. Ad idem conſpiras et tu mi Valor, medicûm amiciſſimus, & Platonicæ gloriæ atq; diſciplinæ admodũ ſtudioſus. Quam ergo uitã Platoni ſemper exopto, eandẽ opto Medicibus, ſimilemq́; Valori. Quamobrem hortor & obſecro te mi Valor, ut quanta ſemper opera gloriæ Platonicæ faues, tanta aliquando diligentia præcepta hæc noſtra de Vita producẽda legas atq; ſerues: quibus diu uiuens reſurgenti nuper diſciplinæ Platonis diutius unà cum magnanimo Laurentio medice patrocinari poſſis. Vale.

MARSILII FICINI FLORENTINI MEDICI atq; philoſophi inſignis, De uita producenda, ſiue longa, LIBER SECVNDVS.

¶ AD PERFECTIONEM SCIENtiæ neceſſaria eſt uita longa, quam diligentia præſtat. Cap. I.

AD artem ſcientiamq́; perfectã non tam uel docilitas ingenij, uel memoriæ firmitas, quàm prudentis iudicij perſpicacia nos perducit. Iudicium

cium uerò propter ambiguitatem ex coniecturarum diuerſitate conceptã, adeò difficile eſt, ut experimento ſit neceſſariò confirmandũ. Experimẽtum quoq; fallax, tum propter iudicij ipſius difficultatem, tum propter fugacem opportuni in experimẽto captando temporis breuitatẽ. Quibus ſanè de cauſis, artem eſſe longam unà cum Hippocrate rectè cõcludimus, nec poſſe nos eam niſi uitæ longitudine conſequi. Vitam uerò longam non ſolum ab initio ſemel fata promittunt, ſed noſtra etiam diligentia præſtat. Quod & Aſtrologi cõfitentur, ubi de Electionibus & imaginibus agunt: & medicorum cura diligens, experiẽtiaq; confirmat. Qua quidem prouidentia non ſolum homines natura ualidi ſæpiſsime, ſed etiã ualetudinarij uitam longam aliquando conſequuntur, ut non mirum ſit Herodicum quendam literarum ſtudioſum omniũ ſui tẽporis infirmiſsimũ, ut Plato & Ariſtoteles teſtantur, eiuſmodi prouidentia annum ferè centeſimũ impleuiſſe. Plutarchus præterea narrat multos corpore alioquin parum firmo, uitam ſola diligentia longam cõſequutos. Mitto in præſentia, quot imbecillos ipſe nouerim prudentiæ munere robuſtiſsimorũ annos ſuperauiſſe. Neq; igitur inutile fuerit, neq; uanum poſt librũ De curanda ualetudine literatorũ à nobis compoſitum, præcepta quædam inſuper ingenij

Artiũ experimentũ fallax.

Herodicus ualetudinarius prudẽtia uitã uixit longæuam.

ſcientiæ cupidis ad uitam longam conducentia, tradere. Inſtituta uerò hæc nec in itineribus ignauisq́; communicari uolumus. Quid enim cupiamus iſtos diu uiuere, qui nec uiuunt quidem, quaſi fucos nutriamus, non apes? Nec hominibus diuulgari, perdita uoluptatum libidine diſſolutis, qui breuem quotidie uoluptatẽ longæ uitæ, ſtulti præponunt. Nec improbis iniquisq́; patefieri, quorum uita mors eſt bonorum. Sed uiris duntaxat prudentibus atq; temperatis, ſolertis ingenij uiribus humano generi, uel priuatim uel publice profuturis.

¶ Vitalem calorem nutriri humore, cuius ultra citraq́; exceſſu fieri corruptionem diſſolutionemq́;. Cap. II.

Vita quidem tanquam lumen in naturali calore conſiſtit. Caloris uerò pabulũ eſt humor aerius, atq; pinguis quaſi oleum. Siue igitur humor eiuſmodi forte deficiat, ſiue prorſus excedat, uel inquinetur, calor naturalis ſtatim debilitatur, & tandem debilitatus extinguitur. Si humoris defectu calor debilitatur & perditur, mors reſolutione contingit. Si potius obruitur humoris exceſſu uel uitio, uita ſuffocatione perit. Suffocatio uerò humoris cuiuſlibet exundantia uel putrefactione cõtingit, præſertim pituita uel excreſcẽte uel

Ἀμετρία νόσον τίκτει

te uel quomodolibet putrefacta, ut non immeritò pituita petens uitã fuerit nominata. Præcepta igitur ad producẽdam uitã maxime neceſſaria: hinc quidem reſolutionem, inde uerò ſuffocationẽ putrefactionemq́; æque deuitant: Æque inquam, ratione communi. Nam ſi calidiorem ſicciorémue hominem fortè curant, & cui meatus quidem aperti ſunt, humores autem ſpiritusq́; ſubtiles reſolutioni magis occurrunt. Sin autem contraria ratione corpus affectum tractant, potius ſuffocationi ſubueniunt. Maxime uerò in alterutro ſtudent, ſi ad alterutrum locus tempúsue declinet. At ubi ingenioſis ſtudioſisq́; conſulitur, utrunq; præceptum fermè eſt pariter neceſſarium, in utroq; ſimiliter laboratur. His enim acutum quidem calidumq́; ingenium, & imaginationis motus aßiduus, reſolutionem: ocium uerò corporis atq; cruditas, ſuffocationem minitari uidetur. Nuſquam igitur medici uehementius quàm in eiuſmodi hominum curatione laborant. Etſi tota libri ſuperioris diſputatio ad prorogãdam uitam maxime confert, propriam tamen quandam res tanta curam, qualem deinceps quoad potero paucis comprehendam, poſtulare uidetur.

¶ Quomodo ſint temperandi calor & humor, quodam Mineruæ conſilio. Cap. III.

Cete-

CÆterum dum oleum iſtud pingue, igneo huic uigori noſtro neceſſariũ, pingui Minerua tractamus, Minerua interim oliuifera olei uitalis origo, almi uidelicet Iouis capite nata ridet, quod ſui muneris quantitatem planè cernentes, interea non ſatis uidimus qualitatem. Ridens ergo, Vobis, inquit, oleũ non modo quantum ſat flammæ nutriendæ foret, abunde dedi, ſed etiam ſine amurca ſyncerum infudi lucernæ. Hæc illa. Nos autẽ inter loquendum errantes offendimus, quoniã lucerna pedibus noſtris uerbum ſuum nõdum nobis auditum. Ex hac ergo lucerna diſcamus, oleum iugiter flammæ ſubminiſtrandum, ea ſcilicet diligẽtia, ut nec repentina quadam lumen obruamus illuuione: nec rurſus differamus ſitibundo potum. Sed hæc quidem duo, ſatis in ſuperioribus tractata putamus. Reliqua nobis duo ſunt: quorũ alterum leuiter tetigiſſe, alterum uix attigiſſe uidemur. Tangentes interim ita Palladẽ ut ridere nũquam ſolita, nos rideret. Quid ergo? Primo quidem conſiderabimus flammam uel pauculam eſſe prorſus edacẽ, ideoq; lucernam illam lucere diutius in qua ſic flammula eſt ad ellychnium, id eſt lucinium temperata, ut non ebibat oleum, ſed pitiſſet. Itaq; & nos in omni diæta cauebimus, ne quando, præſertim in iuuentute, nimium inualeſcat inſitus ignis ſuapte natura uorax.

Sa-

Sat uerò fuerit tum humorem inundantē, tum penetrabile frigus hinc arcere. Deinde lucernam cogitabimus frequenter extingui, quando non ſyncerum oleū inſtillauerit, ſed (ut ita dixerim) amurcoſum. Vnde paulò poſt concreſcunt ex amurca fungi, lumenq; extinguunt. Iam uerò nos alumnum à Pallade ſuſcepimus oleum, ſcilicet aerium quàmplurimū purumq;, & natiuo quodā lentore tenax atq; firmum. Quod ergo huic paulatim abſumpto ſuggeritur, non ſolum huic æquale debet eſſe, ſed ſimile. Vt uerò ſit ſimile, non tantum aerium eſſe debet & pingue, ſed penitus ab amurca ſecretum, id eſt à fæce quadam ex terra & aqua craßiore congeſta. Hanc ergo congeſtionem fæcemq; uitaturi, alimenta eiuſmodi fugiamus, & ocium & cruditatem atq; ſordes. Interea uerò Mineruam ea moderatione colamus, ut caput quidem de quo nata eſt ipſa, nobis augeat, neruos autem ſtomachumq; non minuat.

¶ Areſcentis humidi naturalis & alieni exuberantis cauſæ: Et quàm neceſſaria ſit ad uitam perfecta digeſtio. Cap. IIII.

NAturalē humorē uelociter hæc exiccant: Sanguinis fluxus uberior: Violenta ſolutio uentris: Diu lubricus aluus: Profuſus ſudor: Latius patefacti meatus: Coitus ad debilitatem factus:

Coitus à cibo digeſtionẽ impedit.

ctus: Sitis anhela: Fames crucians: Vigilia longa: Vſus præcalidarũ rerũ ſimulatq́; ſiccarũ: Laborioſus animi corporisq́; motus: Anxietas: Ira: Dolor: Siccior ſimulatq; feruentior aer, præſertim igne caleſcens: Ventus aridior & uiolẽtus atq; diuturnus. Humorẽ ſupra modum augent ijs contraria. Ebrietas frequens utrũq; facit. Nimio enim tum calore ſiccat, tũ humore ſuffocat ebrioſum. Nihil autem magis quàm cruditas ad utrunq; nocet. Vbi enim nõ concoquitur alimentũ, hinc quidem deeſt quo naturalẽ irriget humorẽ: inde uerò putrefactum ſupereſt, quod exundans, calorẽ obruat naturalam. Quamobrẽ Auicenna corrumpi ſanguinẽ inquit, ubi digeſtio ipſa corrũpitur, ſecutusq́; Galenũ appellat digeſtionẽ, uitæ radicẽ.

Coctionis ad uitã neceßitas & uſus.

Optima igitur eſt & quaſi unica hæc regula Galeni, concoctionẽ cibi præ cæteris ubiq; curare. Nam quod maximũ uidetur eſſe præceptũ, ſalubribus uidelicet uti, nihil proderit niſi coquas. Sẽquidẽ ex his fermè ſicut ex contrarijs noxius humor profluit, ſi cruda membris influxerint. Ex cibis autem etiam minus arte laudatis, ſæpe minus

Cruditas uitanda ubique.

malum accipitur nutrimentum, ſi uehementius concoquantur. Cruditatẽ igitur tanquam grauẽ, reſolutionis ſimul & ſuffocatiõis cauſam, diligentißime deuitemus, quantitate uidelicet cibi potusq́; nobis accõmodata. Qualitate, ſimplicitate,

præpa-

præparatione,contritione,ieiunio reuocante ſamem,ac ſi opus fuerit,ſtomachi etiã exteriore fomento,rebusq́; quibuſdã ſtypticis poſt epulas intus aſſumptis. Caueamusq́; diligenter, ne cibum potus exuperet,neúe cibus ſit liquidior,aut durior: aut hic uel ille ualde ſit actu frigidus, aut alimenta ſint longè diuerſa, aut crudũ addamus crudo. Hæc enim concoctionem magnopere prohibent. Caueamus inſuper diligentiſsime,ne uel coitu ſtatim poſt cibũ, uel ſomno meridiano ſæpius non neceſſario,uel nocturna uigilia, uel labore animi ullo,ſiue corporis importuno,uel alio quopiam pacto digeſtionẽ impediamus. Digeſtionem dico equidem nõ primam tantũ,quæ fit in ſtomacho: ſed ſecundum etiam quæ fit in iocinore: Tertiam inſuper quæ in uenis: Quartam deniq́; quæ in membris efficitur: Quæ longo quodam indigent interuallo, & quauis impedita, pabulum non ſuppeditatur humori. Proinde ſicut digeſtionem, ſic excrementorum purgationem adiuuare in primis neceſſariũ eſt ad uitam. Neceſſarium, ſordes etiam à cute detergere. Neceſſarius eſt motus corporis tam cõtinuus, tam tẽperatus,tam uarius, quã cœleſtiũ aerisq́; motus et ignis & aquæ, ſeruata duntaxat concoctionis & ſomni neceſsitate. Defatigatione uerò & reſolutione uitata. Præterea ſub umbra ſitum cariemq́; obducimus.

Coctionem remorãtia.

Digeſtiões quatuor.

Sub

Sub diuo, ſub lumine uiuimus. Quod pater meus Ficinus inſignis medicus, frequenter habebat in ore. Sed ad hæc feliciter peragenda operæpreciū foret, nō tam urbanis negocijs quàm ruſticis quibuſdā exercitationibus à tenera ſtatim ætate corpus aſſuefeciſſe, & quodammodo ſimilibus. Interdum etiam nutrimentis, & uitæ genus quodāmodo uarium tenuiſſe. Quod me ſæpius ille prudens monebat. Qui enim in omni ætate lautißima quadam curioſitate uiuunt, ſæpe minus tutè uiuunt. Qui uerò adoleſcentes ſe minus aſſuefecerint, adulti ſaltem aſſuefaciāt, cautioribus tamen & paulatim id tentantes.

Laboribus ruſticis non nunquam uti ex re eſt ſanitatis.

¶ Sanguis & humor accōmodatus uitæ, aerius eſſe debet, qualitate temperatus, ſubſtantia medius atq; tenax. Cap. V.

Euchyma.

GRæci omnes inter præcepta ad diuturnā uitam maxime neceſſaria, mandant ut euchymis alamur. Euchyma uocamus alimenta ſalubria, quæ bonum afferunt nutrimentum, id eſt, ſanguinem bonum. Bonum uerò ſanguinem appellamus, non frigidum, non ſiccum, non turbulentum, ſed calidum & humidū atq; clarum. Calidum quidem calore non acri: Humidū uerò humore non aqueo: Clarum quoq;, nec tamen interea tenuiſsimum. Iam uerò feruentior ſanguis, naturalem

Sanguis bonus qualis.

turalem tum calorem exacuit, tum exiccat humo rem, & quem ipſe humorẽ infert uel calorem, re ſolubilem præſtat atq; fugacẽ. Sanguis præterea humidior proniorq́; ad aquam, naturalẽ obtundit calorem, humorem quoq; naturalem uel hebetat, uel impellit ſub calore liqueſcere, uel ſuffocat hu miditate calorem. Et omnino, ſi qua portio natu ralis humoris ex aqueo ſanguine trahitur, tũ pu treſcit facile, tum citò diffluit, atque diſſoluitur. Hinc efficitur, ut qui molliores fructus herbasq́ comedunt, niſi raro forſan & pro medicina tunc uẽtrem lenienteſumant, breui uenas ſucco crudo putrefactioniq; obnoxio penitus impleãt. Ac ne id accidat, tutius pro alimento uel coquũtur, uel ſaltẽ cũ pane miſcentur. Sanguis ergo nec igneus eſto, nec aqueus, ſed aerius. Non aeri craßiori ſi milis, ne procliuior ſit ad aquam. Non aeri ſubti lißimo, ne facile incaleſcat in ignem: ſed ſubſtan tiam teneat mediocrẽ, in qua medius aer domina tum habeat plurimũ. Cætera elemẽta inſint, qua tenus aeris accommodãtur imperio. Non ſit eius ſubſtantia ſubtilißima, ne humorẽ inſtabilem ge neret, ſpiritumq́; uolatilem & diſſolutioni ſubie ctum. Non ſit craßißima, alioquin & ingenio mi nime miniſtrabit & uix in naturalem humorẽ ac ſpiritũ permutabitur, meatus obſtruet, ſuffocatio ni dabit occaſionem. Et ſpiritus qui uix tandem

Sanguis bonus longæ uitæ utilis

craſſus inde creatur, denſitate ſua, et ipſe parũ idoneus eſt ad uitam, & calorẽ naturalẽ ita ſuffo rat, ſicut fumus denſior flammã comprimit protinus & extinguit. Mitto quod ſaltẽ adeò tenebroſus eſt, ut uitam efficiat mœſtã, morte deteriorẽ. In primis antem, ut mihi uidetur, ad uitam expedit diuturnã, ſanguinem unà cum ſubſtantia quidem aeria ualde, nec admodum craſſa, habere glutinoſum aliquem in ſe humorẽ atq; tenacem, qualem fermè cum ſubtilitate habet oleum oliuarum, & humor anguillæ pinguis ſimulatq; tenuis, & oleum ex terebinthina quadam ſublimatione tractũ. Tu igitur alimenta, cæteraq́; omnia quæ ſanguinem pro uiribus, humoremq́; talem efficiant, diligenter eligito. Sanguis enim humorq́; talis ſicut oleum flãmæ, ita uitali calori pabulum eſt, & unà cum ſubtilitate habet etiam firmitatẽ. Præceptum enim Raſis eſt pro iuuentute ſeruanda, rebus uti ſanguinẽ ad præcordia traducẽtibus, ibiq́; condenſantibus, corq́; fouentibus. Quod Auicenna probat, aquoſum labilemq́; ſanguinem præcipiens euitandum. Differens autẽ in hoc, pro differentia corporũ, ratio eſt habenda. Nam ubi denſius corpus eſt, ad ſubtilitatẽ ſanguinis: ubi rarius, ad craßitudinẽ eiuſdẽ, omnibus eſt remedijs declinandum. Vbi media corporis habitudo, uia ſimiliter media tutius imus. Nunquam tamẽ naturalem corporis

Omne immoderatũ contrario ad mediocritatem referatur.

corporis habitudinẽ extirpare conabimur, alioquin uitã ipſam extirparemus. Expedit inſuper meminiſſe, ubi ſubtilitatem ſanguinis ualde ueremur, & ſtomachus interea non ſit admodum natura ualidus, minutioribus ad craßitudinẽ gradibus accedendum eſſe, dum gracilem hominem craßioribus alimentis nutrire contendimus, & fouendũ interim ſtomachũ et producendum ſomnũ. Exercitationẽ corporis pro uirib. augendã, animi minuendã, quæ plurimis ſæpißime nocet. At ſi minus ferat alimẽta uiſcoſa nimiũ duraq́; uel admodum frigida, uſu ſaltem corallorũ, ſandalorum, roſarum, coriandrorum, myrobalanorum, cydoniorum & diacydonion, ſacchariq́; roſacei, ſtypticarumq́; rerum eam ſanguinis humoriſq́; firmitatem deniq; conſequemur, quam rebus nimium glutinoſis hic tutò cõſequi nõ ualemus. Commodißime uerò ex nucleis pineis piſtaceiſq́; & glycyrrhizæ ſuccco, & amido additis amygdalis dulcibus, earumq́; oleo & cydoniorũ ſemine, atq; oleo ſeſamino unà cum ſaccharo cãdidißimo aquaq́; roſacea nutrientur, qui uiſcoſa grandiorũ animalium membra concoquere nequeant. Concedemus his præterea extrema gallinarum uel hœdorũ, & teſtudines & limaces atq; teſticulos. Vina dabimus non alba, ſed rubra ſtypticaq́; et quodãmodo ſubamara: aqua uinũ ferrea uel maſtices *Sanguinis diffluentis remedia.*

temperantes. Oleo quoq; maſticis cydoniorumq́; cutem leuiter leniemus, et uitabimus interim quæ ſanguinem ſubtilem faciunt uel feruentẽ, niſi forſan nonnihil croci uel cinnamomi tenacioribus epulis infundamus, ut & facilius concoquantur, & cocta per meatus anguſtos transferantur ad membra. Difficile nanq; eſt uiſcoſa uel alimenta paulò firmiora ex ſtomacho non admodum ualido uſq; ad digeſtionem tertiam quartamq́; perducere, niſi eiuſmodi uehiculis perferãtur, atq; inſu perfrictionibus lenibus prouocentur. Quas quidem quum facies, manibus eas mollioribus facito. Ac memento madefacere manus odorifero quodã uino, in quo camomillam myrtumq́; coxeris atque roſas.

¶ De cõmuni edendi bibendiq́; regula, et qualitate epularum. Cap. VI.

Edendi regula.

Epularũ qualitas.

SEd miſſa in præſentia faciamus obtuſiſſima hominum corpora uel tenuiſſima: ad cõmunem uiuendi rationem perueniamus, cõmuni mediæq́; corporis habitudini prorſus accommodatam. Caue ne ulla ratione meatus corporis uel ſupra modum pateant, uel nimium obſtruantur. Ibi enim in reſolutione & iniuria extrinſecus inferenda diſcrimen: hic autem in putrefactione & ſuffocatione periculum. Etſi non arctiſſimo regulæ freno, quod Hippocrates damnat, te cohibeo, non

non tamen habenas tibi ad licentiã uſq; relaxo. Herbas & fructus humidiores accipe parcè. Parcius lac & piſces, & utrunq; cum melle. Parciſſime fungos, atq; cum aromaticis ac ſemine pyri. Similiter purum aquæ potum, atq; unà cum parcitate. Quæ humidiora ſunt uel pinguia, aromaticis acribuſq; condito, alioquin & humorẽ alienum membris plurimũ infernnt atq; putridũ: & ſi quem neceſſarium naturæ humorẽ ſuggerunt, hunc præſtant citæ admodum corruptioni ſubiectum: Quod non aliter quàm aquoſum uinũ conturbatur celeriter & corrumpitur. Hinc cita canicies, & pallor rugoſitasq; ſenilis. Carnes quoq; ſi quotidie comedantur, ac etiam ſi pondere pani propinquent, citam putrefactionẽ inferunt. Vnde Porphyrius Pythagoreorũ antiquorumq; autoritate fretus, eſum animalium deteſtatur. Nonne homines accepimus ante diluuium longæuos, animalibus pepercisse? Quanquã medici non tam carnium uſum uetant quàm abuſum. Deniq; humida tanquam putrefactioni obnoxia fuge, memoria tenens humidos & pingues ſeneſcere citius atq; mori. Quod & Hippo. ait, & res ipſa declarat. Sicciſſima rurſum accipe moderate, uel ſaltem liberiore tempera potu. Media tutus eligito. Tametſi Auicenna formam cibi paulò ſicciorem molli præponit, ad caniciẽ euitandã. Ad frigida

nimiũ aut calida cautiſsimus eſto. Calida ſimul et humida ſequere. Si feruet aer, epularũ humor calorem ſuperet: ſi friget, calor humorẽ. Vtrobiq; uerò modicus ſit exceſſus. Vbiq; calor & humor nõnihil glutinoſum habeat atq; ſtypticũ, ut illinc mẽbris irrigatus humor inhæreat firmius, ac diu ſub calore perduret. Electum triticũ & panis electus hoc in primis habet. Deinde rubrũ ſtypticũque uinũ parũq; dulce. Tertio pinei nuclei resq; ijs tẽperie & lentore perſimiles. Quarto carnes non humidæ ſimulatq; laxæ, ut ſuillæ & agninæ lactentes. Medici tamẽ ueteres, maxime Galenus, ſuis carnes & ſanguinẽ, propter quandã cum corpore noſtro ſimilitudinẽ ualde cõmendant. Optimæ ſunt igitur ſimilibus corporibus, ut ruſticis & robuſtis, corpusq; multũ exercitantibus, præſertim ſi quatriduũ gariophylis, coriandris præparatis, ſale conditæ ſeruentur. Et ſanguis forſan utilis ſi cũ ſaccharo coquatur defæcatusq; ad ſummum fuerit atq; liquens. Sed ut ad numerũ reuertamur, non probantur carnes humidiores, quales diximus, nõ duræ ſimulatq; ſiccæ quales uetuſtioris leporis atq; bouis, ſed mediæ quædã, ut gallinaceorũ, pullorũ, caponum, pauonũ, phaſianarum, perdicũ, forte etiam pullorũ columbinorũ, præſertim domeſticorũ. Tales quoq; ſunt capreoli uituliq; iuuenes & anniculi uerueces, pariter

Carnes quæ ſalubres.

atq;

atq; apri. Hœdos non ſperno lactentes, caſeumq́; recentem. Auiculas equidem prætermiſi. Frequẽs enim ſubtiliorum alimentorũ uſus, ſtomacho ſolum cõuenit craſſiora minime tolleranti. Qui uerò ualidior eſt, fugacẽ ex ijs fumum reportat uel humorẽ. Oua tamen gallinarũ non prætermitto, ſi uitellus unà cum albo comedatur. Vitellus nanque ſolus delicatorum eſt nutrimentum: nam Auicenna probat nutrimentum nullum expedire magis in diminutione ſanguinis & diſſolutione ſpiritus cardiaci quàm uitellũ, oui gallinæ, uel perdicis, uel phaſianæ. Neq; forte ab re fuerit anſeres nutrire ſpelta aquáue nitida, ac poſt necẽ carnes ſale & coriandris aceto præparatis cõditas, dies ſeptẽ ſeruare prius quàm edas. Ceruumq́; ſimiliter, ſi ſtomachus fuerit ualidiſſimus. Probabile nanq; eſt longæua quædã animalia ad uitã conferre longæuã, ſi tamẽ huiuſmodi carnes iuuenes comedantur. Similiter aliæ carnes uiciſſim ſunto tum aſſæ, tum elixæ. Cibus eſto duplus ad potũ. Panis duplus & ſeſquialiter ad oua, triplus ad carnes, quadruplus ad piſces, herbas, fructus humidiores. Ne incipiat à potu menſa, neq; potus ſit ſemel uberior. Semper ſtypticũ aliquid abſq; potu uel modico, ſequatur menſam. Vbi complexio, ætas, locus, tempus, ad calidum ſiccúmue labitur, tu quoq; pauliſper ad oppoſita declinato. Vbi

Oui uitellus ſanguinem reparat.

Panis eſto duplus ad ocia, triplus ad carnes.

ad frigidum aut humidum, ſimiliter ad oppoſita uergito. Vbi temperies, ſeruato temperiem. Eatenus autem exercitationi quidem corporis eſt addendum, & animi detrahendum, quatenus epulis ueſcimur durioribus ad diuturnitatem uitæ aliquando forſitan neceſſarijs. Menſæ tibi ſint in nouem diei horis duæ, & utrobiq; parcæ. Parcior uerò cœna. Exercitationes corporis duæ fermè poſt digeſtionem primam ad ſudorem quaſi productæ. Somnus quidē nocturnus, quia ſemper eſt neceſſarius, ſemper bonus: diurnus autem niſi admodum neceſſarius, nunquàm bonus.

Potionis ad cibum proportio debita.

¶ Non eſſe utendum alimentis quæ citò putreſcant: uinum & triticum præ cæteris eligenda, putrefactio & reſolutio fugienda. Cap. VII.

ANimalia uerò quæcunq; in noſtrā cuſtodiam ueniunt, mundis electisq; alimentis nutrienda ſunt antequàm ueſcamur. Atq; hæc & alia omnia ex paſcuis altioribus & odoriferis eligenda ſunt Inter hæc regulā ante omnes ab Arnoldo philoſopho comprobatā, memori ſemper mente teneto. Animātes, herbas, poma, fruges, uina ex altis odoriferisq;, ut diximus, regionibus eligere oportere, quas uenti temperati ſerenant, ſuaues Solis radij fouent, ubi aquæ nullæ ſtagnant, culta

culta ſterquilinio nõ pingueſcunt,ſed humore natiuo,ubi etiã quæcunq; naſcuntur, diu permanẽt incorrupta. Hic duntaxat habitandũ eſt,hic quoque naſcẽtibus ueſcendũ. Neq; confidendũ eſt,ex alimentis quæ breui putreſcunt,humorẽ nos comparaturos diuturnũ,& à putrefactione remotũ. Neq; ſperandũ facile nos diu uicturos, ubi terræ fructus incorrupti diu non conſeruantur: ubi raro admodũ homines ſunt longæui. Quantũ uerò ſit in loco uictuq; diſcrimen,pomũ declarat perſicum: In Perſia quidem uenenũ, in Ægypto,cordis amicum. Et helleborus in Anticyra impune ſumptus, alibi uerò uenenum. Ariſtoteles habitationem eligit altam ad meridiem orientemq; ſpectantẽ,ſub aere ſubtili,nec humido, nec frigido. Et Plato longæuos in æditiſsimis atq; tẽperatis reperit regionibus. Deterrimum uerò eſt ſtercorare agros,uel aquas ſtagnantes ex agris minime deriuare. Omnia enim illic citæ corruptioni ſubiecta naſcuntur. Quamobrem eos non uituperare non poſſum, qui ſapientẽ Heſiodũ idcirco uituperãt, quod in re ruſtica ſterquiliniũ prætermiſerit. Sed ille prudẽs ſalubritati potius quàm fertilitati conſuluit. Satis autẽ ex lupinorũ fabarumq; folijs tẽpeſtiue ſubuerſis, agrum pinguefieri poſſe putauit. At uerò ſi regiones humidiores immundasq; colere,& alimenta minime duratura ſumere compella-

Habitatio qualis eligenda.

Altricis terræ facultas

Aeris electio ad uitæ longitudinem.

Cibi humidiores quibus ſint cōdiendi.

pellamur, eum quaſi ſeruemus uictum, quem ſub aere peſtilenti medici mandauerūt. Qua de re in libro Contra peſtilentiā ſatis egimus. Summatim uerò ſuauibus & quodāmodo calidis utemur odoribus. Aloe rite præparata ſæpe, leuiterq́; pur

Aloe lota.

gabimur. Rite uerò præparatam dicimus, ſi lota fuerit aqua roſacea uel ſucco roſarum, aut ſi cum roſis recentibus contritisq́; fuerit perfectè cōmixta. Deinde addatur ei myrobalanus atq; maſtix, & fortè roſa. Medicina hæc extra cōtrouerſiam mirabilis eſt ad conſeruandam diu mentē ſanam in corpore ſano. Præterea corpus exercitabimus: opportuno utemur foco. Hoc puluere epulas condiemus: Myrobalanorum emblicarū ſit pars unciæ quarta, ſandalorum uerò dimidia, cinnamomi integra, octaua croci. Hoc itaque puluere rebusq́; ſimul acribus imminentem ex putridis alimentis & locis corruptionem forſitā inhibere poterimus. Meminerimus autem, ubi multo plures putrefactione ſuffocationeq́; quàm reſolutione pereunt, ibi putrefactioni, & ſuffocationi maximè reſiſtendum. Vbi uerò contrà, uiciſsim uti condimentis aromaticis, & quodam modo auſteris, ut diximus, odoribusq́; ſimilibus quouis tempore putrefactionem prohibet: ungi oleo, frigoris iniuriam: uti lauacris ex aqua & oleo, reſolutionem ex labore uel calidis temporibus imminentē. Similiter

militer os aqua ſæpe colluere, ſuccũ glycyrrizæ uel ſaccharum cryſtallinum ore tenere: Aqua roſacea multa, paucoq́; aceto roſaceo manus faciẽq́; perfundere, ſimilibusq́; odorib. uti. Septima quaque hora alimentis modicis recreari: corpore ſimul & animo conquieſcere, calore uitato. Plurimum uerò intereſt, quale ſit uinum & triticum, quibus aßidue ueſcimur. Hæc ergo ſint talia, ut ultra annum & potius ad triennium integra perſeuerent, ſi modo incorruptibilem ex iјs alimoniã ſperare debemus. Vinum, ſiue album ſiue rubrum ſit, eſto clarum, ſuaue, ſtypticum, odoriferum, & quod indigeat aqua. Niſi forte uinum repereris, leue ſimul atq; durabile, quod rarißimum eſſe ſolet. Quod uerò ualidius eſt, philoſophus Iſaac uinum dicit eſſe uinoſum, coctũ ſole, uentisq́; purgatum: quod aqua fontis puri tẽperari iubet, aliquãdiu antea quàm bibamus, ut perfectius miſceatur. Aquoſum uerò uinum atq; debile uel acerbũ, fugiendũ monet, utpote quod intra uenas & membra acidum citò fiat, aut aliter putrefiat. Vinum quidem aquoſum putrefactioni ſubiectum, ſi conſeruata eius ſubſtantia coctum fuerit, hoc ſaltem erit utile, alioquin non laudatum, quod humorẽ corruptibilem non creabit: ſed acumen eius aqua electa tẽperandum erit. Vinũ uerò quale probauimus, Iſaac ex antiquorũ ſentẽtia theriacis magnis

Senectutẽ uino mollirі Platonis ſententia.

Vini ſenũ qualitas et ſubſtantia.

gnis inquit eſſe perſimile. Quod, ut diximus, temperatum, habitudinem corporis frigidam calefacit, refrigerat calefactam, humefacit ſiccam, humidiorem uerò deſiccat, atq; (ut Galenus ait) naturalem humorem recreat, calorem fouet, utrũq; contemperat. Miſcere uerò uinum eiuſmodi magis neceſſarium eſt iuuenibus, minus ſenibus, frigidis uerò ſenibus minime. Frigida nanq; duraq́; ſenectus (ut inquit Plato) ita mero feruet atq; mollitur, ſicut uel igne ferrum, uel aqua lupini. Quod diximus per uinum oppoſita fieri, atq; diſsidentia temperari, ſcito etiam per glycyrrhizam fieri, ſed debilius: Fieri etiam per oleum roſaceum, ſed extrinſecus. Hæc ergo tibi familiaria ſunto. Neq; diffidas qucquid & qualitate temperatum eſt, & uirtute potens, poſſe reliqua temperare, ſicut frigus alia frigefacere, id in primis habere tẽperamento Iouis quo etiam ſaluberrima ſunt. Sed de his alibi diſputandum.

¶ *Diæta, uictus & medicina ſenum.* Caput VIII.

QVi ſeptimum iam ſeptenariũ impleuerũt quinquageſimũ attingentes annum cogitent Venerẽ quidem ſignificare iuuenes, Saturnum uerò ſenes: atq; has apud Aſtronomos ſtellas inter ſe maxime omniũ inimicas exiſtere. Rem er-

go uenereã Saturnij fugiant, quæ iuuenibus etiã uitæ plurimũ detrahit. Non enim natis conſulit, ſed naſcituris, ipſasq́; etiam herbas ſtatim produ cto ſemine ſiccat. Præterea frigus aeremq́; noctur num læthiferũ ſibi putẽt, atq; eum omnino uictũ ſeruent, ex quo ſanguinẽ plurimum ſperent, ſpiri tumq́; quàmplurimũ, ex uitellis uidelicet ouorum recentibus, uino aliquantum quidem dulci, odori fero uerò quàmplurimum. Nam hic uitellus pro- prie cordis ſanguinẽ, uinum præcipue ſpiritum recreat. Carnibus electiß. coctuq́; facilimis omni ſummatim utantur diæta, calidum pariter atq; hu midum augẽte. Spiritũ odoribus præſertim uini aßidue recreent. Vigiliã & inediam ſitimq́; deui- tent, laborem rurſus corporis atq; animi, & ſoli- tudinẽ & mœrorẽ. Muſicam repetant ſi forte in termiſerint, nunquã intermittendã. Ludos quoſ- dam & mores quoad decet olim anteactæ pueri- tiæ reuocent. Difficilimum nanq; eſt (ut ita dixe- rim) reiuueneſcere corpore, niſi ingenio prius re pueraſcas. Itaq; in omni etiam ætate magnopere conducit ad uitam nonnihil pueritiæ retinere, & oblectamenta uaria ſemper aucupari. Longũ ue rò profuſumq́; riſum minime: ſpiritũ nanq; nimis ad exteriora dilatat. Sed redeamus ad ſenes. Hi præterea ſi frigeant, fomenta petant aromatica et calida ſimulatq; humida. Meminerint puerile

Aer no-cturnus ui tandus.

Oblectamẽ ta uaria ſe ni captãda

non

non eſſe, puerile illud Auicennæ fomentũ, factum quidem à Dauide, ſed tardius forte factũ. Fomentum ſeni mirificũ. Medulla recentis adhuc calentis panis infuſo maluatico uino cum puluere menthæ, appoſita ſtomacho & ſæpe ad olfactũ adhibita. Nam & medulla eiuſmodi etiam ſola Democrito iamiam expiraturo retinuit ſpiritũ, quoad placuit fugitiuũ. Præterea frictionibus utãtur leuibus, ſeu quãdoq; lauacris nutrimentũ prouocãtibus ad extrema. Nucleos ante omnia pineos uidelicet ablutos, familiares habeant. Hoc enim nutrimentũ medici ueteres ſenibus aptiſſimũ probauerunt. Calidũ enim & humidũ eſt & pingue, et omnem lenit aſperitatẽ, atq; ſimul, quod mirũ eſt, dum naturalẽ humorẽ auget, interea ſuperfluũ deſiccat, putridumq; expurgat humorem. Sunt qui nucleorũ eiuſmodi drach. unã quotidie poſt cibos exhibent ſenibus comedendã. Ego drach. quoq; alteram ieiuno ſtomacho ſenibus exhiberẽ, uel recens, calens, auratũ, pinucleatũ. Componerẽ quoque electuariũ hoc pacto: Sume amygdalarũ dulcium mundarũ uncias quatuor, tantundẽ eiuſmodi nucleorum, piſtaciorũ duas, unam ſeminum cucumeris, unam nucum auellanarũ mundarũ, contunde, coque unà cum candidiſſimo ſaccharo, cui tamen addideris unam zinziberis recentis conditi drachmam, croci dimidiã, muſci tertiã, ambræ

Diog. Laertio autore.

Fomentũ ſeni mirificum.

bræ tantundē, ſaccharū, aqua meliſſæ, id eſt citra riæ roſarumq́; fundito, multa auri folia his adhibeto. Huius enim uſu quotidiano, uitā ſenes ualidiorem longioremq́; cōſequentur. Poſſunt & in menſa hoc accipere & pluribus horis ante menſam. Vtilius autē tunc erit, ſi quid albi odoriq́; uini unà cum confectione eiuſmodi biberint. Temporibus uerò calidioribus ſaccharū roſaceū unà cum auri folijs, & conditæ myrobalani uitam ſenibus prorogabunt. Theriacam nemo dubitat ad idem humidis conuenire perſonis atq; temporibus. De cuius uſu ſatis in libro ſuperiore dictum. Nemo etiam negabit his prodeſſe admodum radices enulæ, beeniasq́; radices, albas ſimiliter atq; rubeas, maxime uerò recentes, illam quidē pro nutrimento, has etiam pro aromate: & omnia ſimpliciter calida, humidaq́;, & aromatica ſimul et ſtyptica, ſimulq́; pinguia. Certū eſt ſenes electo glycyrrhizæ ſucco familiariter uti debere. Tradunt enim glycyrrhizā eſſe humani corporis calori pariter & humori perſimilem, prætera uarijs ſenū morbis opitulari. Lac quoq; amygdalinum, & amidus cibus familiaris eſto, & ſaccharum atq; paſſulæ. Raſis tripheram ex myrobalanis Indis, emblicis bellirícis confectam. Item myrobalanos Indas conditas ſaccharo, non ſolum ad retinendum, ſed etiam ad retardandam ſenectutem ualde probat.

Myrobalani ſenectutem morantur.

probat. Auicenna laudat tripheram myrobalanorum maiorem atq; minorẽ. Rurſus confectionem de ſquama ferri, maxime uerò auri. Iubet quotidie mandere myrobalanos, præcipue chebulas rite conditas, ad differenda ſenectutis incõmoda.

¶ De naturis aromatum & cordialium neceſſarijs: & rurſum qualis ſenum uictus. Cap. IX.

Scito myrobalanis uarias ineſſe uirtutes. Vnam quæ mirabiliter ſuperfluum exiccat humorem, unde caniciem prohibet. Secundam quæ humorem colligit naturalem, & à corruptione ſimul & inflammatione tuetur, unde uitam producit in longum. Tertiã quæ ſtyptica aromaticaq; potentia, uirtutem & ſpiritum naturalem & animalem congregat & fouet, & roborat. Hinc aliquis uitæ lignum in paradiſo myrobalanũ forte fuiſſe putabit. Simile quiddam fermè faciunt aurum & argentum, corallus, ſpodiumq;, & precioſi lapilli, quamuis pro aromatica uirtute facultatem afferant illuſtrandi. Tu uerò memento aromatica tunc maxime prodeſſe nobis ad uitam (ut ſuprà ſignificauimus) quando cum uigore quodam aromatico humida ſunt pariter atque calida, lentoremq; pinguem habent, commodum augmento: quales ſunt in primis radices beeniæ

Aromata cordialia.

albæ,

albæ, ſimiliter atq; rubentes, præſertim recentes. Aut ſaltem quando cum uirtute quadam ſubtili odorifera, & acuta, ſubſtantiam denſam habeãt, & ſtypticam ualde proprietatẽ, qualis utiq; compoſitio inter cordialia frigida primum myrobalanis ineſſe uidetur & ſuccino. Deinde roſis & ſucco, & ſemini citri. Tertio ſandalis & coriandris, atq; myrto, cæterisq; ſimilibus. Inter calida uerò cordialia zedoariæ, ligno aloes, citri cortici, & chariophylis, nuci muſcatæ, maci, olibano, maſtici atq; doronico: qualem etiam ſaluiæ experimur ineſſe. Tradunt ambram & muſcum ſtypticam habere uirtutem. Zinziber autem ob quandam eius humiditatem, præſertim recens & conditum, ſenibus ſæpe prodeſt. Sed hoc & chariophylus propter caloris uehementiam, caute uidetur accipiendum. Zedoaria quoque caute, tametſi theriacæ ſimilis iudicatur, & ſtypticam ſimulatq; pinguem naturam habet, ſenibus commodiſsimam. Ambra propter calorem quaſi temperatum tutò ferme ſumitur, ac propter lentorem cum ſtyptica ſubtilitate mixtum, prærogatiuam habet ad uitam in membris & ſpiritibus confirmandam: tum uerò ſi ex ea fiat aqua, cutisq; lauetur, digeſtionem quartam reſtituit, ac morbos eius defectu contingentes expellit. Aromatica uerò, quæ ſubtilem admodum ſubſtantiam habent, (Ambræ facultas.)

qualem cinnamomum atq; crocus, cordialibus frigidis & durioribus ſunt miſcenda: Nam aromatica ſi tantum calida ſubtiliaq; ſint & ſola ſumantur, naturalem calorē nimis excitant, humoremq; diſſoluunt. Neceſſaria tamen ſunt, tum frigidioribus & humidioribus epulis concoquendis, tum cordialibus duris ad præcordia transferendis. Te nanq; latere non debet, humorem ipſum uitæ neceſſarium primas in corde ſedes habere & arterijs uenisq; eiuſdem: quod Iſaac perſpicue docet: atq;, ut Auicenna probat, hic humor naturali cæterorum membrorū humore frequenter irrigatur atq; fouetur. Quapropter cauendum eſt, ne membri ullius humor caſu quopiā areſiat: multoq; magis, ne præcordiorū humor cōminuatur. Atq; ut nutrimenta uel fomenta, & cordialia omnia per anguſtos meatus ad præcordia latiſſime perferantur, his inſere crocum. Vt uerò ſiſtantur ibi, myrobalanos adhibe. Vt autem cōſequaris utrunq;, accipe inter calida muſcum atq; ambram: inter frigida roſas atq; myrtum. Memento dulce marathrum ſenibus profuturum: Nam & nutrimentum per membra diffundit, & qua facultate lac, eadem humorem auget naturalem. Vnde Dioſcorides marathro ſerpentes ait annuam exuere ſenectutem. Probamus & ſaluiam. Hæc enim naturæ uirtutē temperate calefacit & firmat, paraly-

Marathro dulce ſenibus prodeſſe.

ſin

ſim propulſat. Probamus & moderatũ cõditi zin giberis uſum: habet enim cum calore pinguedinẽ.

¶ De auro, & aureis alimentis, & refocillatione ſenum. Cap. X.

AVrum omnes ante omnia probãt, tanquã omnium rerum temperatiſsimũ, & à corruptione tutiſsimum: Si quidem propter ſplendorem, Ioui autem propter temperaturam conſecratum: ideoq; poſſe calorẽ naturalem cum humore mirifice temperare, humores à corruptione ſeruare, Solarem & Iouialem ſpiritibus & membris inferre uirtutem. Verum tamen oportet duriſsimam auri ſubſtantiam, ſubtiliorem facere, penetratuq; facilimã. Nouerunt enim cordialia tunc maxime latentẽ cordis recreare uirtutẽ, quando in eis attrahendis minime natura laborat. Vt aũt minime fatigetur, uel ſubtiliſsima iam effecta, uel cum ſubtiliſsimis ſunt exhibẽda. Optimũ fore putant, ſi abſq; aliena permixtione aurũ potabile fiat. Sin minus poſsit, contuſum, & in folia redactũ accipi uolunt. Aurũ fermẽ potabile habebis (ut dicam) Collige flores boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, quam citrariã nominamus: & quando luna Leonem ſubit uel arietem, uel Sagittariũ, aſpicitq; Solem aut Iouẽ, coque cũ candido ſaccharo, aqua roſacea liquefacto, & pro qualibet uncia inſere dili

Alimenta aurea.

Confectio aurata.

genter auri folia tria. Ieiunus cum uino quodam aureo ſume. Item aquam ex capone deſtillantem ſoco uel aliter conſumpto, unà cum Iuleb ſume roſaceo in quo auri folia quædã antè contuderis. Præterea in nitidiſsimam fontis aquam aurum extingues ignitum, cum eodem auri contundito folia. Eadem uinum aureũ temperato, & unà cum eiuſmodi potu comedito recentem oui uitellum. Facile uerò in tota corporis arbore ſeruabis humorem, ſi in radicibus conſeruaueris. Accipe igitur gallinarum & pullorum eiuſmodi atq; caponum, cor, iecur, ſtomachum, teſticulos, atq; cerebellum, coque aqua modica, minimo ſale: Cocta contunde ex tota carne & toto iure & ſaccharo, addito recentis oui uitello, fac placentam modico cinnamomo crocoq; conditam & auratam. Hac ueſcere eſuriens ſemel, ſaltem quanto quoq; die, & tunc quidem ſola, claro tamen ad potum addito uino.

¶ De uſu lactis ſanguinisq; humani pro uita ſenum. Cap. XI.

SÆpe poſt decimũ ſtatim & nõnũquàm poſt nonum ſeptenarium, arbor humana are facto paulatim humore tabeſcit. Tunc primũ humano iuueniliq; liquore irriganda eſt hæc arbor humana, quò reuireſcat. Eliges ergo puellam ſanam, formoſam

moſam, hilarem, temperatã, & famelicus lac eius ſugito creſcẽte luna, ſtatimq; comedito marathri dulcis modicum puluerẽ ſaccharo rite cõfectum. Saccharũ quidem lac in uentre cogi uel putrefieri non permittet, marathrũ uerò quum & ſubtile ſit & lactis amicum, dilatabit ad membra. Quos hectica ſenilis exedit medici diligẽtes liquore humani ſanguinis, qui arte ſublimi deſtillauit ad ignem reficere moliuntur. Quid ergo prohibet, quò minus ſenio iam quaſi cõfectos interdum hoc etiam potu reficiamus? Cõmunis quædã eſt et uetus opinio, aniculas quaſdam ſagas (quæ & ſtriges uulgari nomine nuncupantur) infantiũ ſugere ſanguinem, quo pro uiribus iuueneſcant. Cur non & noſtri ſenes omni uidelicet auxilio deſtituti, ſanguinem adoleſcentis ſugant? uolentis inquam adoleſcentis, ſani, læti, tẽperati, cui ſanguis quidẽ ſit optimus, ſed fortè nimius. Sugant igitur more hirudinum ex brachij ſiniſtri uena uix aperta, unciam unam aut duas. Mox uerò ſacchari uiniq; tantundem ſument, idq; eſurientes & ſitibundi facient creſcente luna. Si crudas ægre cõcoquitur, coquatur prius unà cum ſaccharo, uel ad aquã calidam moderate deſtillet ſaccharo mixtus, deinde bibatur. Fouere quoq; ſtomachũ tunc ſanguine ſuillo præſens auxiliũ eſt: quem utiq; ſanguinẽ è uena ſuilla fluentem ſpongia calente uino madefa-

Lac ſenibus ex uſu.

Infantiũ ſanguinem cur ſugant ſagæ.

Sacchari facultas.

cta combibat, & ſtomacho ſtatim calēs admoueatur. Galenus atque Serapio morſum rabidi canis ſanguinis canini potu curari dicūt. Rationē uerò illis aßignare nō placuit. Ego igitur biduum eam quæritans, opinor deniq; ſaliuam canis rabidi uenenoſam impreſſam hominis pedi læſo, per uenas paulatim ad cor aſcēdere, more ueneni, niſi quid interea diſtrahat. Si igitur interim canis alterius ſanguinē ille biberit, ſanguis ille crudus ad multas horas natat in ſtomacho, eū deniq; uelut peregrinum deiecturo per aluū. Interea caninus ſanguis iſte ſaliuam caninam ſuperiora membra prenſantem prius quàm ad præcordia ueniat, deriuat ad ſtomachum: nam & in canino ſanguine uirtus eſt ad ſaliuam canis attrahendam, & in ſaliua uiciſſim uirtus ad ſimilem ſanguinem proſequendum. Venenum igitur à corde ſemotum, ſanguiniq; imbibitum in aluo natāti, unà cum ſanguine per inferiora deducitur, hominemq; ita relinquit incolumē. Quorſum hæc? Primo quidē ut rei tam occultæ, ſuccurrentem inter diſſerendū cauſam aperuerim: Deinde ut moneam, ſanguinem potari poſſe, & quidem ſalubriter: atque in ſanguine humano uirtutem eſſe, qua humanū ſanguinem attrahat, & mutuo proſequatur: Ne forte diffidas iuuenilem ſanguinē à ſene bibitum trahi ad uenas membraq; poſſe, ibiq; prodeſſe quàmplurimum.

De

¶ De diæta, habitatione, & conſuetudine ſenum. Cap. XII.

MEminiſſe decrepitos expedit, naturam debilem non eſſe, nutrimentorũ pondere fatigandam, uel etiam epularum diuerſitate nimia diſtrahendam: Nam & iuuenilis ætas hoc uitio fit citò ſenilis. Diuidant ergo menſas, nec tã multa naturã alimonia quàm frequenti reficiant, interuallo tamen interim ad digeſtionem dato. Nam ſæpe etiam poſtquàm ſtomachus ipſe concoxerit, niſi & iecur quaſi digeſſerit, ſumere nutrimentum, naturam diſtrahit atq; fatigat: qua quidem laßitudine ſæpius frequentata, aduolat intempeſtiua ſenectus. Senes hyeme uelut oues aprica petant, æſtate uelut aues amœna riuosq; reuiſant. Frequenter inter uirentes uerſentur plantas, & ſuauiter redolentes: hæ nanque uiuentes, ſpirantésque conſpirant ad ſpiritum hominis augendum. Ad loca uerò communiter apibus amica confugiant, mellaq; hyeme deguſtent. Mel enim cibus eſt ſenibus in primis amicus, niſi ubi bilis timetur incendiũ. Amicus caſeus recẽtißimus, amici dactyli, ficus, paſſulæ, cappares, dulcia punica, zizipha, hyſſopus, ſcabioſa, betonica, ſed piſtacia multo magis. Pinei uerò nuclei maxime omniũ, ſicut diximus. Ex quibus plurimũ referent adiumentũ,

Et ſenũ uictũ in multis partiri oblationes Galenus ſuadet.

Mel cibus ſenibus amicus.

ſi eos horas duodecim in aqua paulum calida tene ant priuſquàm edant: Sic enim ſtomacho nõ nocebunt. Ac prӕterea, ſi dum his utũtur, etiam inter pineta & oliueta uitesq; uerſentur, aut ſaltẽ pini uaporẽ accipiant & odorem. Item gummi lachrymaq; pini cum oleo uel uino corpus ſӕpe deliniant. Probabile enim eſt arbores lõga naturaliter uita dotatas, prӕſertim ſi etiam hyeme uireſcant, ad longã tibi uitam umbra, uapore nouo fructu, ligno & tempeſtiuo quolibet uſu prodeſſe. De animalibus autem longӕuis ſuprà diximus. Iam uerò ad idem tibi fortè cõducet, ſi uiuas plurimũ penes eos qui ſani, tibi ſano natura ſint ſimiles & amici, ac magis forſan ſi paulò iuniores. Vtrum uerò & quomodo frequens adoleſcentum conſuetudo parumper ſenium retardare ualeat, pudicus Socrates conſulendus.

Sanis conuiuere conducit.

¶ Quӕ adminicula ſenes à planetis accipiant ad omnia membra fouenda. Cap. XIII.

VErum conſulite potius ſoliciti ſenes Apollinem, qui Socratem Grӕcorum ſapientiſſimum iudicauit. Conſulite Iouem inſuper atq; Venerem. Phœbus ipſe artis medicinӕ repertor, nucem muſcatam uobis fouendo ſtomacho dabit: Iupiter cum Phœbo maſtichen atq; mentham: Venus uerò corallum. Fouendo rurſum capiti,

Phœbus pæoniam, thus, amaracũ, & cum Saturno myrrham: Spicam nardi macemq́; Iupiter: Venus deniq; dulce marathrũ atq; myrtum. Ad cor uerò fouendum accipietis à Phœbo quidem citrariam, crocum, lignum aloes, thus, ambram, muſcum, doronicũ, modicum chariophylorum, citri corticem, cinnamomum: Ab Ioue lilium, bugloſſam, ozimum & mentham, beeniasq; radices, & candidas pariter & rubentes. A Venere ſola quidem myrtum & ſandalum atque roſam: unà cum Saturno coriandrum. Hæc uos contundite diligẽter: Et quæ ſtomachi ſunt, cydoniorum oleo in formam ceroti conficite: Quæ uerò capitis, oleo ſpicæ perfundite ac illinite ceruicẽ, tempora, frontem. Quæ deniq; cordis, aureo uino ſpargite, aquaq́; roſacea, eaq; foris præcordijs admouete. At iecur in primis creãdo ſanguini neceſſarium, neſcio quomodo prætermiſimus. Huic ergo ſemper Eupatorio & opobalſamo Phœbus opitulabitur: Piſtaceis Iuppiter atq; paſſulis: Venus aũt hepatica, endiuia, ſpodio, cicorea. Lieni tandẽ fouendo Saturnus ille ueſter unà cum Ioue capparim dabit uobis, ſcolopendriam, tamariſcum. Sicut ueſicam Iuppiter cum Venere, pina, glycyrrhiza, amido, cucumeris ſeminib. malua, althæa, manna, caſia curat. Saturnũ uerò uerendum pluribus, ne adeò uos fugite ſenes. Hic enim quàm pe

regrinus eſt iuuenibus, tam uobis domeſticus erit. Vt igitur totum ipſi quoq; uobis corpus uegetet pro uiribus, atq; cõfirmet, accipietis nõnunquam ab eo regnãte pariterq́; à Phœbo muniam ſimul, & anſeris aſſi pulpam: hæc anſeris adipe modico delinite, contundite diligenter. Myrobalanorum chebularum atq; Indarum melle concoquite, ambra, muſco, croco cõdite, credentes medicinarum ad uitam cõferentium ueram eſſe fidem: Quã ſpe retis & Deum ſupplicantibus uobis adſpiratu- rum, & res ab eo creatas, præſertim cœleſtes mi- rificam proculdubio ad augendam uel conſeruan dam uitam habere potentiam.

Saturnus ſenibus domeſticus.

¶ *De confabulatione ſenum ſub Venere per uirentia prata.* Cap. XIIII.

SEd à grauioribus his numinibus ad Venerem parumper uos per hortos & prata ſenes uirentia reuoco. Ad almam Venerẽ uos omnes aduoco, non ludentem quidem uobiſcum, ſed iocantem. Hæc & uobis inquam & mihi iam ſeni, primo quidem iocoſum hoc fundit oraculum. Ego filij (ſi neſcitis) uoluptate motuq́; uobis uitam dedi. Ego igitur uoluptate quadam motuq́; & ſi nõ ſimili, uobis ſeruabo uitam. Eandem quoq; ſeruabit libertate Liber uitis ſator, propagator uitæ. Liber ipſe ſemper odit ſeruos, & quam uino pro-

promittit uitam,ſolis liberis implet longam. Meæ quidem uitæ ſimulatq; menti quondam profuit regnante Saturno diminuta mentha, placetque quotidie. Vobis autem maior mentha mente uitæq; prodeſt, diminuta nocet. Riſum ex meis hortis legite, negligite ficum. Has uerò uiolas quando carpitis, carpere uos exiſtimate lilia, prehendentes lilium, comprehendere crocum. Crocum à Phœbo Iuppiter ipſe nactus propagauit in lilium. Lilium ego à Ioue ſuſcipiens, in has quas hic uidetis, uiolas transformaui. Denique roſa quidem uobis eſto Lucifer, Heſperus uerò myrtus. Poſt oraculum nobis cogitandum, mandat rerum uiridium naturam quatenus uirent, non ſolam eſſe uiuam, ſed etiam iuuenilem, humoreq; prorſus ſalubri, & uiuido quodam ſpiritu redundantem. Quapropter odore, uiſu, uſu, habitatiõe frequẽti iuuenilem inde ſpiritũ nobis influere. Inter uirentia uerò deambulantes interim cauſam perquiremus, ob quam color uiridis uiſum præ cæteris foueat ſalubriterq; delectet. Inueniemus tãdem naturam uiſus eſſe lucidam ac lucis amicam, uolatilem tamen ac facile diſsipabilem. Idcirco dum per lucem ſe dilatat uelut amicam, interdum nimio lucis exceſſu rapi prorſus, & uehementi dilatatione diſſolui: tenebras autẽ naturaliter uelut inimi-

Cur uiridis color præter cæteros uiſum afficiat uoluptate.

inimicas fugere, ideoq; radios in anguſtum inde retrahere. Optat uerò uiſus ita perfrui lumine, ut per amicum hoc ſuum amplificetur quidẽ, nec tamen interim diſsipetur. Iam uerò in quocunq; colore plus admodum tenebrarum ſiue nigredinis eſt quàm lucis, non dilatatur, nec ideò delectatur radius uiſus ad uotũ. Vbi uiciſsim plus admodum ſplendidi coloris eſt quàm nigri, ſpargitur latius, noxia quadam uoluptate diſtractus. Quamobrem color uiridis, maxime omniũ, nigrum cum candido temperans præſtat utrunq;, delectans pariter atq; conſeruans, & molli inſuper & adhuc tenera qualitate, ſicut & aqua radij oculorum abſq; offenſione reſiſtit, ne abeũtes longius diſperdantur. Quæ enim dura ſunt ſimul & aſpera, frãgunt quodammodo radios. Quæ uerò rariſsima ſunt, diſſolutioni aditum patefaciunt. Sed quæ ſoliditatem aliquam habent, lenemq; ſimul æqualitatem, ſicut ſpecularia corpora, nec ipſa quidem frangunt, neq; longius diſperdi permittunt. Quæ deniq; præter hæc beneficia, tenera quoq; ſunt et mollia, ſicut aqua resq; uirides, liquidis oculorũ radijs mollitia blandiuntur. Denique uiſus radius quidam eſt in quadam oculorum aqua naturaliter nobis accenſus: ac temperatum lumen in aqua quodammodo reſiſtente requirit. Itaque gaudet aqua, delectatur ſpeculis ſimilibus, uiridibus oble

ctatur

ſtatur. In quibus ſanè uiridibus ſolis lumen inſitum adhuc uernū ſecum habet humorem, aquámque ſubtilem occulto quodam lumine plenam. Ex quo fit etiam, ut color uiridis quum tenuatur, in croceum reſoluatur. Quorſum hæc? Vt intelligamus frequentem uiridium uſum, ſiquidem uiſus ſpiritum recreat, qui in animali ſpiritu quodammodo præcipuus eſt, animalem quoq; reficere. Atq; etiā meminerimus, ſi color uiridis, quia inter colorū gradus medius atq; temperatiſsimus eſt, tantū animali ſpiritui prodeſt, multomagis quæ per qualitates temperatiſsima ſunt, naturalem & uitalem ſpiritum iuuatura, atq; admodū profutura nobis ad uitā. Nihil in mūdo tēperatius eſt quàm cœlum, nihil ſub cœlo firmè tēperatius eſt quàm corpus humanum, nihil in hoc corpore temperatius eſt quàm ſpiritus. Per res igitur temperatas uita permanēs in ſpiritu recreatur. Spiritus per temperata cœleſtibus conformatur. Deniq; diſcamus ex temperie uiridis, quæ illuminando æque congregat animalem ſpiritum atq; dilatat, ideoq; maxime iuuat, nos quoque in cordialibus eligendis, componendis, utendis, aromatica, ſubtilia & acuta, quæ ſpiritum extendere uel etiam illuminare ſolent, quod facit crocus atq; cinnamomum, cum aromaticis ſemper ſtypticis cōgregantibusq; ceu myrobalanis, & ſimilibus commiſcere, atq; uiciſſim.

ſim. Neq; prætermittere quæ abſq; acumine etiam aromatico ſimul utrunq; cõficiunt, aliquanto uidelicet dilatant, atq; admodũ congregant, multumq́; illuminant, quæ & aliâs narrauimus: quod efficit aurum, argentum, ſpodium, corallus, electrum, ſericũ, precioſi lapilli, inter quos hyacinthus uel ore detentus ob Iouialem temperiem plurimum comprobatur. Quum enim ſub terra nequeant ſpecioſiſsima & quaſi cœleſtia procreari abſq; ſummo quodam beneficio cœli probabile eſt rebus eiuſmodi mirificas cœlitus ineſſe uirtutes. Compoſitio uerò eiuſmodi, quæ dilatando & illuminando ſpiritũ æque congregat, ita delectat eum intrinſecus atque recreat, ſicut foris uiriditas oculos, atq; ipſum etiam apud ſenes in naturali quadam uiriditate diutiſsime ſeruat, quaſi laurũ, oliuam, pinum, etiam hyeme uirentem. Tantoq́; magis id efficit, quo efficit & interius, atq; maxime ſi compoſitio talis aromatico flagret odore alliciatq́; ſapore. Profectò ſicut corpus ex craſsioribus humorum partibus compoſitum in quintam redigitur formam, ita ſpiritus ex ſubtiliſsimis eorundem portionibus conſtitutus formam habet quintam naturaliter temperatiſsimam atque lucidam, ideóque cœleſtem. Atque in hac ipſa forma conſeruandus eſt, ut ſubtilis quidem ſit, & interea firmus, ſicut diximus. Sit omnino lucidus

dus

dus, ſed etiam quodammodo ſolidus. Ac præterea rebus odoriferis, firmis, lucidis, aßidue foueatur, ſi uitam cupimus conſeruare quæ uiget in ſpiritu, & uendicare nobis cœleſtia dona. Hæc hactenus iuſſu Veneris contemplati, Venerem ipſam audiuiſſe putemus.

¶ Proſopopœia Mercurij, ſenibus cõſulentis circa uoluptatem, odores, cantus, & medicinas. Cap. XV.

INterea dum inter ſenes ipſa quaſi Venus confabularetur, forte quidem hactenus ſatis belle, deinceps uerò prolixius forſan fabulatura foret. Sermonem hunc his Mercurius uocibus, ſermonum autor interpellat. Quidnam uobis eſt cum Venere iſtac ſemper puella ſenes? Quid rurſum Veneri cum ſermonibus? Nónne mei ſimulatque ueſtri ſunt ſermones? Mea ratio pariter atque ueſtra? Audite me igitur eadem nunc attentione, qua illam, & multo maiore inſuper attentione quàm Venerem. Quinque ſcitis eſſe ſenſus, uiſum, auditum, olfactum, guſtum, tactum. Eſſe rurſum quinq; (ut ita dixerim) diſcite rationes. Dum enim per quinque ſenſus quotidie imbuitur uobis animus, rationesq; inde rerum ipſe concipit, interea notiones habitusq; ad res iudicandas quinq;, tanquã rationes quinq; reſultant.

Prete

Præterea ſicut quinq; hinc quidẽ ſunt ſenſus, inde uerò quodãmodo rationes, ita uitæ tenor quinque gradibus circa ſenſum rationẽq; diſponitur. Vnde quinq; numerantur ætates. Prima quidem ſenſu tantum trahitur. Secunda, ſenſu magis admodum allicitur, quàm ratione ducatur. Tertia poſt hæc alternis pariter rationis & ſenſus perſuaſionibus agitur. Quarta, ratione potius quàm ſenſu ducitur. Quinta tandem ratione tantum regi debet. Prima igitur ætas atq; ſecunda tãquàm ſubiecta Veneri, Venerem ſi placet loquentẽ audiat, reliquæ uerò Mercuriũ. Ego igitur reliquos uos omnes alloquor, non pro me quidem tantum, ſed pro Diana etiam hac, quam ad ſiniſtrã meam cernitis: nempe quum hæc elinguis ſit, ego uerò bilinguis, iure pro hac ipſa, cuius ego linguam habeo, loquor. Vnam profectò noxiamq; Venus uobis indidit uoluptatem, qua noceret quidem uobis, prodeſſet uerò futuris, exhauriens paulatim uos per latentem quandam quaſi fiſtulam, aliudq; ueſtris liquoribus implens atq; procreãs: uos tandem quaſi uetuſtum quoddam ſpolium cicadarũ iam exhauſtum humi relinquens, cicadæ interim teneriori proſpiciens. Nónne uidetis quod Venus de materia ueſtra generat eſſe recens quiddam & uiuum, ſenſuq; præditum? Surripit ergo uobis iuuentutem & uitam atq; ſenſum, ex toto inquam corpore

Vitæ quinque gradus

corpore per totius uoluptatem, ut efficiat inde totum. Ego interim materiæ illius quæ quartæ digeſtioni ſupereſt qualitate monitus, uos commoneo, alimenta ſimiliter quarta digeſtione cocta plurimũ uitæ ueſtræ ſuccurrere. Ouũ recens uidelicet integrum & ſorbile unà cum ſaccharo exiguoq́; croco: lac humanũ, uel ſuillum, uel caprinũ cum pauculo melle ſumptum. Atq; hæc duo tunc ſalubriora ſunt, quando natiuo adhuc calore flagrãt. Etſi ouũ aliam mox cocturam deſiderare uidetur, præſertim in ſtomacho minus ualido, ſed leuiter eſt coquendum. Verũ ut parumper ad Venerem redeamus: Si quando uidiſtis Venerẽ, iuuenilem admodum uidiſtis, & quaſi meretricijs fucis & ornatibus expolitã. Hæc ergo quæ noua ſemper eſt noua ſemper affectat, odit uetera, facta deſtruit, unde conſtruat facienda. Hæc rurſum (ſi dictu fas eſt) quaſi meretrix non uno quouis eſt contenta uiro: uulgus amat, & ut dialectice loquar, ſpeciei paßim potius quàm in diuiduo ſuffragatur. Iam uerò neq; tactu tantum uos præcipitat, ſed etiã guſtu fallit quotidie perditq́; deceptos. Quos enim uos in rebus ſapores percipitis mediocri quadam temperie gratos, hos Diana hæc Apollinis Iouisq́; munere tradidit. Illecebras uerò ſaporum miras, quibus quotidie uelut homo capti clàm miſeri uitã perditis, Venus inſidioſa fabricat. Quid

igitur Martem incuſatis? Quid Saturnum? Mars quidem raro admodum uobis palamq́; nocet. Saturnus quoq; ſæpius uultu ſe profitetur hoſtē, nocet tardius, tempusq́; remedijs nulli negat. Sola Venus palàm ut amica uenit, clam inimica uenit. Hanc igitur incuſate potius, ſiquem inter ſuperos incuſare licet. Ad multiplices huius inſidias, tum oculis Argi uoſipſos inſtruite, tum Palladis clypeo uos munite. Aures autem ad blandas pollicitationes eius tanquā ad lethales Syrenū cantus obſtruite. Hunc deniq; prouidentiæ florem à me accipite, quo Circes huius ueneficia deuitetis. Hæc uobis duas uix tandem & has quidē lethiferas pollicetur uoluptates potius quàm largitur: ego uerò beneficio patris atq; fratris quinq; promitto uobis, quinque præſto, puras, perpetuas, ſalutares, quarum infima eſt in olfactu, ſuperior in auditu, ſublimior in aſpectu, eminentior in imaginatione, in ratione excelſior atq; diuinior. Quò maior delectatio in tangendo percipitur atq; guſtando, eò uitæ grauius frequēter accidit detrimentū. Contrà uerò quanto maiorē in olfactu uoluptatē & auditu atq; uiſu, item imaginatione & ſæpe ratione quotidie reportatis, tāto fila uitæ longiora producitis. Verū ſicut in blandimentis tangendi atq; guſtandi cauendam uobis ſubdolā admonui Venerem, ſic in ipſa ſecretiore nimisq́; aſſidua contēplatiuæ

Duæ citæ mortis anſæ.

tiuæ mentis delectatiõi cauete Saturnũ: Illic enim frequẽter filios ipſe ſuos deuorat. Nam quos ſublimiorũ contemplationum ſuarũ rapit illecebris, & illic agnoſcit ut ſuos, hos interim (ſi modo diutius gradum ibi ſiſtant) falce quadam è terris amputat, terrenamq; in cautis uitam ſæpe ſurripit. Hoc ſaltem Venere interim indulgẽtior, quod Venus quidẽ uitam quam tibi detrahit, donat alteri, nihil tibi pro detrimento reſtituens. Saturnus autem pro uita terrena, à qua ſeparatus ipſe, te deniq; ſeparat, cœleſtem uitam reddit atq; ſempiternam. Hoc ipſo ſimiles eſſe uidentur inter ſe Venus atque Saturnus, qui ſanè quàm Aquario gaudet, tam regnat in Libra, quod homines & hic & illa generandi libidine uexat nocetq; uexatis, ut inde poſteritati proſit. Sed hæc quidem fœcundat corpus, ſtimulatq; fœcundũ. Ille mentem ſuo ſemine grauidam urget ad partum. Vos igitur prouerbij memores, Nequid nimis, aßiduis prudentiæ frenis parturientis utriuſq; libidinem cohibete. Tametſi multo citius grauiusq; ille lædit, quos tædio, torpore, mœrore, curis, ſuperſtitione premit, q̃ quos ſupra uires corporis moresq; mortalium eleuat ad excelſa. Omnino uerò ſeruate moneo, quod æquus Iuppiter Pythagoram docuit & Platonem, humanam uitam in quadam æquali animæ ipſius cum corpore proportione ſeruari

Corporis & animæ æqualitas ſeruanda.

utrunq; ſuis quibuſdam alimentis & exercitationibus ali, ac ſimiliter auderi. Si quis alterutrũ educatione præcipue ſua multo robuſtius altero tandem efficit, nõ mediocrem facit uitæ iacturã. Propterea quicunq; inter res medicorum arte laudatas potiſsimũ eas eligit, quæ corpori ſimul & ingenio proſunt, maximum uitæ ſibi uendicat adiumentum. In earum uerò numero uinum, mentam, myrobalanũ, muſcum, ambram, zinziber recens, thus, aloem, hyacinthum, ſimilesq; iapillos, herbáſue cõſimiles eſſe putate, & quæ ad utriuſq; utilitatẽ à medicis pariter cõponuntur. Sed lõgioribus his quandoq; interceptis ambagib. ego quoq; medicus huc acceßi. Si ſapores ex rebus acceptis non ultra uiuentibus: item odores ex aromatibus iam ſiccis uitaq; uacuis, multũ ad uitã cõferre cenſentur, quidnam dubitatis odores ex plantis, radicibus adhuc ſuis hærentibus uiuentibusq;, mirum in modum uitæ uires accumulaturos? Deniq; ſi uapores exhalantes ex uita duntaxat uegetali magnoperæ uitæ ueſtræ proſunt, quantum profuturos exiſtimatis cantus aerios, quidem ſpiritu prorſus aerio, harmonicos harmonico, calentes adhuc uiuosq; uiuo, ſenſu præditos ſenſuali ratione conceptos rationali? Hãc ergo uobis à me fabricatã trado lyrã, cantumq; cum ipſa Phœbeum, ſolamẽ laborũ, diuturnæ uitæ pignus. Sicut enim res qua-

Cantus ſolamen labõrum.

litate

iltate temperatiſſimæ ſimulq́; aromaticæ, tum humores inter ſe, tum ſpiritum naturalem ſe cum ipſo contemperant, ſic odores eiuſmodi uitalem ſpiritũ, ſic rurſum ſimiles quoq; concentus ſpiritum animalem. Dum igitur fides in lyra ſonosq́;, dum tonos tẽperatis in uoce ſimiliter ſpiritũ ueſtrum intus cõtemperari putate. Ac ne ipſe Venere ſim auarior, quæ ſine Baccho friget, ab hoc ipſo Libero patre per me nectar hoc accipite. Qui præcipue inter uos frigent, temporibus ſimilibus bis ſeptimo quoq; die uncias uernacei, uel maluatici dulcis meri duas ſumant cum una panis uncia, tribus ante menſam horis. Semel autẽ drachmã unã ſublimis aquæ deſtillantis ex uino cum Iuleb roſacei ſemuncia. Quo quidẽ liquore illinire etiam cutẽ, & ad olfactũ uti cõmodiſſime poſſunt. Atq; ut poſt eiuſmodi nectar Ambroſiam quoq; uobis afferam, hanc inſuper acceptã ab Ioue largior medicinam. Quatuor myrobalanorum uncias accipite chebularum, tres roſacei ſacchari, cõditi zinziberis hyeme quidẽ unciam, æſtate uerò ſemunciam. Tria hæc cum emblicarum melle concoquite ſuauiter, ſeptemq́; auri folijs exornate. Ieiuni bolum ante prandium quatuor horis accipite. Anno ſaltem integro quotidie id aſſumite, ut inde uelut Aquilæ renouetur ueſtra iuuentus. Hactenus quaſi Mercurium locutum exiſtimemus.

¶ Confirmatio ſuperiorũ: & uitandi coitus aßiduæq; cogitationis præcepta. Ca. XVI.

ASTrologi Venerem & Saturnum inimicos inuicem eſſe ferunt. Quum uerò in cœlo ubi omnia amore mouentur, ubi defectus eſt nullus, odium eſſe nequeat, inimicos, id eſt effectu diuerſos interpretamur. Mittamus in præſentia reliqua. Ecce nũc Saturnus quidẽ nobis in cẽtro, Venus autem in circumferẽtia poſuit uoluptatẽ. Voluptas uerò ſpirituum eſca quædam eſt. Igitur ex oppoſito Venus atq; Saturnus ſpiritus noſtri uolatum aucupantur. Illa per uoluptatem ſuam allicit ad externa, hic interim per ſuam ad intima reuocat. Diſtrahunt itaq; ſpiritum, ſi fermè eodem tempore moueant atq; dißipant. Quamobrem nihil contemplatori uel curioſo peſtilentius, quàm uenereus actus, nihil uicißim hunc ſectanti alienius quàm cura & contemplatio eſſe poteſt. Contemplatorẽ uerò phyſicum religioſumq; eodem in gradu connumeramus. Et gradu ſimili quemlibet in negocijs ſuis ualde cogitabundũ grauibusq; curis obnoxium. Hinc rurſus efficitur, ut ſi quem Saturnia uel contemplatione nimium occupatũ uel cura preſſum, leuare interim & aliter cõſolari uelimus, per uenereos actus, ludos, iocos, id tentantes tanquam per remedia longe diſtantia, fruſtra atq;

Venus & Saturnus inimici planetæ.

Saturnus Venuſq; æque fugiendi.

atq; etiam cum iactura conemur. Atque uiciſsim ſi quem uenereo uel opere perditum, uel ludo iocoq́; ſolutum moderari uelimus, per Saturnum ſeueritatem emendare non facile ualeamus. Optima uerò diſciplina eſt, per quædam Phœbi Iouisq́;, qui inter Saturnum Veneremq́; ſunt medij, ſtudia ſimiliaq́; remedia homines ad alterutrũ declinantes, ad medium reuocare. Sed ut tandem ſimus medici. Sicut flamma duobus cõmuniter modis uiolentis extinguitur, aut uelut difflata uẽtis, aut contrà quaſi compreſſa cineribus: ſic ſpiritum uel celeriter effectu uenereo diſsipamus, uel ſenſim Saturnio ſuffocamus, ac ſæpe exprimimus comprimẽdo, pariterq́; reſoluimus. Spiritus utiq; frequẽter ad extima uolans, intima reddit uel uacua uel aliena uitæ. Sed ad intima ſæpe coactus, cætera circum mẽbra præſtat uitæ minus idonea. Citã igitur ſenectutẽ, tum Venus interioribus noſtris, tum Saturnus exterioribus infert. Venus quidẽ præcipue, ubi ex quouis eius motu facile corpus debilitatur atq; labaſcit. Saturnus quoq; potiſsimum, quando ex quocunq; contemplationis officio uel cura, labore, ingenij corporisq́; uires labefactantur: & ſi uel qui ad contemplationem, uel qui ad libidinem natus eſt, plerunq; ad ſuum uterq; officiũ eſt natura fortiſsimus. Natura enim ſæpe coniungito cum uoluptate ſimul & facilitate potentiam. Vnuſ-

Spirituum diſtractio mala.

Senectutẽ præproperam adferunt Venus & Saturnus.

quiſq; igitur ſe cognoſcat, ſuiq́; ipſius moderator ac medicus eſto. Coitũ quidẽ frequẽtaturi cæteros cõſulant. Ego uerò exercitaturis ingeniũ libro etiam ſuperiore conſului: deniq; omni diæta omnibus remedijs uti debent, quibus membra, ſpiritus, ſenſus, ingenium, memoria confirmentur: cogitationes per interualla repetere, nec expectare uel minimũ ex cogitatiõe laborẽ: maxime uerò quum primum caneſcunt, quamuis nõnulli ſint qui non tam debilitate naturæ uidelicet adhuc iuuenes canos emittunt, quàm uel ægritudine, uel ægrotatione aliqua præcedente, aut etiam parentum ſimilitudine, à quibus ſcilicet iam caneſcentibus fuerint generati.

Odores ſpiritum recreant.

¶ Medicinæ ſenum, & de habitatione iterum atq; diæta. Cap. XVII.

CHaldæorum regula eſt forte probanda ad iuuentutem recuperandam, peregrinos humores imbibitos corpori expurgare gradatim, tum interiores competentibus medicinis, tum exteriores frictionibus & lauacris prouocationibusq́; ſudoris, intereaq́; ſalubribus duraturisq́; alimentis paulatim corpus implere. Sunt autem qui trochiſcis quibuſdam ex uipera factis, uel helleboro præparato, promittũt humores omnes ueteres putridosq́; prorſus educere. Quibus expurgatis

Senum purgationes.

gatis, & humore rurſum ſaluberrimo alimentis ſalutaribus recreato, reſtituere iuuentutẽ. Et qui cautiores ſunt, belleboro gallinas paſcunt, hominem uerò gallinis. Eiuſmodi uerò curationẽ tanquàm periculoſam in iuuentute arbitror, potius quàm in ſenectute tentandam, ne forte iuuentutẽ illam à Medea Peliæ ſeni promiſſam experiamur. Nam & iuuenes medicinis exquiſitè purgãtibus citò ſeneſcere Hippocrates aſſerit. Sed ubi diæta non ſufficit, clyſtere, uel manna, uel aloe præſertim lota ſecurus uteris. Si tibi ſit aluus aſtrictior, manna cum iure caponis myrobalaniq; uirtute: Sin minus, hac te iuuenem etiam in ſenectute purgatione ſeruabis: Sume unciam lotæ aloes unam, myrobalanorum emblicarum drachmas duas, chebularum quoq; tantundẽ, duas item roſarũ purpurearum, maſticis quoq; tantundẽ, maluatico uino confice pilulas, quando Luna feliciter collocata, propitio fruitur Iouis aſpectu, præſertim ſi domicilia fixa poſſederit uel ipſa, uel Iuppiter. Hæc enim ad diuturnitatem uitæ magnopere conferũt. Potes etiam utiliter Rheubarbarum hic cum aloe componere, ſcilicet dimidiam aloes partem, dimidiã rheubarbari, & quoties opus fuerit, unam mane ſumere pilulã ad tres uſq; uel quinq;, modicũque inſuper uinum bibere. Vbi uerò pituitam magis times, potes cõmode in his pilulis trochiſcorũ

agarici tertiã partem accipere unà cũ tertijs aloes duabus, omiſſo reubarbaro. Sed primã illam ego iam multis annis pilularũ compoſitionẽ omni ætati experior eſſe tutiſsimam. Eadem hora confectionem eiuſmodi facito: Sume myrobalanorũ emblicarum, belliricarum, Indarum, chebularum, unciam uniuſcuiuſq; unam, cinnamomi uerò duas, unam quoq; doronici roſarũ purpurearum unam, ſandalorum rubeorũ duas, unam croci drachmã, tertiam drachmæ partem muſci, ambræ tantundem: candidũ poſt hæc cum aqua roſacea ſuccoq; citri fundito ſaccharum: coque, fac bolos, auroq; inuolue. Hoc ante prandium quatuor horis ſumẽtes atq; dantes, utiliter experti ſumus ad uirtutem corroborandam, ad illuſtrandum ſpiritũ atq; firmandũ. Maxime uerò proderit ſi paulum quid inſuper uini aurei biberis. Proderit & ſæpe calefactum panem aureo mero & roſacea aqua perfundere, & modico inſuper cinnamomo ſaccharoq; uberiore condire. Frequenter etiam duo hæc cum lacte amygdalino & modico pane miſcere: nam eiuſmodi mixtiones naturam referunt Iouialẽ. Præter omnia quæ in ſuperioribus explicauimus, uel ſaltem ſignificauimus, ab ijs omnes urbani diligẽter cauere debent, æſtu, gelu, quolibet uel poſt calorẽ frigore uel nocturno, nebulis, uentis, uel ex palude flantibus, uel irrumpentibus ex anguſto:

guſto : locis item ubi aer uel mouetur uiolentius, uel nullo modo mouetur. Habitatione quauis humidiore, fœtore, mœrore, torpore. Diligētius autem Mercurij ſectatores, diligētiſsime ſenes. Qui præterea poſtquàm manè corpus totū leuiter perfricuerint, delinient ipſum aduerſum aeris & laboris incommoda, calente oleo uel uino quopiam ſubamaro, cui prius infuderint myrrhā & roſam atq; myrtum. Saluiam frequenter ore ferant, neruis ac dentibus amiciſsimam. Et quando dentiū uitio liquida, uelut infantes, alimenta repetere cogātur, molliſsima caueant. Lac quidem uino refferāt moderato. Vtantur igne duntaxat ut medicina, quantum uidelicet expellendi frigoris & ſuſcitandi caloris innati neceſsitas poſtulat, alioquin tanquàm edace humorē naturalem exiccaturo. Solem uerò quoad delectat ſequantur ut alimentum, deſtillatione uitata, & æſtu ſimiliter declinato. Faciles quidem motus diligant, excitando calori admodum neceſſarios. Labores autem corporis oderint, & multo magis animi : nec minus longā ſitim, & inediam atq; uigiliam.

¶ De nutrimento ſpiritus, & conſeruatione uitæ per odores. Ca. XVIII.

LEgimus in calidis quibuſdā regionibus, ac plurimo paſsim odorę fragrātibus, multos gracili

gracili corpore & imbecillo ſtomacho, quaſi ſolis odoribus ali. Fortè quoniã ipſa natura loci, tum herbarũ & frugum atq; pomorum ſuccos fermè totos redigit in odores, tum corporum humanorũ humores illic reſoluit in ſpiritũ. Qum igitur uterq;, uidelicet odor & ſpiritus ſit uapor quidam & ſimile ſimili nutriatur, nimirum & ſpiritus et ſpiritalis homo, plurimũ ab odoribus accipit alimentum. Nutrimentũ uerò qualecunq; id ſit, per odores ſiue fomentum, apprime ſenibus & gracilibus neceſſarium eſt, quo defectum alimenti ſolidioris atq; uerioris utcunq; cõpenſare poßimus. Ambigere tamen nonnulli ſolent, utrum ſpiritus odoribus nutriatur. Ego autẽ opinor ſolis forſan ita nutriri, ut niſi alimenta quæ craſſa ſunt, digeſtione tandem in uapores extenuentur, ſpiritus ipſe, quem diximus uaporem eſſe, nullum illinc ſuſcipiat nutrimentum. Itaq; uinum odore plenum, ſpiritum ſubitò recreat, quem cætera uix tandem reficere poſſunt. Vaporem uerò illum in quem cibi cocti deniq; transferuntur, ideò appellamus odorem, quoniam & odor ubiq; uapor quidam eſt: & hic tractus intus ex alimentis uapor, niſi ſpiritui quodam odore placeat, uix ullum ſpiritui exhibet alimentum. Quamobrem Auicennã noſtrum ualde probamus dicẽtem, corpus quidem dulcedine, ſpiritũ uerò quadam (ut eius uerbis utar) aromaticitate

Simile ſimili nutriri.

ticitate nutriri. Quoniã craßitudo corporis non niſi craſſa natura, qualis eſt in dulcedine, coaleſcere ualeat: Tenuitas uerò ſpiritus non alio q̃ fumo quodam atq; uapore, in quo aromaticitas ipſa uiget, refici poßit. Aromaticã uerò qualitatẽ dicimus odoram, et acutam, & quodãmodo ſtypticã. Proinde quoniã iecur quidem corpori per ſanguinem alimentum præſtat dulcedine plurimũ augetur. Cor autem quia & creat ſpiritum & ſpiritui procreat alimentum, meritò deſiderat aromatica. Expedit tamen & aromatica pro corde condiri dulcedine, & dulcia pro iecore aromaticis commiſceri, dulcedinémque interea nimiam euitare. Quid plura? Galenus ipſe ſecutus Hippocratem, ſpiritum non ſolum odore putat nutriri, ſed aere. Aere inquam non ſimplici, ſed potius opportune permixto. Quibus quidẽ ſi fidem habebimus, nec alimentorum, nec rei ullius delectum magis ad uitam neceſſarium, quàm aeris nobis accõmodati, eſſe cenſebimus. Aer enim & inferiorum & cœleſtium qualitatibus facilime ſemperq; affectus, & immẽſa (ut ita dixerim) amplitudine circumfuſus perpetuoq; motu nos undiq; penetrãs, ad ſuã nos mirabiliter redigit qualitatem: præſertim ſpiritũ, præcipue uitalem in corde uigentem, in cuius penetralia, tum aßidue influit, tũ repente: ſic protinus afficiens ſpiritũ ut eſt affectus: perq; ſpiritum

uitalem

uitalẽ,qui & materia & origo eſt ſpiritus anima lis,pariter afficiens animalem. Cuius quidẽ qualitas maximi momenti eſt ingenioſis eiuſmodi ſpiritu plurimum laborantibus. Itaq; ad nullos potius quàm ad eos attinet puri luminoſiq́; aeris odorũque delectus,atq; Muſicæ. Hæc enim tria ſpiritus animalis ſomẽta præcipua iudicantur. Potiſſimus uerò ad uitam eſt aer electus. Nam octauo menſe nati in Ægypto plurimi uiuunt: & nõnulli in plagis Græciæ temperatis ſaluberrimi, aeris beneficio quod Ariſtoteles narrat, & Auicenna confirmat. Sed profecto ſicut corpus ex uarijs compoſitum,uarijs(quamuis nõ eadem menſa)nutriendũ eſt alimentis:ita ſpiritus ſimiliter cõpoſitus uarietate quadã aeris ſemper electi oblectandus eſt atq; fouendus. Simili quoq; electorũ odorum uarietate quotidie recreandus. Nam aer & odor quaſi ſpiritus quidã eſſe uidentur. Iam uerò Alexander & Nicolaus Peripatetici unà cum Galeno cõcludũt ſpiritum uitalem & animalẽ ideò nutriri tum odore,tum aere, quoniã uterq; mixtus eſt atq; conformis,& utrunq; hauſtum in præcordia penetrare,ibi coqui temperariq́; ad uitam,perq́; arterias diffundi. Vbi uterq; coctus iterum nutrit ſpiritum (ut aiunt)utrũq;, præcipue animalem. Aiunt etiam ſpiratum aerem non ſolum refrigerando calori prodeſſe,ſed etiam nutriendo. Nam & anima

Spiritus animalis tria ſomenta.

Spiritus nutriri per odores.

lia

lia etiam ualde frigida ſpirant. Addunt aerē craſſiorem ſpiritui naturali tanquàm magis corporeo conuenire, ſubtilem uerò, purū, lucidum, ſpiritui potius uitali, potiſsimū animali. Neq; mirum uideri debet ſpiritum adeò tenuem rebus quoq; tenuibus ali. Siquidem & piſciculi multi aqua nitidiſsima nutriuntur, & ozimū in aqua ſimili uiuit, creſcit, floret, redolet. Mitto quibus elementis chameleontē & ſalamandrā nutriri ſtrant. Redeamus ad noſtra. Intereſt certe quàmplurimum qualem ſpiremus aerem, quales hauriamus odores. Talis enim & ſpiritus in nobis euadit. Eatenus uerò, nos anima per uitā uegetat, quatenus ſpiritus harmoniā ſeruat cum anima cōcinentē. Spiritus quidem in nobis primus uiuit & maxime, & quaſi uiuit ſolus. Nónne repentino quadam ſæpe caſu uel affectu, uita, ſenſus, motus, ſubitò membra deſerunt, regreſſo uidelicet ad cordis penetralia ſpiritu? & ſæpe ſtatim reuertuntur ad membra, per frictiones & odores illuc ſpiritu redeūte, quaſi uita in ipſo ſpiritu uidelicet re uolatili potius inſit quàm humoribus aut mēbris. Alioquin propter horum craſſam tenacitatē tardius admodum accederet uita mēbris atq; recederet. Quicunque igitur uitā in corpore producere cupitis ſpiritum in primis excolite, hunc augete nutrimentis ſanguinem augentibus, temperatū uidelicet atq; clarum.

Spirituum cura habenda.

rum, hunc aere ſemper electo fouete, hunc quotidie ſuauibus odoribus alite, hunc ſonis et cantibus oblectate: ſed interea odores cauete calidiores, frigidiores fugite, capeßite temperatos, frigidos calidis, ſiccos humidis temperate. Odorem uerò omnem, quia pars corporis ſubtilißima eſt, ſcitote nonnihil habere caloris, atque ex rebus quæ ipſæ nutriunt, odores ſperate potius nutrituros, ut ex aromatico pyro pomoq; perſico, ſimiliq; pomo: magis autem recente pane, calente, maxime carnibus aßis, quàm maxime uino: atq; ſi ut ſapor qui mirifice placet, plurimi uelocisq; nutrimenti cauſa eſt uel occaſio corpori, ſic odorem ad ſpiritum ſe habere putate. Cõmemorare uobis iterum placet Democritũ iamiam expiraturum, ut obſequeretur amicis ſpiritum ad quatriduum uſq; olfactu calẽtium panũ retinuiſſe ulterius etiam, ſi modo placuiſſet, ſpiritum ſeruaturũ. Sunt & qui dicunt id mellis odore feciſſe. Ego, ſi modo uſus eſt melle, exiſtimo illum mel uino liquefactum albo, calentibus panibus infudiſſe. Neque enim ſpernendus eſt mellis odor. Flos nanq; florum mel exiſtit, nec parum nutrit ipſa dulcedine, ac diu qualitate ſua res integras à putrefactiõe tuetur. Itaq; ſi quis nouerit hoc etiam ad cibũ ita ueſci, ut nec dulcedine nimia meatus oppleat, nec tali quodã calore bilem exaugeat, certum habebit, longioris

Odor nutriens.

uitæ

nitæ ſubſidiũ. Saltem igitur condimentũ hoc frigidis & humidis adhibete. Verũ ut uos reuocem ad odores: Vbicunq; ſuffocationem, compreſſionemq́; ſpirituũ nimiã extimeſcitis, quod mœror frequens torporq́; portendit, odores circunfuſos amate. Vbi uerò fugam exhalantiũ ſpirituũ expaueſcitis, odores potius infuſos nutrimentis accipite. Et ſi quid odorũ præterea foris ſumitis, uelut clypeum coſtis duntaxat admouete ſiniſtris. Nónne uidetis quàm repente ſurſum uel deorſum ad odores ſe matrix ipſa præcipitet? quàm uelociter ad os, ad nares ſpiritus aduolet, ſuauis odoris eſca pellectus? Vbi igitur ſpiritus uel exiguus uel fugaciſſimus eſſe deprehẽditur, quod puſillanimitas ſæpe declarat corporisq; debilitas, uel parua de cauſa multa contingens, odoribus nõ tam extrinſecus obiectis, quàm intrinſecus iniectis allicite, imò potius paſcite, retinete. Odorem uerò uini ante omnes eligite. Multum nanq; nutrit ſpiritum odor exhalans ex natura tum plurimũ & uelociter nutriente corpus, tum uoluptate ſenſum afficiente. Tale uerò uinum eſt præ cæteris calidum, humidum, & odorum atq; clarum. Tale etiam ſaccharum eſſe dicerem, ſi ſumat odorem. Cinnamomũ quoq; ſimile & doronicũ, aniſumq́; & dulce marathrũ, ſi acumini ſuo ad exiguã dulcedinẽ adderent ampliorẽ. Sed quam temperiẽ natura non fe-

Matricis ad odores mutatio.

Odor uini ante omnes nutrit.

cit, uobis ipſi cõficite. Et quoties diſtractionẽ ſpirituum formidatis, calidioribus acutioribusq; & ſubtiliſſimis adhibete, quæ cohibere parumper uolatum ſpiritus ac ſiſtere ualeant, ceu croco, chariophylis, cinnamomo, aduſtũ panem, roſaceã aquã, acetumq; roſaceũ, roſam, myrtũ, uiolã, ſandalũ, coriandrum, cydoniũ pomum atq; citrum. Horreo uerò camphoram ubi contra caniciẽ eſt agendum. Recentẽ uero ſemper menthã diligo, menti etiam ſalutarem ſpirituiq; tutiſſimam. Denique mementote res omnes ueneno contrarias, eſſe uitæ admodum ſalutares, non guſtu tantum, ſed etiam odoratu, maxime theriacam. Has uerò in libro contra peſtilentiã enarrauimus, narrabimus & in libro ſequenti. Inter eas autem, ne quid uos lateat, numeramus & uinum. Nam ſicut homini uenenum eſt cicuta, ita cicutæ uinum, non ſimul quidem, ſed paulò poſt ebibitum. Ac ne ſolis uos odoribus hic alliciam, componendum uobis mando electuarium quotidie manè guſtandum, olfactu guſtuq; ſuaue, & uitæ admodum ſalutare. Accipite tres chebularum uncias, unam emblicarum, & Indarum unam, unamq; belliricarum, ſemiunciam uerò doronici, cinnamomi uncias duas, croci drachmam unam, ambræ partem drachmæ tertiam, muſci quoq; tantundem. Contundite diligenter. Tantũ roſacei ſacchari adhibete, quantũ gu-

Spirituum diſtractionẽ remorãtes medicinæ.

Veneno cõtraria eſſe uitæ ſalutaria.

ſtui

ſtui ſatisfacit. Sandalorum rubentium quantum ſat eſt colori: mellis item emblicarum uel chebularum quantum molli expedit electuarij formæ, auri folia totidem quot prædictæ ſunt unciæ. Vbi uerò difficilior eſt compoſitio multiplex, experti ſumus ſimplicem hanc optimam eſſe, ſcilicet ex chebulis, marathro dulci, ſaccharo aquà roſacea liquefacto: ſumptam uerò tum ieiuno ſtomacho, tum poſt cœnam. Memineritis autem myrobalanos cõditas meliores eſſe, ſiccas uerò ſaltem diem integrum oleo amygdalarum dulcium uel butyro uaccino prius infundite quàm conſletis. Probat & Auicenna uobis confectionem ex emblicis atque Indis cum melle anacardorum coctoq; butyro. Item chebulas cum zinzibere & ſquama ferri, & potius auri. Probat item Petrus Aponenſis compoſitionem ex croco, mace, caſtoreo, per partes acceptis atque contuſis & uino commixtis. Vnde affirmat uitam etiam propemodum moribundis produci conſueuiſſe. Denique Haly aſtrologus medicusq; excellens, aſſerit uſu triphere ſimiliumq; rerum uitam effici longiorem. In omni uerò triphera myrobalanus fundamentum eſt, ſed hanc temperant ſubtilibus quibuſdam atq; mollibus, præſertim ubi ſiccior eſt myrobalanus, ut & penetret, nec meatus obſtruat, nec aluum exiccet nimiũ uel aſtringat. Cum uino præterea

Myrobalani conditæ meliores.

cõmodiſsime utimur, ſed modico, ne forte diluat. Compoſitionẽ uerò Petri quam modo narrabam, ſi modò utilis eſt, arbitror olfactu potius quàm potu utilem forè.

¶ Magorum medicina pro ſenibus. Caput XIX.

MAgi ſtellarũ obſeruatores, ad Chriſtũ uitæ ducem ſtella duce uenerũt, precioſum uitæ theſaurum offerentes, aurum, thus, & myrrham, tria dona pro tribus planetarũ dominis ſtellarum domino dedicantes. Aurũ quidem pro tẽperamẽto Iouis, maxime omniũ temperatum. Thus autẽ pro Sole præcipue Phœbeo, calore ſimul odoreq; flagrans. Myrrham deniq; firmantẽ corpus atq; confirmantẽ pro Saturno omniũ firmiſsimo Planetarũ. Huc igitur omnes ad ſapientes Magos uenite ſenes, munera uobis quoq; uitã productura ferentes, quibus autorem uitæ quondã ueneratí traduntur. Venite ſenes, inquam, ſenectutẽ grauiter tolerantes. Venite & uos præterea quoſcũque ſenectutis propemodũ aduentãtis formido ſolicitat. Accipite præcor alacres uitalia dona. Sumite uncias quidẽ thuris duas, unã uerò myrrhæ, auri rurſum in folia ducti dimidiam drachmæ partem, contundite tria ſimul, conflate, confundite in pilulas, aureo quodam mero: idq; tunc opportune conficite, quando Diana propitio Phœbi uel

Magorum medicina.

Iouis

Iouis gaudet aſpectu. Sumite poſthac theſauri tanti aurora qualibet portiunculam, ac exiguo perfundite meri potu, niſi forſan incaluerit æſtas, tũc enim aquam roſaceam bibere præſtat. Si quis autem inter uos calorem quouis tempore magis metuat, is myrobalanũ chebulam aut emblicã æqualem ad thuris myrrhæq́; & auri ſimul pondus adijciat. Hoc *humorẽ proculdubio naturalem à putrefactione tuebitur.* Hoc *humoris reſolutionem longius propulſabit.* Hoc *tres in uobis ſpiritus, naturalem, uitalem, animalem fouebit, confirmabit, corroborabit.* Hoc *rurſum uegetabit ſenſum, acuet ingenium, memoriam conſeruabit.* Medicina magica pro ſenibus.

¶ De *periculis uitandis ex quolibet uitæ ſeptenario imminentibus.* Cap. XX.

Q*Vum aſtronomi ſingulas deinceps diei horas* Planetis *ordine ſingulis diſtribuerint, ſimiliterq́; ſeptẽ hebdomadæ dies, atq́; in ipſo fœtu per mẽſes digeſſerint officia planetarũ, cur nõ etiam per annos eadem diſponamus? ut quẽadmodum infantẽ in aluo latentem rexit primo menſe Saturnus, ultimo* Luna, *ſic ſtatim natũ ordine iam conuerſo: primo ipſius anno ducat* Luna, *ſecundo (ſi uis)* Mercurius, *tertio* Venus, *quarto* Sol, *quinto* Mars, *ſexto* Iuppiter, *ſeptimo uerò Saturnus: atque deinceps ordo per uitam ſimilis repetatur.*

Itaq; in ſeptimo quolibet uitæ anno, fit in corpore mutatio maxima, ideoq; periculoſißima, quandoquidem & Saturnus nobis communiter eſt peregrinus: & ab eo tunc Planetarũ ſummo ad Lunam eueſtigio Planetarum infimam gubernatio redit. Hos annos aſtronomi Græci Climactericos nominant, nos ſcalares, uel gradarios, uel decretorios appellamus. Fortè uerò in morbis ipſum humoris uel naturæ motum Planetes per dies eodem ordine regunt: unde & ſeptimus quiſq; eadem ratione Iudiciarius appellatur. Quartus quoq; quoniam medium in ſeptenario tenet. Tu igitur ſi uitam producere cupis ad ſenectutẽ, nullis eiuſmodi gradibus interruptam, quoties ſeptimo cuilibet propinquas anno, conſule diligenter aſtrologum: Vnde immineat tibi diſcrimen ediſcito: deinde uel adito medicum, uel prudentiam & temperantiam accerſito. His nanq; remedijs prohiberi minas aſtrorum Ptolemæus etiam confitetur. Addit quin etiam aſtrorum promiſſa ſic augeri poſſe, ut agrorum cultor auget terræ uirtutem. Probat Petrus Aponenſis argumentationibus multis & teſtimonio Ariſtotelis, Galeni, Haly, naturalẽ uitæ finem non eſſe ab initio ad unguem determinatũ, ſed ultra citraq; moueri poſſe. Idq; aſſerit tum ex aſtris tum etiã ex materia. Cõcludit his autoribus rationibusq; obitũ etiam naturalem differri poſſe, cum aſtrolo-

Anni Climacterici ſeu decretorij.

Annus ſeptimus quiſque iudiciarius.

Mortẽ naturalem differri poſſe aſtrologiæ & medicorum præſidio.

aſtrologiæ machinis tum præſidijs medicorum. Igitur neque nos temerè in his præceptis elaborauimus. Neq; te pigeat perquirere à medicis quæ naturaliter tua ſit diæta, & ab Aſtrologis, quæ ſtella uitæ faueat, & quando hæc bene ſe habet, & ad eam Luna, cõpone quæ prodeſſe didiceris. Neq; pudeat ſæpe illos auſcultare, qui nõ tam fortuna quàm uirtute ſenectutẽ proſperam cõſecuti uidentur. Præterea Ptolemæus & cæteri profeſſores Aſtronomiæ, imaginibus quibuſdam ex certis lapidibus et metallis ſub certo ſidere fabricatis, ui tam proſperã pollicentur atq; longæuã. Verũ de imaginibus quidẽ ex parte, ac plurimũ de reliquo fauore cœleſti cõmmentarium cõponimus in Plotinum, quem librum huic operi deinceps ſubijciendum exiſtimamus, quẽadmodum hoc poſt librum ſcribi uolumus quẽ De curanda literatorũ ualetudine cõpoſuimus. Fauorẽ uerò cœleſtem quem modo dicebam, pro iuuẽtute longa, tunc quantũ quaſi Poetæ cuidam licet loqui, quantum rurſus medico licet facere, à Phœbo Bacchoq; petemus.

Solis æterna eſt Phœbo Bacchoq; iuuentus,
Nam decet intonſus crinis utrunq; deum.

Phœbus et Bacchus ſemper indiuidui fratres ſunt: ambo ferè ſunt idem. Phœbus quidẽ eſt ipſa ſphæræ illius anima, ſphæra uerò Bacchus, imò et Phœbus eſt totus ipſe ſphæræ circus. Bacchus autem

eſt flammeus ille in hoc circo circulus, imò uerò Phœbus eſt almũ in hoc flãmeo globo lumen. Bacchus autem exiſtit ibidem ſalutaris ex lumine calor. Semper ergo fratres comitesq́; ſunt, ferè ſemper alter & idẽ. Quid uerò? ſi Sol in Vere quidẽ Phœbus eſt, cantu ſuo tunc auiũ cantus excitans, cithara rurſum tẽpora temperãs: in autũno uerò Sol idem autor uini Bacchus exiſtit. Tria nobis ad ſeruãdam iuuentutẽ pater ille Liber, qui amat colles, Bacchus affert, hos quidem apricos primũ colles, in his autẽ collibus ſuauiſſimũ præcipue uinum, perpetuam in uino ſecuritatẽ. Tria quoque Phœbus Bacchi frater pari benignitate largitur, diurnum primo lumen, ſub fomẽto luminis herbas ſuauiter redolentes: ad luminis huius umbram, citharam cantumq́; perennem. His ergo penſis potiſſimũ, his ſtaminibus Clotho nobis iam non Parca longa uitæ fila producet. Treis Parcas ferè omnes Poetæ canunt. Treis quoq; nos non poetæ canimus. Prudens quidem in omni uictu parcitas uitam nobis longam incboat: conſtans quoq; in curis ſubeundis parcitas producit uitã: parcitas uerò in cœlo fruendo negligens uitam occat. Tres Pythagoras temperantias ante omnia celebrat: tres etiam nos in præſentia celebramus. Tẽperantiã in affectibus cõſeruato: temperantiam in omnẽ uictu ſeruato: tẽperiẽ aeris obſeruato. Hac enim proui-

prouidentia humorum intemperiem, quæ citæ ſenectutis & intempeſtiuæ mortis cauſa eſt, aſpirãte Deo, procul admodum propulſabis. Aſpirabit autem autor ille uitæ, ſi ea tantum conditione uitam optaueris diuturnam, ut diutius cum genere humano uiuas, tum maxime uiuas illi, quo mundus totus inſpirante uiuit.

DE VITA PRODVCENDA LIBRI FINIS.

MARSILII FICINI FLORENTINI in librum tertium De uita cœlitus comparanda, ad sereniſsimum Pannoniæ regem epiſtolare proœmium.

PHiloſophi ueteres, rex omnium fœliciſsime, cœleſtiũ uires inferiorumq; naturas diligentiſsime perſcrutati, quũ exiſtimarẽt hominẽ fruſtra ſapere qui non ſibi ſapit, totam meritò perſcrutationem ſuam in primis ad uitam ſibi cœlitus comparandam retuliſſe uidentur, iudicantes (ut arbitror) tum elementa & quæ ex his componuntur fruſtra ſibi cognita fore, tum motus cœleſtiũ & influxus temerè nimium obſeruatos, niſi hæc unà cum illis cognita ſimulatq; coniuncta, aliquando ſibi ad uitam fœlicitatemq; conducerent. Profuit autem illis, ut uidetur, eiuſmodi contemplatio ad uitam primo præſentem. Nam Pythagoras

goras & Democritus Apolloniusq́; Theanæus, & quicunq; ad id potiſſimum ſtuduerunt, rerum ſibi cognitarum uſu proſperam ualetudinem conſecuti ſunt uitamq́; longæuam. Contulit inſuper ad futuram uitam, tum per gloriam apud poſteros propagandam, tum apud Deum in æternitate fruendam. Siquidem ex mirabili mũdi totius ordine, eius tandem cognouere rectorem, & ante omnia cognitum amauerunt. Tibi uerò gloriam per ſecula cuncta futuram, magnanimitas, magnificentia, uictoria perpetua pollicentur. Vitam quoq; apud Deum in æuo beatam diuina clemẽtia, inſigni pietati tuæ iuſtitiæq; promittit. Vitam deniq; proſperam inter mortales ſatisq́; longam (quãtum ex indicijs quibuſdam mihi licuit coniectare) felicia tibi ſydera decreuerunt. Vt autem quod pollicentur id & præſtent firmiſſima fide, & cumulo inſuper prorogent pleniore, diligentia tua & medicorum aſtrologorumq́; cura efficere proculdubio poteſt. Iam uerò id poſſe ſcientia & prudentia fieri, doctiſſimi quiq; aſtrologi ac medici confitentur. Quum igitur inter Plotini libros magno Laurentio medici deſtinatos, in librum Plotini de fauore cœlitus hauriendo tractantem, nuper commentarium compoſuiſſem, inter cætera in eum noſtra commentaria numeratum, id quidem ſeligere nunc, Laurentio quidem ipſo probante, atq; maieſtati

ieſtati tuæ potiſsimum dedicare decreui. Spero equidem dum uitæ tuæ proſperitatiq; conſulam, uitæ interim, & ſplendori ſeculi noſtri & humani generis conſulturum. Atq; ut ualetudini proſperitatiq; regiæ ualidius hæc noſtra prodeſſent, per Valorem ipſum mittenda putaui. Hunc tu igitur Valorem noſtrũ clemẽtiſsime rex cõplectere precor. Tantum enim natura, uirtus, autoritas tua ualet, ut abſq; te nequeat uel Valor ipſe ualere. X. Iulij. M. CCCC.LXXXIX. Florentiæ.

¶ MARSILII FICINI AD LEctorem ſequentis exhortatio.

SAlue hoſpes ingenioſe. Salue iterum quiſquis es ſalutis auidus, qui noſtra ad limina tendis. Vide precor hoſpes cupide primũ, quàm hoſpitalis ſim. Intrantis erat certe, ſalutem ſtatim hoſpitio dicere: Ego uerò ſalute præueniens, mox proſpectum ſaluere te iuſsi. Intrantem & adhuc ignotum perlibenter excepi: Trahentem apud me moras, promiſſa (ſi Deus aſpirauerit) ſalute donabo. Hoſpitiũ ergo nactus es amicũ quidem omnibus, et amoris nũc erga te plenũ. Si quid fortè fers tecũ amori contrariũ, ſi quid habes odij prius ponito precor, quàm medicinas hic uitales attingas. Vitã enim tibi dedit amor, uoluptasq; parentum. Vitam uiciſsim demit odiũ, atq; dolor. Quem igitur odioſus

odioſus uexat dolor, huic nullus uſquam medicinæ uitali relictus eſt locus. Quamobrē deinceps te non ut hoſpitem tantum iam alloquor, ſed amicum. Officina Marſilij tui aliquanto eſt amplior, quàm his cancellis duntaxat quos hic uides coerceatur. Non enim ſolo hoc libro ſequente, ſed duobus etiam præcedentibus circumſcribitur. Tota uerò ſummatim medicina quædam eſt pro uiribus opitulatura uitæ, ut ualida tibi uita ſit, ut longa. Idq; ubiq; medicorū ope cœlitus adiuta molitur. Varia ſanè pro diuerſis hominum ingenijs atque naturis noſtra hæc officina, antidota, pharmaca, fomenta, unguēta, remedia profert. Si qua tibi fortaſſe minus placeant, mittito quidem iſta, cætera propterea ne reſpuito. Deniq; ſi non probas imagines aſtronomicas, alioquin pro ualetudine mortaliū adinuentas, quas & ego nō tam probo quàm narro: has utiq; me cōcedente, ac etiam ſi uis conſulente, dimittito. Medicinas ſaltem cœleſti quodam adminiculo confirmatas, niſi fortè uitam neglexeris, haud negligito. Ego enim frequenti iam diu experientia compertum habeo, tantum intereſſe inter medicinas huiuſmodi, atq; alias abſq; delectu aſtrologico factas, quantum inter merum & aquam: ut etiam infans octauo à conceptione menſe natus Florentiæ menſe Martio, nocte aſcendente, Saturno retrogrado ſemiuiuus, eiuſmodi diligentia

gentia uideatur à nobis, imò à Deo quaſi uitæ redditus potius quàm ſeruatus, triēniumq́; ualidus fermè iam impleuerit. Iam uerò ſi præter ea generis eiuſdem plura narrauero uera loquar. Nec gloriabundus (quod eſt à philoſopho penitus alienum) ſed exhortabūdus potius afferam. Verū ſatis iam partim quidem conciliantes, partim etiam exhortantes alloquuti te ſumus. Deinceps igitur cū Plotino loquamur, ita demum tibi diligentius conſulturi.

MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER DE uita cœlitus comparanda, cōpoſitus ab eodem inter Commentaria eiuſdem in Plotinum.

In quo conſiſtat ſecundum Plotinum uirtus fauorem cœlitus attrahens, ſcilicet in eo quod anima mundi & ſtellarum dæmonumq́; animæ facile alliciuntur corporum formis accommodatis.

CAPVT PRIMVM.

SI tantũ hæc duo ſint in mũdo, hinc quidẽ intellectus, inde uerò corpus, ſed abſit anima, tunc neq; intellectus trahetur ad corpus (immobilis enim eſt omnino, caretq; affectu motionis principio, tanquàm à corpore longiſſime diſtans) neque corpus trahetur ad intellectum, uelut ad motum per ſe inefficax & ineptum, longeq; ab intellectu remotũ. Verum ſi interponatur anima utriq; conformis, facile utrinq; & ad utraq; fiet attractus. Primo quidem ipſa omniũ facilime ducitur, quoniam primum mobile eſt, & ex ſe & ſponte mobile. Præterea quum ſit (ut dixi) media rerum omnia ſuo in ſe modo continet, & utrinque ratione propinqua. Ideoq; conciliatur & omnibus, etiam æqualiter illis quæ inter ſe diſtant, ab ea uidelicet nõ diſtantibus. Præter enim id quod hinc quidem conformis eſt diuinis, inde uerò caducis, & ad utraq; uergit affectu, tota interim eſt ſimul ubique. Accedit ad hæc quod anima mundi totidem ſaltem rationes rerum ſeminales diuinitus habet, quot ideæ ſunt in mente diuina, quibus ipſa rationibus totidem fabricat ſpecies in materia. Vnde unaquæq; ſpecies per propriam rationem ſeminalem propriæ reſpondet ideæ, facileq; poteſt per

Rationes rerũ ſimilares tot, quot ſunt ideæ in mẽte diuina.

per hanc ſæpe aliquid illinc accipere, quandoquidem per hanc illinc eſt effecta. Ideoq; ſi quando à propria forma degeneret, poteſt hoc medio ſibi proximo formari rurſum, perq; id medium inde facile reformari, ac ſi certe cuidam rerum ſpeciei uel indiuiduo eius rite adhibeas multa, quæ ſparſa ſunt, ſed eidem ideæ conformia. Mox in materiam hanc ita opportune paratam, ſingulare munus ab idea trahes, per rationem uidelicet animæ ſeminalem. Non enim intellectus ipſe propriè, ſed anima ducitur. Nemo itaque putet certis mundi materijs trahi numina quædam à materijs penitus ſegregata, ſed dæmones potius animatiq; mundi munera ſtellarumq; uiuentium. Nemo rurſum miretur per materiales formas animam quaſi allici poſſe. Siquidem eſcas eiuſmodi ſibi congruas ipſamet quibus alliceretur, efficit, & ſemper libenterq; habitat in eiſdem. Neq; in mundo uiuente toto quicquam reperitur tam deforme, cui non adſit anima, cui non inſit & animæ munus. Congruitates igitur eiuſmodi formarũ, ad rationes animæ mundi, Zoroaſter diuinas illices appellauit, quas & Syneſius magicas eſſe illecebras confirmauit. Nemo denique credat ad propriam quandam materiæ ſpeciem & tempore certo hauriri omnia prorſus ex anima dona, ſed pro opportunitate dona dũtaxat ſeminis, quo

talis

talis ſpecies pullulauit, ſeminumq́; conformium. Itaq; hic homo humanis tantũ adhibitis, non proprias piſcium uel auium dotes, inde ſibi uendicat, ſed humanas atq; conſimiles. Adhibitis autẽ quæ ad ſtellam talem pertinent atq; dæmonem, ſtellæ dæmonisq́; huius proprium ſubit influxum, uelut lignum per ſulphur paratũ ad flãmam ubiq; præſentẽ. Atq; hunc nõ modo per ipſos ſtellæ dæmonisq́; radios, ſed etiam per ipſam mundi animam ubiq; præſentem, in qua & cuiuſlibet ſtellæ dæmonisq́; ratio uiget: partim quidẽ ſeminalis ad generandum, partim etiã exemplaris ad cognoſcendum. Hæc enim ſecundum Platonicos antiquiores, rationibus ſuis ædificauit ultra ſtellas in cœlo figuras, parteſq́; ipſarum tales, ut ipſæ quoq; figuræ quædam ſint, impreßitq́; his omnibus proprietates. In ſtellis autẽ, figuris, partibus, proprietatibus, omnes rerum inferiorum ſpecies continentur & proprietates earum. Vniuerſales uerò figuras octo poſuit atq; quadraginta, ſcilicet in zodiaco duodecim, extra uerò ſex atq; triginta. Itẽ in zodiaco triginta ſex ad numerũ facierũ. Rurſus ibidem ter centum atq; ſexaginta ad numerum graduum. In quouis enim gradu ſunt ſtellæ plures, ex quibus ibi cõficiuntur imagines. Similiter imagines, extra zodiacũ in plures diuiſit figuras, pro facierum ibidem graduumq́; ſuorũ numero. Conſtituit

Anima prædita omnia uiuentia.

ſtituit deniq; ab imaginibus his uniuerſalibus ad uniuerſales imagines habitudines & proportiones quaſdã, quæ ipſæ quoq; imagines illic exiſtũt. Eiuſmodi uerò figuræ continuitatẽ quæq; ſuam habent ex radijs ſtellarum ſuarũ in ſe inuicem, peculiari quadam proprietate cõiectis. A quibus formis ordinatiſsimis dependent inferiorum formæ, illinc uidelicet ordinatæ. Sed & cœleſtes illæ tanquam & inter ſe diſiunctæ, procedunt à rationibus animæ coniunctis inuicẽ, & quodãmodo mutabiles à ſtabilibus. Sed hæ quatenus ſeipſas non cõprehendunt, referuntur ad formas in mente uel animali uel eminentiore ſeſe cõprehendentes, quæ tanquam multiplices ad ſimpliciſsimũ rediguntur unũ atq; bonum, ſicut figuræ cœleſtes ad polum. Sed redeamus ad animã. Quando igitur anima gignit ſpeciales inferiorũ formas uiresq;, eas per rationes efficit proprias, ſub ſtellarum formarumq; cœleſtiũ adminiculo. Singulares uerò indiuiduorũ dotes, quæ ſæpe nonnullis inſunt tam mirabiles quàm in ſpeciebus eſſe ſolent, exhibet per ſeminales ſimiliter rationes, non tam ſub adminiculo formarum figurarumq; cœleſtiũ, quàm ſitu ſtellarũ & habitu motionũ, aſpectuumq; Planetarum, tum inter ſe, tum ad ſtellas Planetis ſublimiores. Anima quidẽ noſtra ultra uires membrorum proprias, cõmunẽ ubiq; promit in nobis uitæ uir-

Gratiæ tres cõiunctæ, Iuppiter, Sol, Venus.

tutem, maxime uerò per cor, tanquā ignis animæ proximi fontē. Similiter anima mundi ubiq; uigēs per Solem præcipue ſuam paßim explicat cōmunis uitæ uirtutē. Vnde quidam animā & in nobis & in mundo, in quolibet mēbro totam, potißimū in corde, collocant atq; Sole. Semper uerò memento, ſicut animæ noſtræ uirtus per ſpiritum adhibetur membris, ſic uirtutē animæ mūdi per quintam eſſentiam, quæ ubiq; uiget tanquam ſpiritus intra corpus mundanū, ſub anima mundi dilatari per omnia, maxime uerò illis uirtutem hanc infundi, quæ eiuſmodi ſpiritus plurimū hauſerunt. Poteſt autem quinta hæc eſſentia à nobis intus magis magisq; aſſumi, ſi quis ſciuerit eam alijs elementis immixtam plurimum ſegregare, uel ſaltem his rebus frequenter uti, quæ hac abundant, puriore præſertim, ceu electum uinum & ſaccharum, & balſamū atq; aurū, precioſiq; lapilli, myrobalaniq;, & quæ ſuauißime redolent, & que lucent, maxime uerò quæ in ſubtili ſubſtantia qualitatem habent calidam, humidamq; & claram, quale, præter uinum, eſt albißimum ſaccharum, præſertim ſi huic adhibueris aurum, odoremq; cinnami atq; roſarum. Præterea ſicut alimenta rite in nobis aſſumpta, per ſe non uiua, rediguntur per ſpiritum noſtrum ad uitæ noſtræ formā, ſic & corpora noſtra ritæ acōmodata corpori ſpirituiq; mūdano, uideli-

Animæ uirtus per quintam eſſentiam dilatatur.

Eſſentiæ quintæ materies.

uidelicet per res mundanas, & per noſtrũ ſpiritũ, hauriunt ex uita mundana quàmplurimum. Si uolueris ut alimentũ rapiat præ cæteris formã cerebri tui uel iecoris atq; ſtomachi, ſimile quantũ potes accipe alimentũ, id eſt cerebrum, & iecur, & ſtomachum, animalium ab humana natura nõ longe diſtantiũ. Si optas corpus tuum atq; ſpiritũ ex aliquo mundi membro, uidelicet ex Sole, uirtutẽ accipere, quære quæ ante alia ſunt Solaria inter metalla lapilloſq;, magis autẽ inter plantas, ſed inter animalia magis, maxime inter homines. Similiora enim tibi magis proculdubio conferũt. Hæc & extra ſunt exhibenda, & intus pro uiribus aſſumenda, præſertim in die & hora Solis, & Sole in figura cœli regnante. Solaria uerò ſunt omnia ex lapillis & floribus quæ heliotropia nominantur, quia uertũtur ad Solem. Item aurum & auripigmentũ, aureiq́; colores, chryſolithus, carbũculus, myrrha, thus, muſcus, ambra, balſamũ, mel flauum, calamus aromaticus, crocus, ſpica nardi, cinnamomum, lignũ aloes, cæteraq́; aromata. Aries, aſtur, gallus, olor, leo, cantharis, crocodilus, homines flaui, criſpi, ſæpe calui, magnanimi, ſuperiora partim cibarijs, partim unguentis ſuffumigationibuſq;, partim uſui accommodari poſſunt. Hæc ſentienda, & cogitanda frequenter, et in primis amanda. Et luminis plurimũ eſt quærendum.

Si dubites uentrem ab iecoris ſomento deſtitui, trahe ad uentrem iecoris facultatem, tum frictionibus, tum ſomentis per ea quæ iecori congruunt, per cicoream, endiuiam, ſpodium, & eupatorium & hepaticam, atq; hepata. Similiter ne deſtituatur tuum corpus ab Ioue, *moue corpus in die, horaq́; in regno* Iouis, *& utere interim* Iouialibus: Argento, *hyacintho, topatio, corallo, cryſtallo, berillo, ſpodio, ſaphyro, uiridibus aerijsq́; coloribus: uino, ſaccharo albo, melle, & cogitationibus affectionibusq́; plurimum* Iouialibus, *id eſt, conſtantibus, æquis, religioſis atq; legiferis. Et inter homines eiuſmodi, ſanguineosq́; & pulchros, uenerabilesq́; uerſantor. Sed memẽto primis illis rebus frigidis inſerendum eſſe aurũ & uinum, menthamq́; & crocum, & cinnamomum atq; doronicum.* Animalia *uerò* Iouialia *eſſe agnum pauonemq́;, & aquilam & iuuencum. Quomodo uerò uirtus* Veneris *attrahatur turturibus, columbis & motacillis, & reliquis, non permittit pudor oſtendere.*

¶ De concordia mundi, & de natura hominis ſecũdum ſtellas. Quomodo fiat attractus ab unaquaq; ſtella. Cap. II.

NEq; uerò diffidere debet quiſquã, nos atq; omnia quæ circa nos ſunt, præparamẽtis qui-

qbuſdam poſſe ſibi uēdicare cœleſtia. Nā cœlitus hæc facta ſunt aßidueq́; reguntur, & illinc in primis præparata ſunt ad illa. Et quod maximū eſt, mundus animal in ſe magis unum eſt, quàm quoduis aliud animal, ſi modo eſt animal perfectißimū. Ergo ſicut in nobis membri cuiuſlibet præſertim principalis qualitas motusq́; ad alia pertinet, ita membrorū principalium actus in mundo commouent omnia, & membra inferiora facile capiūt à ſupremis ultro dare paratis. Quò enim potētior cauſa eſt, eò promptior eſt ad agendum, eò igitur propenſior eſt ad dandum. Exigua igitur præparatio nobis inſuper adhibita ſufficit cœleſtiū muneribus capiendis, ſi modo quiſq; ad id præcipue ſe accommodet, cui eſt præcipue ſubditus. Sed ante uniuſcuiuſque noſtrûm proprietatem, humanæ ſpeciei proprietatem conſiderare debemus. Hanc igitur eſſe ſolarem aſtrologi Arabes conſenſerūt. Quod ego è ſtatura hominis erecta pulchraq́;, humoribusq́; ſubtilibus et ſpiritus claritate, imaginationisq́; perſpicuitate, ſtudioq́; ueritatis et gloriæ, uerum eſſe coniecto. Addo quinetiam proprietatem huic Mercurialem, ob ſtrenuum uerſatilis ingenij motum. Et quoniā humanum genus natum, nudum, inerme, omnium egenum, hæc omnia propria induſtria ſibi comparat, quod eſt Mercurij proprium. Addo etiam Iouialem, ob complexio-

Cauſa potior, promptior ad agendum.

Humanæ ſpeciei proprietas.

nem corporis temperatam atq; leges: Et *quoniam ſecundo menſe, quò* Iupiter *dominatur, uitam accipimus, atque naſcimur nono, quo iterum recipit dominatũ.* Itaq; *humana ſpecies ab his tribus potiſsimum dotes inſuper ampliores ita demum ſibi poterit uendicare, ſi per* Solaria Mercurialiaq; *et* Iouia, *ſeipſam eis magis indies atq; magis accommodabit.* De *reliquis autem quid?* Saturnus *non facile communem ſignificat humani generis qualitatem atq; ſortem, ſed hominem ab alijs ſegregatum, diuinum aut brutũ, beatum aut extrema miſeria preſſum:* Mars, Luna, Venus, *affectus & actus homini cum cæteris animantibus æque cõmunes.* Ad Solem *igitur &* Iouem *atq;* Mercurium *reuertamur.* Solaria *quidem nonnulla &* Iouia *diximus,* Mercurialia *uerò neſcio quomodo prætermiſimus: ſunt autem eiuſmodi,* Stannum, *argentũ, præſertim uiuũ, marcaſsita argentea, lapis* Achates, *uitrum* Porphyriticum, *& quæ croceum cum uiridi miſceant, ſmaragdum atq; lacca:* Animalia *ſagacia & ingenioſa ſimul & ſtrenua, ſimiæ, canes:* Homines *eloquentes, acuti, uerſatiles, oblonga facie, manibusq; non pingues.* Sunt *autem quærenda & exercenda quæ ad aliquem* Planetam *attinent, eò uidelicet dominante (ut diximus) in die & hora eius ſi fieri poteſt, etiam quando ipſe ſit in domicilio, uel exaltatione, uel ſaltem triplicitate*

Species humanæ planetis ſubiectæ.

Mercurialia ſimplicia.

ſua & termino & angulo cœli, extra combuſtionem directus ac ſæpius orientalis, ſi Sole ſit ſuperior, item in Auge, et aſpiciatur à Luna. Si quis autem ab ipſa Luna beneficiũ & à Venere poſcat, tempora ſimilia obſeruare debebit. A Venere quidẽ per animalia ſua quæ diximus, & per Corneolam & Saphyrum lapidemq; lazuli, æs croceum atq; rubeum & corallum, omnesq; pulchros uarioſq; uel uirides colores & flores, atq; concentus, ſuaueſq; odores atq; ſapores. A Luna per alba & humida & uiridia, per argentũ atq; cryſtallum & uniones, & argenteã Marcaſsitã. Quoniã uerò Saturnus quidem ſtatui & perſeuerantiæ dominatur, Mars autẽ efficaciæ motus, cogimur nõnunquã horum quoq; gratia ab eis patrocinia poſtulare, temporibus uidelicet ſimiliter obſeruatis. Ab illo quidem, per materias quaſdã quodãmodo terreas & fuſcas atq; plumbeas, & fuſcã Iaſpidẽ & magnetem, & camoinũ atq; chalcidonium, & ex parte quadam per aurum & auream Marcaſsitam. A Marte uerò per ignea rubea, æs rubeum, ſulphurea omnia, ferrum lapidemq; ſanguineum. Neq; diffidas Saturnum habere nonnihil in auro. Nam propter pondus id putatur habere. Quinetiam Soli aurum ſimile, ſic omnibus metallis ineſt, ſicut Sol in Planetis omnibus atque ſtellis. Iam uerò ſi quis conuicerit Saturnũ & Martem

Veneris gratia quomodo concilietur.

Aurum Soli ſimile.

natura noxios eſſe, quod equidem nunquam crediderim, tamen his quoq; utendum, quemadmodum uenenis nõnunquàm utuntur et medici, quod Ptolemæus in Centiloquio probat. Proderit ergo quandoq; uis Saturni caute ſumpta, ſicut apud medicos quæ adſtringunt atq; continent, imò & quæ ſtupefaciunt, ſicut opium & mandragora: Martis quoq; ſicut euphorbium & helleborus. Cautiſſimi uerò hac in re fuiſſe uidentur Magi Brachmanes Pythagorici, qui quum ob ſedulum philoſophandi ſtudium Saturni tyrannidem formidarent, ueſtibus albis amiciebantur, Iouialibusq; ſiue Phœbeis, quotidie ſonis & cãtibus utebantur, plurimumq; ſub diuo uiuebãt. Vbiq; uerò memento per affectũ ſtudiumq; animi, & per ipſam ſpiritus qualitatem, nos facilime ſubitoq; exponi Planetis, eundem affectum atque eiuſmodi ſtudium & qualitatem ſignificantibus. Perſæpe rationem igitur à rebus humanis, per ocium ſolitudinem, firmitatem, per Theologiam, ſecretioremq; philoſophiam, ſuperſtitionem, Magiam, agriculturam, per mœrorem Saturno ſubijcimur. Per ciuilia & ambitioſa negocia, per philoſophiam naturalem cõmunemq;, per religionẽ ciuilem, perq; leges Ioui: Marti per iram atq; certamina, Soli Mercurioq; per ſtudium eloquentiæ, cantusq; & ueritatis & gloriæ atq; ſolertiam, Veneri per lætitiam

Planetarũ ſingulorũ ſtudia.

titiam & Muſicā & feſtiua, Lunæ per uictū plantis ſimilem. Sed hanc inter hos differentiā mente teneto, exercitationē ingenij magis publicam atq; amplam ad Solem ſpectare: priuatā uerò & artificio mancipatam, potius ad Mercuriū. Tum uerò Muſicam grauem quidem Iouis Soliſq; eſſe, leuem Veneris, mediam uerò Mercurij. Similis quoque de ſtellis fixis ratio eſt. Hæc quidem cōmunis humanæ ſpeciei regula. Propria uerò unicuiq; regula fuerit explorare quæ ſtella, quid boni cuique in genitura promiſerit, atq; ab ea potius quàm ab alia repoſcere gratiā. Et ab unaquaq; non quodlibet donum, & quod aliarū eſt, ſed eius propriū expectare, niſi fortè tum à Sole cōmunia multa reportes, tanquàm cōmuni quodam duce cœleſtiū, & ab Ioue fermè ſimiliter, tum mundana pariter omnia ab anima ſpirituq; mundi. Quem ſicut & quoduis animal multoq; efficacius animatum eſſe, non ſolum Platonicæ rationes, ſed etiam aſtrologorum Arabum teſtimonia comprobant. Vbi etiā probant ex applicatione quadā ſpiritus noſtri ad ſpiritū mundi per artem phyſicam affectumq; facta, traijci ad animā corpuſq; noſtrum bona cœleſtia. Hinc quidem per ſpiritū noſtrum in nobis medium, & tunc à mundi ſpiritu roboratum: inde uerò per radios ſtellarum feliciter agentes in ſpiritum noſtrum, & radijs natura ſimilem, & tunc

ſeipſum cœleſtibus coaptantem.

¶ *Quod inter animam mundi & corpus eius manifeſtum, ſit ſpiritus eius, in cuius uirtute ſunt quatuor elementa:* Et *quod nos per ſpiritum noſtrum hunc poßimus haurire.* Cap. III.

PRofectò *mundanum corpus quãtum ex motu generationeq́; apparet, eſt ubiq; uiuum, quod* Indorum *philoſophi probant ex eo, quod paßim ex ſe uiuentia generet:* Ergo *per animam uiuit ubique ſibi præſentem, ac prorſus accommodatam.* Igitur *inter mundi corpus tractabile, & ex parte caducũ, atq; ipſam eius animam, cuius natura nimium ab eiuſmodi corpore diſtat, ineſt ubiq; ſpiritus, ſicut inter animam & corpus in nobis, ſi modo ubiq; uita eſt communicata ſemper ab anima corpori craßiori.* Talis *nanque ſpiritus neceſſariò requiritur tanquàm medium, quo anima diuina & adſit corpori craßiori, & uitam eidem penitus largiatur.* Corpus *autem omne facile tibi ſenſibile, tanquam ſenſibus tuis accommodatum, craßius eſt, & ab anima diuinißima longe degenerãs.* Opus *eſt igitur excellentioris corporis adminiculo quaſi non corporis.* Proinde *ſcimus uiuentia omnia tam plantas quàm animalia, per quẽdam ſpiritum huic ſimilem uiuere atq; generare:* Atque *inter elementa, quod maxime ſpiritale*

eſt.

eſt, uelociſsime generare, perpetuoq́; moueri quaſi uiuens. Sed quæres interea, ſi elementa atque animantes generant aliquid ſimile ſuo quodam ſpiritu, cur lapides & metalla non generant, quæ inter elementa & animantes media ſunt? Quia uidelicet ſpiritus in eis craſsiori materia cohibetur. Qui ſi quando rite ſecernatur, ſecretusq́; conſeruetur, tanquam ſeminaria uirtus poterit ſibi ſimile generare: ſi modo materiæ cuidam adhibeatur generis eiuſdem, qualem ſpiritum phyſici diligenter ſublimatione quadam ad ignem ex auro ſecernentes, cuiuis metallorum adhibebunt, aurumq́; efficiēt. Talem utiq; ſpiritum ex auro uel ex alio rite tractum atq; ſeruatū Elixer, Arabes aſtrologi nominant. Sed ad mundi ſpiritum redeamus, per quem mūdus generat omnia, quandoquidem & per ſpiritū propriū omnia generant, quē tum cœlum, tum quintā eſſentiā poſſumus appellare. Qui talis ferme eſt in corpore mūdi, qualis in noſtro noſter. Hoc in primis excepto, quod anima mundi hunc nō trahit ex quatuor elementis tā quam humoribus ſuis, ſicut ex noſtris noſtra, imò hunc ꝓxime (ut Platonice ſiue Plotinice loquar) ex uirtute ſua procreat genitali quaſi tumens, & ſimul cū eo ſtellas, ſtatimq́; per eum parit quatuor elementa, quaſi in illius ſpiritus uirtute ſint omnia. Ipſe uerò eſt corpus tenuiſsimū, quaſi non corpus,

Problema cur metalla & lapides non generent.

pus, & quaſi iam anima: Item quaſi non anima et quaſi iam corpus. In eius uirtute minimum eſt naturæ terrenæ, plus autem aqueæ, plus item aeriæ, rurſus igneæ ſtellarisq́; quàmplurimum. Ad horũ graduum menſuras, ipſæ quantitates ſtellarũ elementorumq́; prodierunt. Ipſe uerò ubiq; uiget, in omnibus generationis omnis proximus autor atque motus, de quo ille:

Spiritus intus alit.

Totus eſt ſuapte natura lucidus calidusq́;, & humidus atq; uiuificus, ex dotibus animæ ſuperioribus dotes eiuſmodi nactus. Quem plurimum hauſiſſe Apolloniũ Theanæum, teſtificatus eſt Indus Hiarchas dicens: Mirari nemo debet ô Apolloni, te diuinandi ſcientiam conſecutum, quum tantum ætheris in anima geras.

Hiarchæ dictum.

¶ Quod ſpiritus noſter hauriat mundi ſpiritum per radios Solis et Iouis, & quatenus ipſe fiat ſolaris & Iouialis. Cap. IIII.

HVnc tu igitur ſtudebis tibi in primis inſinuare. Hoc enim medio naturalia quædã beneficia reportabis, tum corporis mundani, tum animæ, tum etiam ſtellarũ atq; dæmonũ. Nam ipſe inter craſſum mundi corpus, & animã medius eſt, & in ipſo ſtellæ ſunt & dæmones, atq; per ipſum. Siue enim mundi corpus atq; mundana ſint

ab anima mūdi proxime (ſicut Plotino placet atque Porphyrio) ſiue mundanū corpus ſicut & anima proxime ſit à Deo, ut noſtris placet, & forte Timæo Pythagorico, omnino uiuit mundus atque ſpirat. ſpiritūq; eius nobis haurire licet. Hauritur autē proprie ab homine per ſuum ſpiritum, illi ſuapte natura conformē, maxime ſi reddatur etiam arte cognatior, id eſt ſi maxime cœleſtis euadat. Euadit uerò cœleſtis, ſi expurgetur à ſordibus, & omnino ab eis quæ inhærent ſibi diſsimilia cœlo. Quæ quidē ſordes non ſolum intra uiſcera ſi fuerint, uerumetiā ſi in animo, ſi in cute, ſi in ueſtibus, ſi in habitatione & aere, ſpiritū frequenter inficiunt. Efficietur tandē cœleſtis, ſi ad orbicularem animi corporiſq; motū, ipſe quoq; orbes efficiat: Si ad aſpectū cogitationemq; lucis frequētiorem etiā ipſe ſubrutilet: Si adhibeantur ei ſimilia cœlo, ea cōmuniter diligentia qua Auicen. in lib. De uiribus cordis, ſpiritū curat, & nos in lib. De curāda literatorū ualetudine curare cōtendimus. Vbi primū ſegregantur ab eo uapores obnubilantes, medicinis ita purgantibus. Secundo rebus lucentibus illuſtratur. Tertio ita colitur, ut & tenuetur ſimul & confirmetur. Fiet deniq; cœleſtis maxime quantū dictat ratio præſens, ſi applicentur ei potiſsimū radij influxuſq; Solis inter cœleſtia dominantis. Atq; ita ex hoc ſpiritu tāquàm in no

bis medio cœleſtia bona in primis inſita ſibi in noſtrum tum corpus tum animũ exundabunt: Bona inquam cœleſtia cuncta. In ſole enim omnia continentur. Cõfert autem ſol ad ſpiritum ſolarem efficiendũ proprie, quando ſub Ariete fuerit uel Leone, ipſum aſpiciente Luna, maxime in Leone, ubi adeò ſpiritum noſtrum uegetat, ut ipſum muniat contra uenenũ Epidemiæ repellendum: quod perſpicue apparet in Babylonia & Ægypto, et regionibus ſpectantibus ad Leonem, ubi Sol Leonẽ intrans, epidemiam ſedat, ea duntaxat ratione, qua diximus. Tunc ergo & tu Solaria paßim exquiſita compone. Tunc incipe ſolaribus uti, ea tamen cautione, qua ſub æſtu exiccationẽ diligenter euites. Non poterit autem facile ſpiritus ſolaris euadere, niſi ſit quàmplurimus. Ad Solem enim maxime pertinet amplitudo. Quàmplurimum uerò faciet tum diligentia, cor rebus cordialibus intus & extra fouens, tũ etiam uictus ex alimentis quidem ſubtilibus, multũ tamen & facile & ſalubriter nutrientibus. Motus quoq; frequens atq; lenis, & opportuna quies, aerq́; tenuis atq; ſerenus, & ab æſtu geluq́; remotus, præcipue lætus animus. Rurſum nec Solaris erit, niſi calidus fuerit & ſubtilis, & clarus. Subtilem clarumq́; facies ſi triſtia & craſſa deuitabis & fuſca: Vteris lucidis lætisq́; intus, & extra. Luminis multum die nocteq́; excipies:

cipies: Sordes expelles & ocium & torporem: In primis tenebras deuitabis. Perducturus autem ſpiritum ad calorem Soli naturalem, caue ne ad tertium caloris gradum ſiccitatemq; deducas. Calor enim ipſe Solis naturaliter non exiccat: alioquin non eſſet Sol uitæ generationisq; dominus, & autor augmenti. Siccare uerò contingit radijs eius in concauis materiæ ſiccæ cõcluſis. Humorẽ itaq; calori ſubtilem, qualis eſt Solaris, & maxime Iouius, adhibebis & cõſeruabis in ſpiritu, rerũ eiuſmodi uſu ſi ſolarem ſis effecturus, ne alioquin ad Martium potius quàm ad Solarem ſortè deducas. Martem quidem Soli eſſe ſimilem in paucis & his quidem manifeſtis, nec admodum excellentibus, & interim inimicum eſſe ferunt. Iouem uerò Soli ſimilimum in plurimis excellentibusq; muneribus quamuis occultioribus, & amiciſsimum eſſe ſcimus. Vnde & Ptolemæus ubi de conſonantia diſputat, Iouem ait cum Sole præ cæteris perfectiſsime conſonare, Veneremq; cum Luna. Omnesq; aſtrologi uniuerſalem beneficentiam Soli tribuunt ſimiliter atque Ioui. Quamuis Sol eadem efficacius agat, & Iupiter ſub uirtute Solis efficiat. In utroq; calor uiget, ſuperatq; humorẽ. Sed in Ioue ſuperat modice, in Sole ſuperat excellenter: utrobiq; benefice. Quum igitur adeò conſonent, facile poteris ſpiritum Solarẽ efficere pariter

riter atq; Iouiũ, ac res Solares & Iouiales rite poteris inuicem cõmiſcere, præſertim ſi & has inuicem cõponas, & ſpiritui adhibeas, quando Iuppiter Solem trino aſpicit uel ſextili, uel ſaltem quando Luna ab aſpectu alterius ad alterum procedit aſpiciendum: Maxime quando ab aſpectu Solis ad coitum cum Ioue progreditur. Seorſum uerò Solarem propriè facies uel Iouialem, quando aſpectum Lunæ ad Solem obſeruaueris uel ad Iouem. Tametſi cõſecutus naturam huius, naturam mox illius facile conſequêris. Sextilem uerò aſpectum intellige, quando Planetæ duo inter ſe ſignorum duorũ ſpacio diſtant. Trinũ autẽ, quando quatuor ſignorum diſcrepant interuallo. Coniunctionẽ uerò uel aſpectum Lunæ ad alios, duodecim gradibus citrà, totidemq; ultrà metiuntur.

Planetarũ aſpectus.

¶ Quod tres Gratiæ ſint Iuppiter & Sol & Venus, & quod Iuppiter ſit Gratia geminarum media, & maxime nobis accommodata. Cap. V.

Compoſitiones quidẽ, et curatiões Iouias, ſimulatq; ſolares inuenies in li. noſtro de vita longa, & in lib. De literatorũ cura. Vbi etiã miſcuimus pleraq; Venerea. Nã et nos in ſtudioſis timemus exiccationẽ, cui reſiſtit Venus. Et hæc ipſa Venus eſt amiciſſima Ioui, ſicut et Soli Iupiter, quaſi Gra-

ſi Gratiæ tres inter ſe concordes, atq; cõiunctæ. Ab his quidem tribus cœli Gratijs, & à ſtellis eiuſdem generis Aſtrologi gratias & ſperant & diligenter exquirunt, easq; per Mercuriũ atq; Lunam, quaſi nuncios tranſmitti putãt atq; curant: facile uerò cõmuniterq; per Lunam, Lunam quidem cum Ioue coniunctam, aut Venere feliciorem eſſe putant, quàm ſi per ſextilem aſpexerit, aut trinũ. Veruntamen ſi per trinum aſpiciens etiam ſuſcipiatur ab illis, quaſi exiſtimant eſſe coniunctam. Similiter ſi à Sole perſpecta fuerit, ſimulq; cepta. Nos autem ſi horum trium, ſtellarumq; ſimiliũ uires effectusq; omnes percurrere ſingulatim uelimus, longum opus aggrederemur, exquiſitu difficile, difficilimum obſeruatu. Si ad Venerem nos propriè cõferamus, non facile Solem habemus: Si ad Solem propriè, non facile Venerem. Vt igitur tres ſimul in uno gratias complectamur, ad Iouem tandem confugiemus, inter Solem Veneremq; natura effectuq; medium, qualitate admodum temperatum, & quæcunq; ſperantur à Venere, uel à Sole, ſuo quodam pacto tradentem, magnificentius quidem honeſtiusq;, quàm Venus: temperatius quoque quàm Sol, & in omnibus cum humana natura maxime congruentem. Vtemur itaque Iouijs, quando & ipſe & Luna dignitatem tum naturalem, tum acciden-

Gratiæ tres coniunctæ, Iupiter, Sol Venus.

Iouis gratia inter Solem Veneremq; media.

cidentalem habuerint. ſintq́; ſimul, uel feliciter ſe aſpiciant. Si quando id fieri omnino nõ poßit, miſce Solaria in unum ſimulatq́; Venerea, facieſq́; ſic Iouiale ex utriſq; compoſitũ, quãdo uidelicet Luna à coitu Veneris eat ad ſextilẽ Solis aſpectũ uel è conuerſo. Memẽto uerò in rebus componendis quæ cor ſpiritumq́; foueant & corroborent, Lunam conferre potißimum, ſi unà cum his muneribus hoc etiam habuerit, ut per aeria ſigna diſcurrat, maxime per aquarium, quod eſſe maxime putatur aeriũ: Vel ſi in ſuo domicilio ſit, aut exaltatione ſua, uel domo Iouis aut Solis: Et ubicunq; ſit, ſi manſionẽ ex uiginti illis & octo teneat, tum ſibi, tum etiam operi competentem.

¶ De uirtutibus naturalibus, uitalibus & animalibus, & qui Planetarum ſingulis aut commodent incommodéntue, idq́; maxime per aſpectus. Cap. VI.

Planetæ ſinguli quibus uirtutĩbus cõmodent officiantúe.

PRæcipua uerò diſciplina eſt, recte tenere quem ſpiritum, quam uim, quam rem potißimum hi Planetæ ſignificant. Luna ergo Venuſq́; uim & ſpiritum naturalem, atque genitalem, & quæ hunc augent: Iupiter eadem, ſed efficacius, heparq́; & ſtomachum, habetq́; non mediocrem partem in corde & ſpiritu, uirtuteq́; uitali, quatenus ſuapte natura cum Sole conſentit, imò & per

per ſe ipſum: alioquin cor uitalem ſpiritum non propriè in menſe Iouis acciperet. Vnde Iouem Græci appellant uitam, & per quem uita. Habere quoque in animali ſpiritu poteſtatem teſtantur Aſtrologi, dicentes Iouem ad philoſophiam & ueritatem inueniendam, religionemq́; conferre. Et Plato, ubi ait, ab Ioue philoſophos proficiſci. Quod etiam ſignificauit Homerus antiquorum opinione dicẽs: Talis eſt mens hominibus, qualem indies adducit pater hominũ atq; deorum. Nuſquam uerò numen aliquod ita cognominat præter Iouem. Sol ſpiritum uitalem præcipue, corq́; ſignificat, & habet nonnihil, imò non parum in capite, propter ſenſum atq; motum, cuius eſt ipſe dominus, neq; uim deſerit naturalem. Mercurius cerebrũ & inſtrumenta ſenſuum, ideoq́; ſpiritũ animalem. Proinde tutiſſima uia erit, nihil ſine Lunæ beneficio facere: Quandoquidem cœleſtia communiter & frequenter atq; facile ad inferiora demittit, quam alterũ Solem nominãt, quolibet menſe quatuor anni tẽpora facientẽ. In prima enim ſui quarta Peripatetici putant eſſe calidam atq; humidam: In ſecunda calidam et ſiccã: In tertia frigidã atq; ſiccã: In quarta frigidã atq; humidã: Lumẽq́; eius proculdubio Solis eſſe lumen: Humores generationemq́; regere, omnesq́; mutationes fœtus ipſius in aluo, conuerſionibus ſuis metiri, et quoties

Iupiter Græcis uita appellatur.

Soli iungitur, uiuificam ab eo uirtutẽ accipere, quum infundat humori, atq; ibidem à Mercurio uim humores commiſcentem. Quam uim Mercurius & transformatione in omnes ſua & gyris multiplicibus affert. Ibidem mox à Venere uim, quæ conducat ad formas geniture conuenientes. Operæpreciũ uerò fuerit meminiſſe, diurnum Lunæ curſum in quatuor diſtribui quartas. In prima quidem ab Oriente ad mediũ aſcendit cœlũ, atq; interim humorẽ & ſpiritũ auget naturalem. In ſecunda à cœli medio petit occaſum, efficitq́; in nobis oppoſitũ. Tertia ab occaſu cœlum ſubter medium adit, iterumq́; ſpiritũ illum auget & humorem. Quarta cadit inde uerſus ortũ, minuitq́; uiciſsim, quod maxime in oceani ripis apparet, ubi ad hunc curſum mare manifeſtius accedit atq; recedit: eodemq́; ordine uigor in ægrotantibus. Probabile etiã eſt, Solem per eaſdẽ ſui quartas ad calorẽ naturalem, & ſpiritum uitalẽ augere, uel diminuere. Animalẽ quoq;, quatenus Mercuriũ habet comitẽ. His cognitis poterit medicus pro humore et calore naturali, et quolibet ſpiritu recreãdo, tẽpora opportuniora ſeruare. Sed nũc de Luna ſatis. Neq; dimittere decet Iouẽ, in cuius menſe altero quidẽ uitã accepimus, altero autẽ cõmuniter & felicius nati ſumus. Et qui inter Solem atq; Venerẽ, item inter Solem atq; Lunã eſt qualitate

Opportunitas tẽporis obſeruanda medicis.

effectu

effectuq́; medius,ideoq́; cōplectitur omnia. Solem uerò ipſum prætermittere cœli dominum, nefas atq; periculoſum exiſtimamus: niſi fortè quis dixerit, eū qui Iouem habet, in Ioue Solem iam habere, illic potiſsimū ad homines temperatū. In Sole certè omnes cœleſtiū eſſe uirtutes, nō ſolū Iamblichus Iulianusq́;, ſed omnes affirmāt. et Proclus ait: ad Solis aſpectū omnes omniū cœleſtiū uirtutes congregari in unū atq; colligi. Iouē uerò eſſe Solem quendam ad nos temperatū nemo negabit. Lunam quoq; temperatā ad Venerem haud neglexeris: Multū enim ad ualidā proſperamq́; uitam adiuuat. Siquidem Venus fœcundat hominem, facitq́; lætum: hanc igitur obſeruabis. Quanquā ſi Lunam Veneri ſimilem, humore prorſus æqualē, & uix minus calidā, cum Ioue ritè miſceas aut Sole, propémodum iam Venerē habes. Quid ergo? Vt tutiſsima omnium & commodiſsima ſimul incedas uia, Lunam obſerua, quando Solem aſpicit, coitq́; cum Ioue, uel ſaltem Iouem ſimul aſpicit atq; Solem, aut certè quando poſt aſpectum Solis mox ad Iouis coitum progreditur uel aſpectum. Atq; eo ipſo tempore compone inuicem, uel adhibe tibi Solaria Iouiaq́; ſimulatq́; Venerea. Quod ſi te ad unum ex magnis confugere neceſsitas urgeat, uel negocium, ad Iouem ipſum, uel potius ad Lunam ſimul Iouemq́; confugito. Nulla enim

ſtella naturales in nobis uires, imò & omnes magis quàm Iupiter ſouet atq; corroborat: nulla rurſum pollicetur proſperiora ſimulatq; plura: Et ubiq; hunc accipere fauſtũ eſt, Solem uerò accipere, forſitan non ubiq; tutum: Semper enim ille iuuat, hic ſæpe nocere uidetur. Venus autem quaſi debilis. Ideò ſolus ille iuuans pater eſt appellatus. Id autem comprobat Ptolemæus ubi ait: Pharmacum uix quicquã mouere naturã duntaxat quando Luna cum Ioue congreditur. Vſq; adeò illinc proprie totam putat uniuerſi corporis corroborari naturam. Expertus ſum quinetiã, Luna coniuncta cum Venere, medicinã uix mouere. Quamuis autẽ ubi pituitã ualde timemus, Lunam præcipue obſeruemus ad Solem: ubi uerò bilẽ exiccatio nẽq; eiuſmodi ad Venerẽ, tamen directio Lunæ ad Iouem, & ad hæc omnia quodãmodo confert, & præcipue ad atram bilem expellendam, necnon ad cõmunem hominũ complexionẽ inſtaurandam atq; firmandam. Sicut enim glycyrrhiza & oleũ roſaceum frigidiora calefacit, calidiora refrigerat, uinumq; ſimiliter, quod inſuper humectat ſicca humidiora ſiccat: ita Iupiter humano congruus calori, ut uinum, oleum roſaceum, camomilla, glycyrrhiza. Vbi igitur audis Albumaſar, dicentem: Non eſt uita uiuentibus, præter deum, niſi per Solem & Lunã: Id intellige, quantum ad communem

Iupiter omnes naturæ potentias iuuat.

munem

munem omnibus ſpectat influxũ. Proprius autem *homini accommodatiſſimusq́; influxus eſt ab Ioue. Sunt autem in natura corporis uires attrahendi, retinendi, coquendi, expellendi.* Has *igitur omnes* Iupiter *ipſe iuuat: potiſſimum uerò coquendi, ſiue digerendi uirtutem, atq; generandi & nutriendi ſimul & augendi propter humorem eius aerium atq; multum, & calorẽ eiuſdem amplum, humori mediocriter dominantẽ.* Profectò *per radios* Iouis *ſemper uſquequaq; diffuſos, lumen* Solis *proprium ad ſalutem hominum maxime temperatur, radijs interim* Veneris *ad idem aſſidue conferentibus, atque ſimiliter transferente* Luna. Radij *quidem* Veneris *atq;* Lunæ *tanquã humidiores quedam indigent temperante, ſicut &* Solis *radij tanquam calidiores, humidioris cuiuſdam temperiem exigunt.* Radij *autem* Iouis *temperamentum nullum deſiderant.* Quid *enim aliud* Iupiter *eſt niſi ſol quidam ad ſalutem rerum præcipue humanarũ ab initio temperatus?* Quid *rurſus aliud, niſi* Luna Venusq́; *facta tamẽ calidior atq; potentior?* Ideò *aſtrologi ab* Ioue *auſpicantur annum fertilem, ferreũ, ſalubrem & ab eo imminentium morborum remedia ſperant.* Atque Empedocles *ubi propria unicuiq;* Planetarum *munera tribuit* Iouem *ſolum generationis principem nominat,* Orpheũ *imitatus.* Præter Iouẽ *præcipiũt* Lu

Iupiter generationis princeps.

nam diligenter in omnibus operibus obſeruandã, tanquam medium inter cœleſtia competens, atq; terrena. Sit ergo Luna in gradu ſituq́; & aſpectu ad opus optatũ, cõueniente. Non ſit in eclyptica, nec ſub radijs Solis per gradus duodecim ultra citraq́;, niſi forte ſit in eodem minuto cum Sole. Pleriq; uerò uolunt omnes Planetas fore fortes quando in unitate Solis extiterint. Vnitatem uerò metiũtur minutis duobus atq; triginta, ut xvj. quidẽ citra, xvj uerò ultra connumerentur. Non impediatur à Saturno uel Marte, non deſcendat in latitudine meridionali, quãdo duodecim dictos gradus egreditur. Non ſit oppoſita Soli, nec lumine minuatur, nec tarda curſu, quando ſcilicet die uno, duodecim non peragit gradus. Non ſit in uia combuſta à gradu Libræ uigeſimooctauo ad tertium Scorpionis, nec in octaua, nec in Aſcendente, nec in finibus Martis, uel Saturni. Quidam uerò nec in ſexta duodecima nona, quarta Lunã nolunt. In cæteris uerò cœli plagis approbant. Vbi hæc omnia complecti non potes Iouem ſaltẽ expecta uel Venerẽ in aſcendente, uel decima: ſic enim ſubueniunt detrimentis Lunæ. Nec ab re fuerit recordari quatenus Luna lumine augetur, eatenus & nobis nõ ſolum humorẽ, ſed ſpiritum etiã uirtutemq́; augeri, atq; hæc ad circunferentiã dilatari: maxime in ſecunda eius quarta. Quando uerò

Planetæ quando fortes.

minuitur

minuitur, contrà contingere, præſertim in ultimã quarta. Primũ eius ad Solẽ trinũ præeſſe ſecũdo. Hunc ſextili primo. Hunc ſextili ſecũdo Lunam quatenus lumine, eatenus repleri calore. Vidẽtur ergo quidam nõ tam obſeruare quomodo aſpiciat Luna Solem (ſemper enim aſpicit) quàm ut plurimum lumẽ habeat, præſertim dum augetur. Aſpiciat uerò interim trino uel ſextili Iouem aut Venerem. Proinde uirtutem attractiuã ignea iuuant: retentiuam terrea: digeſtiuam aeria: expulſiuam peraquea. Si tu has omnes in te adiuuare uolueris, attractiuam quidẽ per ignea maximè roborabis, quando Luna in ſignis uel ſtationibus igneis conſtituta Iouem aſpicit, ſcilicet Ariete, Leone, Sagittario. Retentiuã per terrea, potiſsimũ quando intuetur eundẽ in ſignis uel ſtationibus terreis collocata: Tauro, Virgine, Capricorno. Digeſtiuam generatiuãq; per aeria, ſcilicet Geminos, Libram, Aquariũ, quoties ſub aereis Iouẽ ſuſpicit, aut ſubit. Expulſiuã per aqueam. Cancrũ, Piſces, Scorpiũ. Quãdo ſub aqueis ipſa poſita, Iouis radijs illuſtratur. Maximè uerò in his omnibus conſequêris optata, ſi Iupiter eadẽ uel ſimilia, uel ſaltem non diſsimilima ſigna mãſionésue poſſederit. Citaturus aluũ ſolidis medicinis, accipe Piſces: Liquidis, Scorpionum: Medijs uerò, Cancrum. Per inferiora purgaturus, Piſces & Scorpium: Per

ſuperiora, Cancrũ. Malum Saturni uel Martis ad Lunam deuitabis aſpectum: Ille enim uexat ſtomachũ, hic inteſtina diſſoluit: Capricornũ euitabis & Taurum, nauſeam enim afferunt. Scis membrũ irritandum non eſſe, quando Luna ſignum occupat membro præfectum (humores nanq; mouet) ſed potius eſſe fouendum. Hæc uerò de uirtute & ſpiritu naturali in iecore præcipue dominãtibus, quæ in quatuor officia narrauimus, diuiduntur, dicta ſufficiant. De uirtute ſpirituq; uitali in corde uigente quidnam monemus? Satis id fermè ſignificatum eſt: Nam per res in primis igneas & quodãmodo ſimul aerias hæc adiuuantur, quando Luna in domicilijs manſionibusúe conſimilibus ſuſpicit Iouem, præcipue ſi Iouem complectatur et Solem. Virtutẽ quoq; animalem per ſenſum & motum in capite dominantem confirmare potes per aeria in primis, ſubiunctis igneis, quando Luna in domicilijs uel ſedibus conſimilibus Iouem ſuſpicit: præſertim ſi Iouem propemodum Mercuriumq; complectitur. Hic uerò te moneo, ne Mercurium putes aqueum eſſe uel terreum (quod & ego aliquando ſuſpicatus ſum, alioquin motibus celeritatiq; ingenij non conferret) ſed quodammodo aerium eſſe ſcias: Nam & ob eandem cauſam tam mobilis eſt, tam facile conuertibilis, tantum ingenio confert, præſertim Aquario plurimũ aerio con-

Sol Ioue ualidius agit.

rio conſtitutus. Humor quidem in eo temperatus eſt, calor exiguus. Sub Sole poſitus dicitur exiccare: Longior autem à Sole factus, humectare putatur: Ibi quidem calefacere multum ex natura Solis, hic uerò calefacere parum admodum, & humefacere magis ſuapte natura. Calore forſan non cedit Veneri, Lunam ſuperat, humore uerò cedit utriſq;. Haly probat Mercurium qualitates cœleſtium commiſcere: quoniam facilime permutetur, tum in qualitatem termini quem ſubit, tum in naturam ſtellæ quam aſpicit. Ego igitur hunc tam facile permutari puto, quia nec excellentem poteſtatem, quam Iupiter habet, nec excedentẽ qualitatem, quam pleraq; cœleſtia, per quam alteratio ni reſiſtat. Deniq; probabile eſt Mercurium aſsiduum Solis Achatem, multas illius uires habere, ideoq; ſperari Solaria quædam à Mercurio poſſe. Aliquando uerò & Martẽ tradunt, Solem in quibuſdam muneribus imitari, ac Venerẽ quæ ad Lunam pertinent elargiri. Hæc igitur in agendo memineris. Neq; negligas unquã terminos. Aiunt enim Planetas in diuerſis terminis ceu lucidis atq; tenebroſis oppoſita facere. Deniq; ubi Martẽ times, oppone Venerem. Vbi Saturnum adhibe Iouem. Ac da operã ut in perpetuo quodam pro uiribus motu uerſeris, tantum defatigatione uitata, ut & proprium motum externis motibus clàm

nocitu-

nocituris opponis, & cœleſtem actum pro uiribus imiteris. Quòd ſi poteris ſpacia motibus ampliora peragere, ſic & cœlũ potius imitaberis, & plures cœleſtium uires paßim diffuſus attinges.

¶ Quomodo membra foueantur in nobis per comparationem Lunæ ad ſigna & ad ſtellas fixas. Cap. VII.

Membrorum fomentatio.

TOtum quemadmodum diximus corpus fouere poteris, caput uerè potißimũ ſi planetas obſeruaueris in Ariete, uel in ſuo quenque domicilio primo. Præcordia ſi in Leone. Stomachũ iecurq; ſi in Cancro atque Sagittario, aut ſaltem in Virgine. Et acceperis ea quæ propriè membrum petunt. Expedit quoq; noſſe, quæ quiſque Planeta membra in ſigno quolibet habeat. Potes etiam propriè pro ætatis diſcrimine conſulere unicuique per quatuor ætates Lunæ. Hæc enim à nouilunio uſque ad quadraturam primã iuuenis eſt. Deinde ad plenilunium eſt iuuenis atq; uirilis. Hinc ad quadraturam alteram, uirilis ſimul atq; ſenilis. Inde uſque ad coniunctionem eſt ſenilis. Aetatem itaque Lunæ feliciter ætati curandi corporis adhibebis, ſi tunc aſpectu eius ad aliquam trium Gratiarum acceperis. Qui ſanè aſpectus Lunæ ſemper, & citò, gratioſa largitur. Neque tamen facile admodum diuturna uel maxima

xima,niſi præter intuitum Lunæ,etiam ipſæ Gratiæ mutuò ſe conſpiciant iam, uel propémodum conſpecturæ ſint,aut tres ipſæ aut duæ. In primis uerò diuturna præbent ſigna fixa: Leo ſcilicet, Aquarius, Taurus,Scorpius. Si forté non poßis in præſentia Lunam ad Planetas gratioſos opportuné dirigere,ſtellas elige fixas gratiarum naturam,id eſt Iouis aut Veneris aut Solis, habentes,& ad eas directam Lunam elige. Tutius tamen eſt,Lunã interea Iouem propémodum adire uel Venerem. Stellæ nanq; fixæ ſi ſolæ ſpectent, proportionem humanam,id eſt unius hominis,nimis exuperant. Proportionem uerò cum ciuitatibus moderatiorem habent.

¶ De uirtutibus & uſu ſtellarum fixarum. Cap. VIII.

TRadunt Aſtrologi maiores quaſdam ſtellas à Mercurio compertas,autoritatem habere quàm plurimã. Qualis eſt in Arietis gradu xxij.umbilicus Andromedæ,Mercurialis atq; Venereus. Item in Tauri xviij.caput Algol, naturam Saturni poßidens,atq; Iouis. Cui ſubeſſe uolunt adamantem & artemiſiam,& audaciam uictoriamq; præſtare. In eiuſdem gradu xxij. Pleiades, Lunare ſidus & Martium: Cui ſubijciunt cryſtallum, herbam diacedon, ſemen fœniculi.

Confer-

Conferre putant ad acuendum uiſum. Quod autẽ nonnulli dicunt cõducere ad dæmones conuocandos, figmentum eſſe iudico. Aldeboran primo uel tertio geminorũ gradu Martium atq; Venereũ. Hircus gradu eorundẽ xiij. Iouius atq; Saturnius. Huic ſubijciunt ſaphyrum, praßiũ, mentham, arthemiſiam, mandragorã. Ad dignitatem & principum gratiã adiuuare confidunt, niſi forte eos opinio fallat. Illi ſubeſſe uolunt rubinum, titimallum, matriſyluam, Diuitias & gloriam augere. In Cancri ſexto uel ſeptimo Canis maior Venereus, præeſt berillo, ſauinæ, arthemiſiæ, dracontea. Præſtat gratiam: item in xvij. eiuſdem canis minor Mercurialis & Martius. Cui ſubeſſe uolũt lapidem Achatẽ, herbam Solſequium, & Pulegiũ: Atq; gratiã elargiri. In Leonis xxi. Cor Leonis, ſtella regia Iouialis & Martia. Huic ſubijci putant lapidem Granatũ, chelidoniã, maſticen, Melancholiam reprimere, temperatum gratioſumq; efficere. In Virginis xix. Cauda Vrſæ maioris Venerea & Lunaris. Lapidem eius Magnetem putant herbam cicoream & artemiſiam, à raptoribus ueneficijsq; tueri. In Libræ, vij. Ala Corui dextra. Item in eiuſdẽ xij. & forte xiij. Ala ſiniſtra, Saturnia ſimul & Martia. Eius herbam lapathiũ & hyoſcyamum eſſe, aiunt cum lingua ranæ audaciam augere: Fore noxiã, in eiuſdem quindeci-

mo uel ſedecimo, ſpica Venerea Mercurialisq́;. Quam ſequatur Smaragdus, ſaluia, trifoliū, prorulla, arthemiſia, mandragora. Diuitias augeat et uictoriā, & ab anguſtia uindicet. Deniq; in eiuſdem xvij. uel xviij. Alchameth. Huic ſubdunt Iaſpidem & plantaginem. Firmare ſanguinem ſperant, febres omnes expellere. In Scorpionis quarto, Venerea Martiaq́;. Secundum uerò computationem aliam in gradu eiuſdem quinto eſt cornea, forſan eadem præſidens topazio, rorimarino, trifolio, hederæ, augere gratiam, caſtitatem, gloriā putant. In Sagittarij tertio, Cor Scorpionis Martium atq; Iouium, præſidens Sardonio amethiſto, ariſtolochiæ longæ, croco. Opinantur colorem bonum efficere, animum lætum, ſapientemq́; reddere, dæmonia propulſare. In Capricorni gradu ſeptimo Vultur cadens, hanc ſequitur Chryſolithus, Satureia, Fumus terræ. Stella eſt Mercurialis atq; Venerea, temperata. In aſcendente medioq́; cœlo prodeſt. Quod autem excantandi autoritatem afferre dicant, nihilipendo. In Aquarij xvi. cauda Capricorni Saturnia, Mercurialisq́;. Quam ſequitur Calcidonius, maiorana, nepita, artemiſia, mandragora. Præſtare in cauſis gratiā opinantur, diuitias augere, hominem ac domum incolumem reddere. In Piſcium tertio humerus equi Iouialis & Martius. Thebit philoſophus do

cet

cet ad captandam alicuius ſtellæ modo dictæ uirtutē, lapidem eius accipere, herbamq́; eiuſdem, annulumq́; aureum facere uel argenteū, in quo lapillum inſeras herba ſubiecta, gerasq́; tangentem. Id autem efficias quando Luna ſubit ſtellā, aut aſpicit aſpectu trino uel ſextili: Et ſtella in medio percurrit cœlo uel aſcēdente. Ego uerò quæ ad eiuſmodi ſtellas attinent, in formam potius medicinæ quàm annuli cōponerem, intrinſecus uel extrinſecus adhibendæ, opportunitate uidelicet prædicti tēporis obſeruata. Tametſi priſci annulos magni fecerint. Nam Damis & Philoſtratus narrant, Hiarcham ſapientū Indorū principē ſimili quadam ratione ſeptem annulos cōfeciſſe, ſtellarum ſeptem nominibus appellatos, eosq́; Apollonio Thebanæo dediſſe. Qui deinde ſingulos diebus ſingulis geſtauerit, iuxta dierū nomina hos diſtinguēs: Dixiſſe uerò Hiarcham Apollonio, auum ſuum philoſophū annos centū atq; triginta uixiſſe, eiuſmodi forſan cœleſti munere fretum: Quo et Apollonius deinde uſus, cēteſimo etiam anno, ut aiunt, iuuenem præferebat. Deniq; ſi quid eiuſmodi annuli uirtutis habēt ex alto, id quidem non tam ad animam uel ad craſſum corpus pertinere arbitror, quàm ad ſpiritum, calefacto paulatim annulo, ſic inde uel ſic affectum, ut firmior efficiatur, aut clarior, uehementior, aut mitior, ſeuerior, aut

lætior

lætior. Quæ quidẽ affectiones in corpus quidem omnino, & in animam ſenſualem quodammodo, plerunq; indulgentem corpori tranſeunt. Quod autẽ aduerſum dæmonas aut hoſtes, aut ad principum gratiã profuturos anulos pollicentur, uel fictum eſt, uel inde deductum, quod ſpiritũ intentum, firmumq́; efficiant, uel etiam manſuetum, obſequioq́; amabilem, atq; gratioſum. Iam uerò ſi quid cœleſtia præter corpoream ualetudinem, conferre ad ingenium, artem, fortunam dicerem, ab Aquinate Thoma noſtro nõ diſsiderem, qui in libro contra Gentiles tertio probat à corporibus cœleſtibus imprimi nonnihil in corpore noſtro, cuius munere diſponamur ad eligendũ ſæpe quod melius eſt, etiam ſi rationem finemq́; neſciamus. Qua quidem in re bene fortunatos appellat, atq; (conſentiente Ariſtotele) bene natos. Addit etiã uirtute cœleſti fieri nõnullos in quibuſdã artium effectibus efficaces (ut eius uerbis utar) ſicut miles in uincẽdo, agricola in plantando, medicus in ſanãdo, felices. At enim ſicut herbæ lapideſq; mirabiles quaſdã ultra naturã elemẽta rem uires cœlitus habent, ſic homines quoq; in artibus nõnullos habere. Mihi uerò ſatis fuerit factũ, ſi cœleſtia quomodocũq; quaſi per medicinas, ſiue interiores, ſiue exteriores, ad proſperã conferãt ualetudinẽ, dummodo interea ſalutẽ corporis perqui-

Corpora cœleſtia imprimunt nõnunquã corpori noſtro ad eligendũ ſæpe quod melius eſt etiamſi rationẽ finemq́; neſciamus.

rentes, iacturam nullam ſalutis animæ faciamus. Nihil omnino tentemus à ſancta religione prohibitum. Præterea in opere quouis conficiendo, fructum operis ab eo ſperemus atque petamus in primis, qui & cœleſtia, & quæ continentur cœlo fecit, & uirtute donauit, mouetq́; ſemper atq; conſeruat.

¶ De dignitatibus Planetarum in ſignis ad uſum medicinarum obſeruandis. Caput IX.

Planetarũ dignitates in ſignis ad uſum medicinarum obſeruandæ.

SAturni domus Aquarius & Capricornus: Exaltatio Libra. Iouis domus Sagittarius atq; Piſces: Exaltatio ſiue regnũ, Cancer. Martis domiciliũ, Scorpius & Aries: Exaltatio Capricornus. Solis ſedes quidem eſt Leo: Regnũ Aries. Veneris habitaculũ Taurus atq; Libra: Exaltatio Piſces. Mercurij ædes Virgo atq; Gemini: Regnum Virgo. Lunæ domus Cãcer: Exaltatio Taurus. Saturnus & Iupiter triplicitatem habent in igneis aerijsq́; ſignis. Sol in igneis tantũ. Mercurius in aerijs ſolũ. Mars, Venus, Luna, in aqueis atq; terreis. Planetæ quilibet præter Solẽ ac Lunam, in quolibet ſigno fines quoſdã ſuos poßidẽt quos et terminos appellamus. Igitur in Ariete Iupiter ſex ibi primos terminos obtinet. Venus ſex inde ſequentes, Mercurius poſteriores octo, Mars

quinq;

quinq; deinceps, poſtremos quinq; Saturnus. In Tauro ordine deinceps ſimili Venus fines habet octo, Mercurius ſex, Iupiter octo, Saturnus quinque, Mars deniq; tres. In Geminis Mercurius ſex Iupiter ſex, Venus quinq;, Mars ſeptẽ, Saturnus ſex, In Cãcro Mars ſeptẽ, Venus ſex, Mercurius totidẽ, Iupiter ſeptẽ, Saturnus quatuor. In Leone Iupiter ſex, Venus quinq;, Saturnus ſeptem, Mercurius ſex; Mars totidem. In uirgine Mercurius ſeptẽ, Venus decẽ, Iupiter quatuor, Mars ſeptẽ, Saturnus duos. In Libra Saturnus ſex, Mercurius octo, Iupiter ſeptem, Venus totidem, Mars duos. In Scorpione Mars ſeptem, Venus quatuor, Mercurius octo, Iupiter quinq;, Saturnus ſex. In Sagittario Iupiter duodecim, Venus quinq;, Mercurius quatuor, Saturnus quinq;, Mars quatuor. In Capricorno Mercurius ſeptem, Iupiter ſeptem, Venus octo, Saturnus quatuor, Mars totidem. In Aquario Mercurius ſeptem, Venus ſex, Iupiter ſeptem, Mars quinq;, Saturnus totidem. In Piſcibus Venus duodecim, Iupiter quatuor, Mercurius tres, Mars nouem, Saturnus deniq; duos. Sol aũt & Luna alia ratione fines ſuos habent: Nam Sol qutdem ſigna ſex pro finibus habet, Leonem Virginem, Libram, Scorpium, Sagittarium, Capricornum, Luna uerò reliquos, Aquarium, Piſces, Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum.

diciniis conficiendis beneficio Lunæ & Veneris atq; Iouis, cauebimus ne in finibus Saturni uel Martis exiſtãt: niſi fortè ubi cogimur, uel per Saturnũ cohibere diſſolutionẽ æſtumq; reprimere, uel per Martem frigidiſsima calefacere, torpentia ſuſcitare, alioquin fines Iouis & Veneris eligemus. accipiemus quoq; Mercurij fines, Mercurialibus in primis hominibus profuturi. Neq; latêre nos debet, homines ualde Mercuriales, quales ſunt qui ingenio, artificio, eloquio pollent, nõ mediocriter eſſe Solares: Mercurius enim ſemper eſt Apolline plenus. Vt autem quiuis intelligat quomodo figuras in cœlo deſcribamus in oras ſignum quod ab oriente ſurgit, primam appellamus uitæq; domum: Quod ſuccedit in ortum, ſecundam: tertiamq; deinceps, aliasq; ſimiliter: ita ut ſeptima domus ſit ſignum, quod in occidente iam deſcẽdens opponitur aſcendenti. Huic octaua ſuccedit. Nona uerò è medio cadit cœlo, quod decimã domum efficit. Huic ſuccedit undecima. Sed duodecima cadit ab aſcendente. Vt igitur Planetæ ſint potentes, habẽdi ſunt in angulis uel oriẽtis, uel occidentis, uel medij utrinq; cœli: Maxime uerò in angulo aſcendentis, aut decimæ mediũ ſuprà caput obtinentis cœlũ, aut ſaltem in plagis quæ angulis mox ſuccedunt. Tametſi Solẽ quidem in nona, quæ à medio cadit cœlo, Lunam

Domus ſignorum.

Figurarum in cœlo deſcriptio & ordo.

uerò in tertia etiã cadente gaudere putant. Duas inter hæc regulas mente teneri aſtrologi uolunt: Vnam quidem ægrotãtis ratione, alterã uerò medici. Nempe ubi ægrotantis ſeptima domus per Saturnũ uel Martẽ infortunata eſt, uel dominus eius infelix, ſepara medicũ ab ægroto, ſi Ptolomæo credis. Præterea medicũ electurus, Saturniũ Martialemq́; declinare iubent, euimq́; perquirere in cuius genitura domus ſexta per aſpectũ Solis, uel per Venerem aut Iouem, quomodocunq; fuerit fortunatã. Infortunatũ uerò dicimus ſignũ uel Planetam per Saturnũ aut Martem, niſi propria domicilia ſint uel regna, quando uidelicet uel ibi ſunt, uel illuc aſpiciũt oppoſito uel quadrato. Oppoſitum uerò aſpectũ dicimus inter illa quæ interuallo diſcrepant quàm lõgiſsimo: Quadratũ uerò, ubi hoc ab illo quarta parte cœli, id eſt ſignorũ trium ſpacio diſtant. Minus tamen per coniunctionem oppoſitũ quadratum Saturnus & Mars Planetis alijs nocent, quando tanquam hoſpites eos domicilio uel regno ſuo terminóue ſuſcipiũt. Quemadmodum Planetæ felices magis proſunt, quando per ſextilem trinúmue aſpectũ atq; coniunctionẽ etiam, ut diximus, ſic excipiunt. Solis tamen coniunctionẽ Planetæ uerentur, aſpectu gaudent, trino uidelicet uel ſextili. Proinde neceſſariũ eſt meminiſſe, Arietem præeſſe capiti atq; faciei,

Aſpectus oppoſitus.

ciei, Taurum collo, Geminos brachijs atq; hume ris, Cancrũ pectori, pulmonibus, ſtomacho, lacer tis: Leonẽ cordi & ſtomacho, atq; iecori, & dorſo, & coſtis poſterioribus: Virginẽ inteſtinis & fundo ſtomachi: Librã renibus & fœmori atq; na tibus: Scorpionẽ genitalibus, uuluæ, matrici: Sagittarium fœmori atq; ſubinguinibus: Capricornum genibus: Aquariũ cruribus tibijsq; : Piſces pedib. Huius enim ordinis memor cauebis membrum tangere ferro, uel igne, uel cucurbitulis, quãdo Luna ſub eius ſigno diſcurrit. Tunc enim auget Luna humores in membro, quorũ affluentia, & conſolidationẽ prohibet, & grauat mẽbri uirtutẽ. Obſeruabis autem, tũc membrũ remedijs quibuſdã amicis, uel extra uel intus adhibitis, op portunė feliciterq; fouere. Expedit uerò noſſe quod ſignũ aſcenderit tibi naſcenti. Nam præter Arietẽ hoc etiã tibi caput ſignificat, atq; in hoc Luna tibi caput aſpicit. Præterea quando Luna Arietem ſubit, opportunė balnea tentas & lauacra. Quando Cancrũ, feliciter minue ſanguinẽ, medicinam accipe, præſertim electuarij formam. Quando eſt in Leone, ne prouoca uomitũ. Cùm in Libra, clyſteribus apta eſt. In Scorpione, balnea nec tentes. Sunt qui medicinã ſoluturã dare nec prohibẽt, neq; iubent. In Capricorno, medicinã ſumere nocet. Similiter in Aquario. In Piſcib.

Balneandi opportunitas quæ potior.

uerò prodeſt. Quæ uerò membra in quouisſigno unuſquiſq; habeat Planetarũ, etſi ſcitu neceſſariũ eſt tamen narratu prolixum. Neq; uerò in purgatione alui latere nos debet Ptolemæi præceptũ: Medicinam accipere purgatoriam, quando Luna eſt in Cãcro, Piſcibus, Scorpione, probamus: præſertim ſi dominus ſigni tunc aſcendentis applicat ſe Planetæ ſub terra currenti. Sin autẽ aſcendentis dominus cõiungatur interea ſupra caput cum Planeta medium tenente cœlum, nauſea ſtatim et uomitus incitabitur. Denique concludamus cum Galeno, Aſtrologiam eſſe medico neceſſariã, qui de criticis diebus diſputans ait, certam eſſe Aegyptiorũ ſententiam, id eſt Lunam ſignificare affectionem indies, ægrotantis atq; ſani, adeò ut ſi miſceantur cum Luna radij Iouis & Veneris, bene afficiatur uterq; : Sin autem Saturni uel Martis, contraria ratione ſe habeat. Sed latius iam perua gati, ad ſpiritum tandem & uitam atque Gratias reuertamur.

Capricornus medicinis aduerſus.

Aſtrologia medico neceſſaria.

¶ *Quibus modis ſpiritus noſter haurire plurimum poßit de ſpiritu uitaq; mũdi, Et qui Planetæ ſpiritũ procreent atq; recreent: Et qualia ad unumquenq; Planetam pertineant.* Cap. XI.

HVc uerò tendũt hæc omnia, ut ſpiritus noſter ritè per naturalia præparatus atque

purgatus

purgatus accipiat ab ipſo uitæ mundanæ ſpiritu plurimũ per radios ſtellarũ opportunè ſuſceptos Vita quidẽ mũdi omnib. inſita, propagatur euidẽter in herbas & arbores, quaſi pilos ſui corporis atq; capillos. Tum & inſuper in lapides & metalla, uelut dentes & oſſa: Pullulat quoq; in uiuẽtes cõchas, terræ & lapidibus adhærẽtes. Hæc enim nõ tam propria quàm ipſi cõmuni totius uita uiuunt. Quæ ſanè cõmunis uita, multo etiã magis ſuper terrã in corporibus uiget ſubtilioribus tanquam propinquioribus animæ. Per cuius uigorẽ intimũ, aqua, aer, ignis uiuentia ſua poßidẽt, atq; mouentur. Vita hæc aerẽ ignẽq; etiã magis quàm terrã & aquã fouet agitatq; perpetuo motu. Et deniq; cœleſtia corpora, quaſi mũdi caput uel cor uel oculos quã maximè uegetat. Vnde per ſtellas uelut oculos, radios nõ uiſibiles ſolũ, ſed etiam uiſuales uſquequaq; diffundit. Quibus more Struthij, ut diximus alibi, inferiora cõſpicit, fouetq; uidendo, imò etiam ita tangendo generat & format omnifariam atq; mouet. Igitur ad motũ nitentis aquæ, ſereni quoq; aeris, ignisq; moderatè diſtantis, atq; cœli, motũ mundanæ uitæ ſuſcipies, ſi ipſe quoq; leniter & fermè ſimiliter mouearis, quoſdam pro uiribus gyros agẽs, uertigine deuitata, cœleſtia luſtrãs oculis, mẽte uerſans. Itẽ frequenti quodam uſu planetarũ, ſimiliterq; uiuentiũ po

tes è mũdi ſpiritu plurimũ haurire: Præſertim ſi adhuc uiuentib. recentibusq; et matri terræ quaſi adhuc hærentibus nutriaris, atq; foucaris. Inter plantas ſuauiter redolentes, uel ſaltem nõ male olentes uerſeris quàm frequentiſsimè. Omnes enim herbæ, flores, arbores, poma redolẽt, quãuis ſæpe minus animaduertas: Quo quidem odore quaſi flatu ſpirituq; uitæ mundanæ te undiq; recreant atq; uegetãt. Spiritũ inquam tuũ odoribus eiuſmodi natura ſimillimũ, perq; ſpiritũ medium inter corpus & animã, facile corpus quoq; reficiunt, & animæ mirificè proſunt. Inter hæc diutiſsimè diurno tẽpore ſub diuo uerſaberis, quatenus tutò uel cõmodè fieri poteſt, in regionibus altis & ſerenis atque temperatis. Sic enim Solis ſtellarũq; radij expeditius puriusq; undiq; te contingunt, ſpiritumq; tuum cõplent mundi ſpiritu per radios uberius emicante. Præterea naturalis ipſe motus aeris, qui perpetuus eſt in orbem, q̃uis ob lenitatem ſuam, conſuetudinemq; diuturnam uix percipiatur ab ullo, te die ſub diuo deambulantẽ, habitantemq; in patentibus editisq; locis liberè lambit, penetratq; purè, ac motũ uigoremq; ſpiritui tuo mũdanũ mirificè præſtat. Dixi equidem die, compertũ enim habemus nocturnũ aerẽ eſſe ſpiritibus inimicũ. Conferet autem diurni uſus, præſertim ſi plurimũ in aperto deambulans,

Spiritus noſter quomodo mũdi ſpiritum hauriat per ſolis radios.

deuites

deuites primo quidē nimiā aeris intemperiē: deinde frequentius mouearis in eo, quando præter tēperiem & ſerenitatē eius, ſtellarū poſitio magis eſt hominibus ſalutaris. Itē ſi loca eligas præ cæteris odorifera per quæ ſitū quotidie mutes, & ipſe quaſi continue, & leniter mouearis. Mutare locum quāuis ſemper cum delectu præcepi, quoniā bona cœleſtiū & uniuerſæ naturæ apud nos ſunt rebus locisq; alijs paßim atq; alijs diſtributa, quibus deniq; omnib. eſt fruendū. Mitto quod uarietas tædium prohibet, ſpiritibus inimicū, propriumq; Saturno: Voluptatem uerò affert, per quam (ut ita dixerim) Venus ipſa uoluptatis amica uenit in ſpiritum, atq; quod eius officium eſt, hunc ſtatim ingreſſa propagat. Summatim uerò ſi quis conſideret paradiſum, & Pomi uitæ uſum apud Moyſen: Item ſimilem uictū à Platone poſitum in Phædone: et quæ Plinius de populis ait odore uiuentibus, intelliget eſſe uera quæ dicimus. Sed ad naturam ſpiritus deſcendamus. Spiritus qualitas eſt proculdubio Iouia, cuius tempore nobis infunditur. Eſt & Solaris: Iupiter enim hunc infundit, quatenus ingentem Solis in ſe temperat poteſtatem. Item alia quoq; ratione Iouia eſt, quoniā calida eſt & humida, & calore abundat potius q̄ humore, naſciturq; ſanguine, & uapor quidā ſanguineus appellatur. Rurſus quoniā

Spiritus definitio ſecūdum medicos.

feruet,

ſtruet, & ſubtilis eſt admodum atq; lucens, oriturq́; à corde, Solaris proculdubio iudicatur. Habet quodammodo Venereã in ſe uirtutem: Nam motu Venereo prorſus exundat, profluit, tranſfertur, prolemq́; propagat, ad uoluptatẽ cuiuslibet ſenſus ſe dilatat refugitq́; dolorẽ. Summatim uerò, ſpiritus quatenus corpori ad uitam & motum propagationẽq́; conducit, Iouius, Venereus Solaris exiſtimatur: Quatenus animo ad ſenſum imaginationemq; miniſtrat, Solaris Mercurialisq́; cenſetur, & ubiq; Mercurialis exiſtit, quãdoquidem adeò mobilis eſt, & tam facile conuertibilis, atq; formabilis. Saturni, Martis, Lunæ, ſanus cõmuniter ſpiritus nõ multũ habet: alioquin ex illo ſæpe ſtupidus, ex hoc furioſus, ex hac obtuſus quodammodo foret. Quamobrem Lunaria quidem uelut craßiora ſimulq́; humidiora à ſubtili & uolatili natura ſpiritus ſunt admodũ aliena. Quæ uerò Saturnalia multũ, atq; nimiũ Martialia ſunt, quaſi uenena ſunt, ſpiritui naturaliter inimica. Illa quidem ob extremã frigiditatẽ atq; ſiccitatẽ: hæc aũt ob ſiccitatem, caloremq́; edacẽ. Iouia igitur & Solaris in primis, deinde Mercurialis & quodammodo Venerea, ſpiritus natura cẽſetur. Diſtinctione uerò præcipua, ſpiritus quidem naturalis Ioui propriè dedicatur, uitalis autem Soli, animalis uerò Mercurio. Quãdo igitur

Spiritui inimica qualitas Saturni

res

res poſtulat aliquem è tribus ſpiritũ adiuuare, pa trono tunc ſuo infortunato, uel debili, non facile cliẽtulo ſuccurrere poteris: Difficillime *uerò ſpi ritui animali, dum* Mercurius *infeliciter eſt affe-ctus, qui tantã in animali ſpiritu autoritatem ha-bet, ut caduceo quodã ſuo animos tum cõſopire, tum ſuſcitare dicatur, id eſt ſuo quodã aſpectu ſic aut aliter ſe habente obtundere ingenium, uel a-cuere, debilitare, ſiue corroborare, uexare uel ſe dare mirifice poßit.* Tu *igitur quoties ſpiritũ ali quem ſtudes excolere, non modo patronũ ſuum obſeruabis fortunatũ atq; potentem, ſed etiam* Lu *nam eliges ad hunc oportune directã.* Non *crea-tur autem neq; recreatur aliquando proprie per influxũ* Saturni *ſolum ſubſtantia ſpiritus, ſed ſem per ab externis ad intima, & ſæpe ab imis reuo-catur ad ſumma:* Vnde *ad ſecretiora & altiora contemplanda conducit.* Poteſt *tamen, etſi raro, uis* Martis *atq;* Saturni, *ſpiritui tanquã medicina prodeſſe, uel calefaciendo quũ opus fuerit, et ex-citando atq; dilatando, uel uicißim nimis uolati-lem coercendo.* Per *ea uerò potißimum quæ qua tuor illis* Planetis *conſentanea ſunt, creatur natu ra ſpiritus atq; recreatur.* Verũ *ſi ad* Solaria *quæ libet ualde & abſq; delectu declines, exacues il-lũ, et exiccabis tandem atq; diſſolues:* Si *ſimiliter ad* Venerea, *liquefacies paulatim, uel obtundes.*

Si con-

Si confidas tantum Mercurialibus, parum admodum inde proficies. Erit *igitur operæpreciũ* Iouialibus *uti quamplurimũ, eisq́; reliqua mediocriter admiſcere, ac frequẽtius uti rebus, quæ uel his omnibus æque ſint communes, uel proprie* Ioui. Nam *hæ quoq; omnibus quodammodo ſunt communes.* Cõmuniter *autem ad hos omnes attinent, quæ ſubſtantiã habent nec igneã nimis, nec prorſus terream, nec ſimpliciter aqueam, nec acutiſsimã nec obtuſiſsimã qualitatẽ, ſed mediocrem & tactu leuem, & quodammodo mollẽ, uel ſaltẽ nõ duram, ſiue aſperã: item guſtu quodammodo dulcem olfactu ſuauẽ, uiſu gratã, auditu blandã atq; iucundam, cogitatu lætam.* Dulcedo *igitur quædam ſaporis, & gratia his omnibus eſt cõmunis.* Si *dulcedo quaſi aquea eſt, et ſimul pinguis, ad* Venerem *magis attinet:* Si *quaſi inſipida, uel aliquantum auſtera, potius ad* Mercurium*: atq; hæc ſpiritui non multum proſunt, neceſſaria tamen ſunt interdum, ad hebetandum nimium eius acumen.* Si *dulcedo manifeſta ſit atq; ſubtilis, & paulum habeat ſtyptici acutiq́; ſaporis* Iouialis *propriè iudicatur.* Cui *congruit ſubſtantia dulcis amygdalæ, pinei nuclei, auellanæ, piſtacij, amidi, glycyrrhizæ, paſſularum, uitelli oui, carnium gallinacei pulli, faſianorũ, pauonũ, perdicũ, ſimiliumq́; itẽ radicum been, atq; enulæ:* Rurſum *uini odoriferi*

clari

clari, aliquantũ dulcis, & ſtyptici, ſacchari candidiſsimi, tritici albiſsimi. Ad Iouem pertinet etiã manna, ſi modo myrobalani infuſa uirtute firmetur, alioquin nõ minus ad Venerem attinet quàm ad Iouem. Hæc eſt utiq; ſubſtantia dulcedoq; Iouis propria, quæ ſanè ſpiritui creãdo & recreando ante omnia cõfert. Iouia uerò plurimum ſunt omnia, quæ in libro De lõga uita diximus & ſeruare iuuentutẽ, & ſenibus ſalubria fore. Sin autẽ dulcedo admodũ pauca ſit, multũq; acuti ſtypticiq; habeat, uel etiam nõnihil amari, Solaris eſſe cenſetur. Similis quædam ratio eſt & diſtinctio de odoribus: Hi enim ſaporũ germani ſunt. Similis etiam de coloribus. Colores ſanè aquei, albi, uirides, aliquantũ crocei, ſimiles uiolarum, roſarũ, liliorum coloribus, necnon odores eiuſmodi Venerem referunt, & Lunam atq; Mercuriũ. Colores uerò ſaphyrij, qui etiã dicuntur aerei: item purpurei pleniores, aureiq; argẽto mixti, & perpetuò uirides, Iouem. Ardentes autem crocei, aurei, puri, purpurei clariores Solem. Quilibet uerò colores ſi uiui ſint uel ſaltem ſericij, magis ſtellares exiſtũt. In metallis quoq; & lapidibus atq; uitris propter cœleſtẽ ſimilitudinẽ ſunt potẽtes. Sed ut redeamus ad Iouẽ, ſapor & odor eius quaſi eſt, qualis in aureo pomo perſico, ſimiliq; pyro, uel aranceo, & uino maluatico leuiore, leuiq;

Colores potentes qui.

uerna-

uernaceo, qualis in uiridi zinzibere, uel cinnamomo, uel dulci marathro, uel doronico, ſi hæc plurimo ſaccharo condita guſtentur: Nam quatuor hæc, & nux muſcata recens, ſola ſi ſunt, potius ſolaria ſunt, Solaris & chariophilus & muſcus, ſed odoratu non guſtu, aut aſpectu. Ambra Solaris plurimum atq; Iouia. Crocus in omnibus eſt Solaris, tametſi color eius & odor apud aſtrologos omnibus gratijs dedicatur: Sapor autẽ ad Solem propriè pertinet. Deniq; omnia odorifera & aromatica, quatenus odorem gratum ferunt, ita ad Iouem Veneremq; & Mercuriũ pertinent ut ad Solem: quãuis inter hæc, acutiora magis ad Solem, obtuſiora ad Venerem Mercuriumq; potius, ad Iouem propriè temperata, olfactu, guſtu, auditu, uiſu, tactu. Soni quinetiam cantusq; grati, blandiq; ad gratias omnes ſpectant atq; Mercurium: Minaces autem admodum atq; flebiles Martem præferunt & Saturnũ. Neq; uerò mireris nos multum coloribus, odoribus, uocibus attribuere. Nam ſapores quidem ad ſpiritũ præcipuè pertinent naturalem: odores autẽ potius ad uitalem animalemq;: colores, figuræ, uoces ad animalem. Motus quoq; animi uel lætus, uel mœſtus, uel conſtans, ſpiritũ ad ſimilitudinẽ ſuam agitat uehementer: Animalẽ primo, per hunc uitalem, per hũc inſuper naturalẽ. Spiritus tandẽ omnis quia ob

Crocus ſolaris.

ob naturam quodammodo igneam, aeriamq́; omnino & lucidam atque mobilem, ſimilis eſt luminibus, ideoq́; coloribus & uocibus aerijs, & odoribus motibusq́; animi, ideo per hæc ſubitò in utranque partem mouetur atq; formatur. Et qualis euadit ipſe, talem uiciſsim efficit quodammodo affectum animi & omnino corporis qualitatem. Denique cum primum per illa quæ gratiarum propria ſunt, opportunè gratijs eſt expoſitus, utpote qui & naturaliter illis conſentaneus erat, ſtatim per illarum radios tum ubique uigentes, tum ipſi germanos, mirifica reportat munera gratiarum.

¶ Quòd res naturales atq; etiam artificioſæ habent uirtutes à ſtellis occultas, per quas ſpiritum noſtrum ſtellis eiſdem exponunt. Cap. XII.

QVum uerò dicimus, ſpiritum exponi gratijs per illa quæ ſunt gratiarum, non ſolum per qualitates quæ uidentur, audiuntur, odorantur, guſtantur, ſed etiam per illas quæ tanguntur accõmodari putamus. Memento igitur calidum in primo gradu Iouis eſſe: In ſecundo Solis cum Ioue: In tertio Martis cum Sole: In quarto Martis. Frigidum in primo Veneris: In ſecundo Lunæ: In tertio Lunæ cum Saturno: In quarto Saturni. Humidum in primo Mercurij cum Ioue: In

ſecũdo Veneris cũ Luna: In tertio Lunæ cum Venere: In quarto Lunæ, quando Veneri Mercurioq́; cõiungitur. Sic cũ in primo Iouis: In ſecundo Mercurij cum Sole: In tertio Solis cum Marte: In quarto Martis cum Saturno, Summatim ex qualitatibus Planetarũ, quas Ptolemæus deſcribit in Quadripartito, colligimus harmoniam ex cunctis conflatam ad calorem humoremq́; declinare: Calor enim Martis ingens atq; Solis & temperatus Iouis, ingentẽ ſuperat Saturni frigiditatẽ, & Veneris Lunæq́; exiguã, ita ut calor ibi frigus excedat. Item humiditas Lunæ Venerisq́; plurima & propinqua nobis atq; temperata, Iouis ſiccitatem Saturni Martisq́; multam ſuperat, & temperatã Solis. Calor igitur humorq́; frigori ſiccoq́; dominantur, atq; ſimiliter calor humori. Quẽadmodũ in ſani corporis homine ad cœleſtem conſonantiã tẽperato ex calore & ſiccitate cordis: item calore & humore iecoris, rurſum frigore & humore cerebri, coaleſcit cõplexio quædã ad calorẽ humoremq́; uergens, mediocriter calore regnãte. Calor enim cordis & iecoris, frigus cerebri ſuperat: Itẽ humor iecoris atq; cerebri ſiccitatẽ cordis excedit. Neq; uerò prætermiſſum à nobis uelim, talẽ exiſtere ex ſtellis fixis harmoniã cunctis cõmunẽ, qualẽ diximus ex Planetis: hos enim illis ſimiles aſtrologi putãt. Quorſũ hæc? Vt memineris ſpiritum

tũ corpusq́; noſtrũ per temperiẽ quandam ad calorẽ humoremq́; uergentẽ, uel natura conſtantẽ uel quæſitã accõmodari poſſe cœleſtibus, ſibiq́; cœleſtia uendicare. Neq; tamen dicimus ſpiritũ noſtrũ cœleſtibus duntaxat, per qualitates rerũ notas ſenſibus præparari, ſed etiã multoq́; magis per proprietates quaſdam rebus cœlitus inſitas, & ſenſibus noſtris occultas, rationi uix deniq; notas. Nã quum proprietates eiuſmodi, earumq́; effectus elementari uirtute conſtare non poßint, conſequens eſt à uita ſpirituq́; mundi per ipſos ſtellarum radios ſingulariter proficiſci, ideoq́; per eas ſpiritũ affici quàmplurimum atq; quàmprimũ, cœleſtibusq́; influxibus uehementer exponi. Hac utiq; ratione ſmaragdus, hiacynthus, ſaphyrus, topazius, rubinus, unicorni cornu, præcipuè uerò lapis bezaar apud Arabes appellatus, occultis gratiarũ proprietatibus prædita ſunt: Et idcirco nõ ſolũ intus aſſumpta, ſed etiam ſi carnẽ tangant, ibiq́; calefactu uirtutem ſuam promant, uim inde cœleſtem ſpiritibus inſerunt, qua ſe contra peſtem tuentur atq; uenena. Quod autẽ hæc ſimiliaq́; tale aliquid agant uirtute cœleſti, id argumẽto eſt, quia etiam exiguo pondere ſumpta non exiguũ habent in agẽdo momentũ. Quod elemẽtari qualitati uixunquam eſt cõceſſum, igni uidelicet ualde cœleſti. Materialis enim uirtus ut agat multum, materiam

Stellæ uirtutes occultas tribuũt rebus naturalibus & artificioſis

deſiderat multam. Formalis autem, etiam quũ minima materia ualet plurimũ. Simili uirtute in primis phœbea Pæonia carnem tangens, contra caducũ morbum ſpiritus armat uapore ad eos intus infuſo. Simili corallus & chalcidonius aduerſum atræ bilis illuſiones, Iouis præcipue Venerisq; uirtute: cæteraq; ſimiliter eiuſmodi quadam propri[illegible]ate myrobalani iuuentutẽ ſeruant, acuuntq; ſenes, & ingen[illegible] proſunt atq; memoriæ, propter Iouẽ in primis Saturni temperatorẽ, atq; Mercuriũ ſenſus amicũ. Quam quidem arborem forte aliquis in paradiſo ad uitam prorogandã extitiſſe putabit, Mercurio lapidem Achatem conſecrant: Vnde Phyſici conueniunt, ad facundiam uiſumq; & contra uenena ualere. Serapio ſcribit eum qui hiacynthũ uel ex eo ſigillum geſtat, eſſe à fulgure tutũ, atq; hanc uirtutẽ eius eſſe latiſsime diuulgatã, quam ſi habet, ab Ioue putamus habere. Lapis aetites uel aquilinus habet à Lucina, id eſt Venere atq; Luna, ut admotus uuluæ, partum mox & facilime citet. Quod Raſis confirmante Serapione frequenter ſe dicit expertũ. Forſan & à Phœbo qui transfixit Pythonẽ, Cretæa Dictamus habet, ut et uenenoſis obſiſtat, & ferrũ è uulnere trahat. Solis uirtute zinziber infuſum epulis arcetq; ſyncopim. Gentiana canis rabiẽ ſedat, fugatq; ſerpentes. Verbena uaticinium præſtare

Corallorũ uis.

fertur

ſertur, lætitiamq́; & expiationes & uiſum. Ruta & zeduaria cõtra uenena Theriacã agunt. Thus uitalem & animalem ſpiritũ aduerſus hebetudi-nem, obliuionẽ, timorem, fulcit. Saluia uerò menthaq́; uirtute Iouis, illa quidem paralyſim fugat, hæc uerò odore roborat animũ. Eadẽ uirtute Pentaphyllon reſiſtit uenenis, eiusq́; folium bis quotidie unum uino bibitum curat Ephimerã: tria, tertianam, quatuor uerò quartanam. Hac herba ſacerdotes antiqui propter puritatem ſuã in purificationibus utebantur. Agnus caſtus poteſtate Saturni Venereum ſiſtit motum: Iaſpis uerò ſanguinem. Mirabiles autem prouenire ſolent effectus, ubi occultæ proprietati proprietas ſeruit elementaris, uelut in myrobalano ad ſpiritum corpusq́; firmandum, nõ ſolum uirtus illa cœleſtis agit, ſed etiam ſtyptica multum, nec parum aromatica uirtus, quæ putrefactionem diſſolutionemq́; mirifice prohibet, ſpiritumq́; corroborat. Iam uerò ut crocus petat cor, ſpiritum dilatet, prouocet riſum, nõ ſolum occulta Solis uirtus mirabiliter efficit, ſed ad idem quoq́; cõducit ipſa natura croci ſubtilis, amplificabilis, aromatica, lucida. Quod autem de ſimplicibus dico, de compoſitis ſimiliter dictũ intelligi uolo. Dic age theriaca quomodo contra uenenũ nobis opituletur? Nõ educit illa uenenũ, aſtringit enim aluũ, nõ mutat omnino tam ſubitò

Pentaphylli uires.

ueneni naturã, non enim hæc adeò debilis eſt atq; mutabilis, ſed ſpiritum uitalem potius ualde tenuẽ & mutabilem, ſubitò conformi quadam ad ipſum proportione corroborat uſq; adeò, ut ipſe iam ualidus tanquã agens, unà cum theriaca uelut inſtrumento partim ſuperet uenenũ, partim mutet, partim à præcordijs arceat. Sed quanam proportione ſiue uirtute id efficit theriaca? Iouiali ſimulatque Phœbea: quam ex cõmixtione multarũ rerũ ſecundum certam proportionem inuicem confuſarum ſibi uendicaſſe uidetur. Eſt autem in eo uirtus triplex: Hæc ipſa inquam cœleſtis, quam modo dicebam: Item cœleſtis alia prius in herbis aromatisq; proprietas, quibus electis ipſa rite componitur, quæ uirtuti prius dictæ ſubminiſtrat ad idem. Eſt inſuper alia uirtus in pleriſq; partibus eius, elementaris potius quàm cœleſtis, ueruntamen talis ut ſpiritui muniendo conducat, ſtypticam dico & aromaticam qualitatem: Illa quidem ſpiritum firmat, iſta fouet. Mirabilem ergo theriaca uim nacta eſt contra properantem ſenectutem atq; uenenum, tribus uidelicet in ea uirtutibus ad idem pariter cõſpirantibus, quarũ una quidem eſt cœleſtis per artificioſam acquiſita cõmixtionem: alia cœleſtis iterum, ſed partibus eius naturaliter inſita: alia prorſus elementaris. Sed illa quam prius dixi, cœlitus acquiſita, multo etiã foret admirabilior

ſi

ſi non ſolum proportione Iouia Solariq́;,& ex rebus eiuſmodi conflaretur, ſed etiam oportunū ad hoc, obſeruatione cœleſtium, tempus eligeretur. Nam quemadmodū corpus ſe habet ad locū atq; tempus, ita motus & actio ſe habet ad tempus. Sicut ergo certa paſsim corpora eorumq; formæ certis & locis & temporibus coaleſcunt atq; ſeruantur, ſic & propriæ quædam actiones ex proprijs quibuſdam temporibus efficaciam nanciſcuntur: Idq; in Alcibiade ſignificat Socrates, & Proclus explicat. Quod ſanè Pythagoras animaduertens, ipſum bonum perfectionemq; rerum, oportunitatem cognominauit. Primū nanq; principiū ſic apud Pythagorā & Platonē omnium eſt menſura, ut alijs corporibus actionibusq; alia loca diſtribuerit atq; tempora. Vnde ſicut res quædā non alibi quàm hic, nec aliâs quàm tunc propriè naſcuntur feliciter & coaleſcunt, atq; ſeruātur: ſic & materialis actio, motus, euētus talis, aut talis, nō aliâs efficaciā ſortitur, effectūq; perfectū, quàm quādo cœleſtium harmonia ad idem undiq; cōſonat, quæ ſanè harmonia tantā habere poteſtatem exiſtimatur, ut non ſolum agricolarum laboribus atq; medicorū artificijs per herbas aromataq; conflatis, ſed etiam imaginibus, quæ apud aſtrologos ex metallis lapidibusq; fiunt, uirtutem ſæpe mirificā largiatur. Sed imagines caput iam proprium exigūt.

Tempus oportunitas ùe quid poßit.

Quantum uerò ad horas pro actionibus et operibus eligendas pertinet, plurimum confirmatur à Ptolemæo ubi ait in Centiloquio: Qui eligit quod melius eſt, nihilo differre uidetur ab eo qui habet hoc ex natura. Quibus in uerbis tum cœleſtium, tum arbitrij electionisq́; noſtræ poteſtatũ confirmare uidetur. Albertus quoq; Magnus inquit in Speculo: Non enim libertas arbitrij ex electione horæ laudabilis coercetur: ſed potius in magnarum rerum inceptionibus electionem horæ contemnere, eſt arbitrij præcipitatio, non libertas.

Horarũ electio quid ualeat.

¶ De uirtute imaginum ſecundum antiquos, atq; medicinarum cœlitus acquiſita. Cap. XIII.

PTolemæus ait in Centiloquio, rerum inferiorum effigies uultibus cœleſtibus eſſe ſubiectas, antiquosq́; ſapientes ſolitos certas tunc imagines fabricare quando Planetæ ſimiles in cœlo facies, quaſi exemplaria inferiorũ ingrediebantur. Quod quidem Haly cõprobat ibi dicens: Vtilem ſerpentis imaginem effici poſſe, quando Luna ſerpentem cœleſtem ſubit, aut feliciter aſpicit. Similiter Scorpionis effigiem efficacem quando Scorpij ſignum Luna ingreditur, ac ſignum hoc tenet angulum ex quatuor unum. Quód in Aegypto ſuis temporibus factum ait, ſeq́; interfuiſſe, ubi ex ſigillo Scorpionis in lapide Bezahar, ita facto, imprimeba

primebatur thuri figura, dabaturq́; in potum ei, quem Scorpius ipſe pupugerat, ac ſubito curabatur. Quod quidẽ utiliter effici Habameth *phyſicus affirmat, confirmante* Serapione. *Præterea narrat* Haly, *notum illic ſibi uirũ ſapientẽ induſtria ſimili feciſſe imagines quæ mouerentur: qualem effectã, neſcio quomodo, legimus ab* Archita. *Quales & Triſmegiſtus ait,* Aegyptios *ex certis mundi materijs facere cõſueuiſſe, & in eas oportune animas dæmonũ inſerere ſolitos, atq; animã aui ſui* Mercurij: *Item* Phœbi *cuiuſdam, &* Iſidis Oſyridisq́; *ſic in ſtatuas deſcẽdiſſe, profuturas hominibus, uel etiã nocituras. Huic illud ſimile:* Prometheum *figmento quodam luteo uitã rapuiſſe, lucemq́; cœleſtem. Magi quinetiam* Zoroaſtri *ſectatores, ad euocandum ab* Hecate *ſpiritũ, utebantur aurea quadam pila characteribus inſignita cœleſtiũ, cui & ſaphyrus erat inſertus, & ſcutica quadam facta tauri corio uertebatur, atq; interim excantabant. Sed cantiones equidem libenter omitto: Nam &* Pſellus Platonicus *eas improbat atq; deridet.* Hebræi *quoq; in* Aegypto *nutriti, ſtruere uitulum aureum didicerunt, ut eorundem aſtrologi putant, ad aucupãdum* Veneris Lunæq́; *fauorem, contra* Scorpionis *atq;* Martis *influxum* Iudæis *infeſtum.* Porphyrius *quoque in epiſtola ad* Anebonẽ, *imagines efficaces eſſe teſtatur, additq́;*

m 5

certis quibuſdam temporibus qui à proprijs ſuffumigationibus exhalabāt aerios dæmonas inſinuari ſtatim conſueuiſſe. Iamblichus in materijs quæ naturaliter ſuperis conſentaneæ ſint, & oportune riteq; collectæ undiq; cōflatæq; fuerint, uires effectusq; non ſolū cœleſtes, ſed etiā dæmonicos & diuinos ſuſcipi poſſe cōfirmat. Idem omnino Proclus atq; Syneſius. Opera quidem ad ſalutem mira, quæ à medicis in aſtrologia peritis, per res ex multis compoſitas, id eſt pulueres, liquores, unguēta, electuaria fieri poſſunt, probabiliorem in ſe rationem & notiorem quàm imagines habere uidentur: Tum quia pulueres, liquores, unguenta, electuaria opportune confecta cœleſtes influxus facilius citiusq; ſuſcipiunt quàm materiæ duriores, ex quibus imagines fieri conſueuerunt: tum quia uel aſſumūtur intus affecta iam cœlitus, & in nos conuertuntur, uel ſaltem admota fores inhærent magis, & deniq; penetrant: tum etiam quoniam ex uno quodam duntaxat, aut perpaucis imagines conſtruūtur: Illa uerò ex quàm plurimis conflari pro arbitrio poſſunt: Vt ſi centum Solis Iouisúe dotes per centū plantas et animalia ſimiliaq; ſparſæ fuerint, componere ſimul hæc centum tibi comperta poßis, & in unam cōficere formam, in qua Solem fermè Iouemq; totum iam uidearis habere. Scis profectò naturā inferiorē non poſſe uno quodam

dam capere cũctas ſuperioris naturæ uires, ideoq́; illas per plures apud nos naturas eſſe diſperſas, cõmodiusq́; per opera medicorũ atq; ſimilia, quàm per imagines colligi poſſe. Proinde imagines ex ligno cõfectæ uim fortè paruam habent: nam lignũ & forſan durius eſt ad cœleſtem influxum facile capiendum, & minus tenax ſi acceperit, retinendum, & omnino poſtquàm ex matris terræ uiſceribus eſt euulſum, paulò poſt fermè totũ amittit mũdanæ uitæ uigorem, & facile in qualitatem aliam transmutatur. Lapilli uerò atq; metalla, et ſi ad accipiendũ cœleſte munus duriora uidentur, diutius tamen retinent: quod confirmat Iamblichus, ſi acceperit. Sua nempe duritia, ueſtigia quoq; donaq́; uitæ mundanæ poſt euulſionem diutiſſimè continent, quæ quondam hærentia terræ poſſederant. Quamobrem ob hoc ſaltem aptæ materiæ ad capienda tenendaq́; cœleſtia iudicantur. Eſt & probabile quod libro ſuperiore dixi, res adeò ſpecioſas non poſſe ſub terra conflari, niſi maximo quodam conatu cœli, atq; durare in eis impreſſam ſemel ex conatu uirtutẽ: Nam in his coquendis cogendisq́; diutiſſime cœlũ elaborauit. Verũ quum nequeas facile eiuſmodi plura cõponere, cogeris diligenter exquirere, quod metallum inter cætera in ordine ſit alicuius ſtellæ potiſſimũ, quiúe lapis in ordine ſummus, ut ſaltẽ in uno quodã totius generis ordi-

nisq́;

niſq́; ſupremo, reliqua pro uiribus comprehendas, atq; eiuſmodi ſuſceptaculo cœleſtia huic conſentanea mutueris: ceu ſi, exempli cauſa, in ordine Solari ſub homine Phœbeo, ſummum inter animalia teneat Aſtur aut gallus, inter plantas balſamum aut laurus, inter metalla aurum, inter lapides carbunculus uel pantaura, inter elementa feruidus aer: nam ignis ipſe Martius eſſe cenſetur. Quod autem diximus influxũ Solis uel Iouis aut Veneris augendum, intelligimus ratione communi, nõ tamen illi in cuius geneſi aliquis horum interfector appareat.

¶ *De ordinibus rerum à ſtellis pendentiũ, ut Solarium atq; ſimilium: Et quomodo ſpiritus fiat Solaris.* Cap. XIIII

DIxi equidem alibi, deſuper ab unaquaque ſtella (ut Platonice loquar) ſeriem rerum illi propriam uſq; ad extrema pendere. Sub ipſo Scorpionis corde poſt eiuſmodi dæmonas atq; homines, ſcorpiumq́; animal, collocare poſſumus etiam herbam Aſteriõ, id eſt ſtellarem, figura ſtellæ ſimilem nocte fulgentẽ, quam medici tradunt qualitatem habere roſæ, uimq́; contra morbos genitalium mirabilem poßidere. Sub ſerpente uel ſerpentario cœleſti Saturnum ponunt, & quodammodo Iouem. Poſtea dæmonas, qui ſæpe ſerpen-

tum

tum formas induunt. Similes inſuper homines, ſerpentes animantes, ſerpentariã herbã, lapidẽ Draconitem capite draconis natum. Item cõmuni nomine Serpentinũ. Et præterea quæ in ſequentibus afferam. Sub ſtella Solari, id eſt Syrio, Solem primo, deinde dæmonas quoq; Phœbeos, quos aliquãdo ſub leonũ uel gallorũ forma hominibus occurriſſe, teſtis eſt Proclus. Homines ſubinde perſimiles beſtiasq; Solares. Phœbeas inde plantas, metalla ſimiliter & lapillos, & uaporem aeremq; feruentem. Simili ratione à qualibet firmamenti ſtella per aliquem Planetam exiſtimant contextum rerum gradatim ſub illius proprietate deſcendere. Si igitur (ut dicebam) Solaria omnia per gradum eius ordinis quemlibet oportune cõprehenderis, homines uidelicet tales, uel talis hominis aliquid: item bruta, plantas, metalla, lapillos, & quæ ad hæc attinent, uirtutem Solis uſquequaq; cõbibes, & quodammodo naturalem Solarium dæmonum facultatem. Similiterq; de alijs dictũ puta. Solares quidem homines ſunt quales antea dixi, & qui aſcendente Leone, Soleq; hunc uel tenente uel aſpiciente naſcũtur, & qui ſub Ariete ſimiliter. Solaris eſt & ſanguis è ſiniſtro eorum beneualentium brachio miſſus. Phœbeus, crocodillus, aſtur, leo, gallus, & cygnus, & coruus. Nec alia ratione leo ueretur gallũ, niſi quoniã in ordine Phœbeo gallus eſt

Homines qui Solares

lus eſt leone ſuperior. Eadem ratione inquit Proclus, Apollineũ dæmonem, qui nõnunquam apparuit ſub figura leonis, ſtatim obiecto gallo diſparuiſſe. Maxime uerò in his animalibus cor eſt Solare. Arbitror etiam marinũ uitulum cœleſtis Leonis cordi ſubeſſe, & hac ipſa ratione corium eius quem cingit nudum fibula eiuſdem oſſe confecta, à renũ dolore redimere. Nam contra dolorẽ eiuſmodi ſolẽt aſtrologi ſideris illius influxibus uti. Eadẽ forte ratione fertur hæc pellis à fulgure nos tueri. Inter plantas palma phœbea eſt, & in primis laurus, qua uirtute uenenoſa repellit et fulgur: Fraxinus quoq; ſimili facultate uenenoſa longius arcet. Loton eſſe phœbeã, rotunda tum folia tum poma teſtantur, & explicatio foliorum eius die, replicatio uerò nocte. Pæoniam phœbeam eſſe, non ſolum uirtus indicat, ſed & nomen. Ad idem attinent flores & herbæ quæ reſtringuntur abeunte Sole, redeunte protinus explicantur, & ad Solem continue uergunt. Aurum præterea & lapis Elitis radijs aureis Solem imitans. Lapis item qui ſolis oculus appellatur, figuram habens pupillæ, ex qua lumen emicat. Rurſum carbũculus nocte rutilans, uel Pãtaura omnes in ſe lapidũ uires continens, ut aurum metallorum, et Sol ſtellarum. Multa deniq; in ſuperioribus nobis ſignificata, unde ſi modo liceat, ſub imperio Solis ex illo ſanguine, & anima-

Pantaura omniũ in ſe lapidum uires cõtinet

lium

lium illorum cordibus, & folijs fructibusq́; arborum prædictarum: item floribus atq; herbis & auri folijs, nec non pulueribus pupillarum, electuarium uel unguentum conficere poteris, addito croco, balſamo, calamo aromatico, thure, muſco, ambra, ligno aloes, zinzibere, maſtice, ſpica nardi, cinnamomo, dronico citri cortice, zedoario, nuce muſcata, mace, cariophylis cum mellé flauo uel oleo balſamino, maſticeo, laurino, nardino, ad cor, & ſtomachum & caput intus aut extra fouendũ, ut ſpiritus inde Solaris euadat. Ex his omnibus, inquam, aut ſaltem ex pluribus componendum dominante Sole aliquid. Quo etiam ſub eiuſdem dominatu incipias uti, dummodo & Solaria induas, habites, conſpicias, audias, olfacias, imagineris, cogites, cupias. Item imiteris & uita dignitatem & munera Solis. Inter Solares homines plantasq́; uerſeris, laurumq́; aßidue tangas. Tutius autem ad ualetudinem fuerit, Solaribus admiſcere Iouialia ſimulatq; Venerea: Veneream maxime humiditatẽ Solaris caloris moderatricem, qualis eſt aqua ſuccusq́; roſarũ atq; uiolarũ. Sed medicinas eiuſmodi in libro de curandis literatis primum, deinde in libro de Vita lõga, partim equidem cõpoſui, partim ab alijs compoſitas enarraui, partim etiam temperaui. Item quales herbæ à Sole Iouéq; miras cõtra epidemiam & uenenum uires habeant, diximus in

libro

Fugadæmõ libro Contra peſtem, inter quas Perforata, fugadæmon appellata eſt: nec alia facultate, quàm cœleſtium gratiarum noxios malorum dæmonũ uapores à nobis arcere putatur: & ſi qua inter herbas alia uel lapillus ut corallus, idem uideatur efficere.

Lunaris herba Herba profectò Lunaris à Mercurio tradita folijs cæruleis atq; rotundis, creſcente Luna unum quotidie producens folium, decreſcente deponens, annos utenti promittit Lunares. Sed iam ad imagines altero quodam exordio redeamus.

¶ De uirtute imaginum ſecundum antiquos atq; medicinarum: Et quomodo medicinæ ſint longè ualidiores quàm imagines.

Caput XV.

SI lapillos quos paulò ante Phœbeos narrauimus nactus fueris, nihil opus erit imagines eis imprimere. Suſpendes itaq; collo comprehenſos auro, crocei ſerici filis, quãdo Sol ſub Ariete uel Leone percurrit aſcenditq́;, uel mediũ tenet cœlum, aſpicitq́; Lunã. Multo uerò potentiores in ſerie Lunæ lapillos narrat Proclus. Primũ quidẽ Selinitim, qui nõ modo figura Lunã imitetur, ſed & motu, circumeatq́; cũ Luna. Hunc ſi fortè repereris, & argento circundatũ argenteo filo collo ſuſpenderis, Luna Cancrũ uel Taurum ſubeũte, anguloſq́; tenẽte ſibi cõueniẽtes, ſpiritũ inde

inde tuum reddet, poſtremo lunarum. Dum uidelicet calefactus abs te lapillus ipſe lunaris uirtutem ſuam tuis aßidue ſpiritibus inſerit. Alterum uerò recenſet lapillum, helioſelinon cognomento, qui ſolis lunæq́; coniunctæ ſoli, naturaliter habet imaginem. Hunc ergo quiſquis argento incluſum de aurato ſimilibus collo filis admouerit, quando luna in domicilio ſuo uel ſolis in eodē minuto cum ſole cōgreditur, ſuosq́; teneat angulos, ſolarem ſimulatq; lunarem ſpiritum reportabit, aut ſaltem talem qualis euadit luna per centrū copulata ſoli. Hic uerò tu uides diſperſas Phœbi dotes, uelut Oſyridis membra, ſororem eius Phœbē uelut Iſidem congregare. Sed utinam ſolarem alicubi lapidem facile reperiremus uel lunarē, adeo in eorum ordine præpotentem, quemadmodū ſub ſerie ſeptentrionalis poli magnetem habemus & ferrum: Solarem profectò ferunt inueniſſe apud Indos Apolloniū Theanæum, lapidem ſcilicet nomine Pantauram, ignis inſtar micantem, ſub terra paſſus quatuor naſcentem, cui tantum ſpiritus inſit ut tumeat, & plerunq; ſcindatur terra, ubi eiuſmodi lapis concipitur: ita cæteros ad ſe lapillos trahens, ſicut magnes ferrum. Sed lapis hic Herculeus ad ſe contemplandum uehemētius adhuc nos in præſentia rapit. Videmus in ſpecula nautarū indice poli libratū acum affectum in ex-

Lapidū certorum potentiæ.

Magnes cur ferrum trahat.

Fugadæmõ libro Contra peſtem, inter quas Perforata, fugadæmon appellata eſt: nec alia facultate, quàm cœleſtium gratiarum noxios malorum dæmonũ uapores à nobis arcere putatur: & ſi qua inter herbas alia uel lapillus ut corallus, idem uideatur efficere. Herba profectò Lunaris à Mercurio tra- Lunaris herba dita folijs cæruleis atq; rotundis, creſcente Luna unum quotidie producens folium, decreſcente deponens, annos utenti promittit Lunares. Sed iam ad imagines altero quodam exordio redeamus.

¶ De uirtute imaginum ſecundum antiquos atq; medicinarum: Et quomodo medicinæ ſint longè ualidiores quàm imagines. Caput XV.

SI lapillos quos paulò ante Phœbeos narrauimus nactus fueris, nihil opus erit imagines eis imprimere. Suſpendes itaq; collo comprehenſos auro, crocei ſerici filis, quãdo Sol ſub Ariete uel Leone percurrit aſcenditq;, uel mediũ tenet cœlum, aſpicitq; Lunã. Multo uerò potentiores in ſerie Lunæ lapillos narrat Proclus. Primũ quidẽ Selinitim, qui nõ modo figura Lunã imitetur, ſed & motu, circumeatq; cũ Luna. Hunc ſi fortè repereris, & argento circundatũ argenteo filo collo ſuſpenderis, Luna Cancrũ uel Taurum ſubeũte, anguloſq; tenẽte ſibi cõueniẽtes, ſpiritũ inde

inde tuum reddet, poſtremo lunarum. Dum uide licet calefactus abs te lapillus ipſe lunaris uirtutem ſuam tuis aßidue ſpiritibus inſerit. Alterum uerò recenſet lapillum, helioſelinon cognomento, qui ſolis lunæq; coniunctæ ſoli, naturaliter habet imaginem. Hunc ergo quiſquis argento incluſum de aurato ſimilibus collo filis admouerit, quando luna in domicilio ſuo uel ſolis in eodẽ minuto cum ſole cõgreditur, ſuosq; teneat angulos, ſolarem ſimulatq; lunarem ſpiritum reportabit, aut ſaltem talem qualis euadit luna per centrũ copulata ſoli. Hic uerò tu uides diſperſas Phœbi dotes, uelut Oſyridis membra, ſororem eius Phœbẽ uelut Iſidem congregare. Sed utinam ſolarem alicubi lapidem facile reperiremus uel lunarẽ, adeo in eorum ordine præpotentem, quemadmodũ ſub ſerie ſeptentrionalis poli magnetem habemus & ferrum. Solarem profectò ferunt inueniſſe apud Indos Apolloniũ Theanæum, lapidem ſcilicet nomine Pantauram, ignis inſtar micantem, ſub terra paſſus quatuor naſcentem, cui tantum ſpiritus inſit ut tumeat, & plerunq; ſcindatur terra, ubi eiuſmodi lapis concipitur: ita cæteros ad ſe lapillos trahens, ſicut magnes ferrum. Sed lapis hic Herculeus ad ſe contemplandum uehemẽtius adhuc nos in præſentia rapit. Videmus in ſpecula nautarũ indice poli libratũ acum affectum in ex-

Lapidũ certorum potentiæ.

Magnes cur ferrum trahat.

tremitate Magnete moueri ad Vrſam, illuc uidelicet trahente Magnete: quoniam & in lapide hoc præualet uirtus Vrſæ, & hinc trāsfertur in ferrū, & ad Vrſam trahit utrunq;. Virtus autem eiuſmodi tum ab initio infuſa eſt, tum continue Vrſæ radijs uegetatur. Forſitan ita ſe habet Succinum ad polum alterum & ad paleas. Sed dic interea, Cur Magnes trahit ubiq; ferrum? non quia ſimile, alioquin & Magnetē Magnes traheret, multo magis ferrumq; ferrū: nō quia ſuperior in ordine corporum, imò ſuperius eſt lapillo metallū. Quid ergo? Ambo quidē ordine Vrſam ſequēte claudūtur, ſed ſuperiorem in ipſa Vrſæ proprietate gradum tenet Magnes, inferiorē uerò ferrum. Superius autē in eodem rerum contextu trahit quidem quod eſt inferius, & ad ſe conuertit, uel aliter quomodolibet agitat, aut afficit uirtute prius infuſa. Inferius uiciſsim eadem ad ſuperius infuſione conuertitur. uel aliter agitatur, uel prorſus afficitur. Sic in ſerie Solis inferior homo admiratur ſuperiorem: In ordine Iouio ueneratur: In Martio timet: In Venereo inferior ad ſuperiorem rapitur amoris ardore, deſeritq; ſeipſum: In Mercuriali ſemper hic diſcit, uel perſuadetur ab illo: In Lunari motum hic ab illo ſæpius exorditur: In Saturnali quietem. Ego autem quum hæc explorata hactenus habuiſſem admodum gratulabar, cogitabamq; iuuenis adhuc

Magneti

Magneti pro uiribus inſculpere cœleſtis Vrſæ figuram, quando Luna melius illuc aſpiciat, & ferreo tunc filo collo ſuſpendere. Sperabam equidem ita demum uirtutis me ſideris illius compotem fore. Sed cum diutius exploraſſem, inueni tãdem ſideris illius influxus Saturnales eſſe plurimum atq; Martiales. Accepi à Platonicis malos dæmonas plurimum ſeptentrionales exiſtere, quod etiam Hebræorum aſtronomi confitentur, noxios Martiosq; dæmonas in Septentrione ponentes. Propitios autem & Iouios, in meridie. Didici à Theologis, & Iamblicho, imaginum fictores à dæmonibus malis occupari ſæpius atque falli. Vidi equidem lapillum Florentiam aduectum ex India, ibi è capite draconis erutum: rotundum, ad nummi figuram punctis ordine quàmplurimis quaſi ſtellis naturaliter inſignitum, qui aceto perfuſus mouebatur parumper in rectum, imò obliquum, mox ferebatur in gyrum, donec exhalaret uapor aceti. Exiſtimaui equidem lapillum eiuſmodi cœleſtis draconis habere naturam atq; quaſi figuram, motum quoque illius accipere quatenus per aceti ſeu uini ualentioris ſpiritum, draconi illi ſiue firmamento familiarior redderetur. Hunc igitur qui geſtaret, & aceto ſæpe perfunderet, uim aliquam fortè draconis illius acciperet, qui geminis anfractibus hinc quidem Vrſam maiorem implicat, inde minorem.

Lapidis è draconis capite exe-cti hiſtoria

Extat & prope Scorpionē ſerpentarius quaſi homo ſerpente cinctus, manu dextra caput ſerpentis tenens, ſiniſtra caudam, genibus quaſi flexis, capite paulū reſupino. Legi equidem magos Perſarum regi cōſuluiſſe ut imaginē hanc lapidi imprimeret Hæmatiti, quem aureo clauderet annulo, ita tamē ut inter lapillum atq; aurū ſerpentariæ radicē inſereret. Hoc enim annulo geſtantē contra uenenum morboſq; uenenoſos tutū fore, uidelicet ſi Luna ſerpentariū aſpiciente feceris. Hanc imaginem Petrus Aponenſis confirmauit. Ego uerò, ſi hanc annulus ille uim habet, arbitror non tam per figurā quàm per materias eiuſmodi, & hoc pacto tempore q; compoſitas ſibi cœlitus uendicare. Memento lapillos naſcentes in animalibus, nec inde languentibus ut in dracone, gallo, hirundine, cæteriſq; efficaces exiſtere fermè, ut lapilli in terra naſcentes, atq; eaſdē referri ſtellas, ad quas hæc animalia pertinent. Hinc Alectorius ex uentriculo galli ueteris tractus pollet poteſtate Solari, per quem Dioſcorides ait ſæpe compertum eſſe, eum pugnare inuictum, qui lapillū hunc ore geſtaret. Idem ait, Chelidonium erutū ex hirundine rufum curare melancholicū, & amabilē idoneūq; reddere. Quod quidem habet ex Ioue, per ea quæ diximus, ſcilicet res ubiq; infra Lunam ſtellares exiſtere. Confirmatur dictum illud ualde Platonicum, hanc mūdi machinam

Hæmatitis imago contra uenena & morbos.

Alectorij lapidis uis ex Dioſcoride.

nam ita ſecum eſſe connexam, ut & in terris cœle ſtia ſint conditione terrena, & in cœlo uiciſsim terreſtria dignitate cœleſti, & in occulta mūdi uita menteq; regina mundi, cœleſtia inſint, uitali tamen intellectualiq; proprietate ſimul & excellentia. Per hæc inſuper confirmant nonnulli etiam illud magicum, pro inferiora uidelicet ſuperioribus conſentanea poſſe ad homines tēporibus opportunis cœleſtia quodammodo trahi, atq; etiā per cœleſtia ſupercœleſtia nobis cōciliari, uel forſan prorſus inſinuari: ſed poſtremū hoc illi uiderint. Verū illud arte quadam rite & opportune in unū plurima colligente, fieri poſſe probabile ſatis (ut diximus) eſſe uidetur, tum rationibus quas in ſuperioribus aſsignauimus, tum quia eiuſmodi multa quādo apud medicū et aſtrologū colliguntur, contunduntur, commiſcentur, concoquūtur ſub ſidere certo, dum ipſa per ſe ratione concoctionis atq; fermēti nouam paulatim formam ſubeunt hanc ipſam acquirunt certo quodā fomento cœleſti, radijs tunc intus agentibus, ideoq; cœleſtem. Metallū uerò uel lapillus quando momento ſculpitur, nō uidetur nouā accipere qualitatē, ſed figurā. Neq; motio illa per debitos digeſtionis gradus, quos alteratio naturalis atq; generatio ſolet obſeruare, progreditur. Quū uerò natura cœleſtis, tanquā inferioris naturæ regula, ſoleat tenore quodā progredi naturali,

Medicinæ corporis et animæ.

& ita progredientibus aſpirare, meritò diffidunt pleriq; , imagines eiuſmodi cœleſtem aliquam uirtutem habere. Ego *quoq; ambigo ſæpius,ac niſi et omnis antiquitas & omnes aſtrologi uim mirabilem habere putarent, habere negarem:* Negarem *equidem non omnino, opinor enim (niſi quis aliter perſuaſerit) ad proſperam ualetudinem ſaltem aliquam habere uirtutem, electæ præſertim ratione materiæ:tametſi multo maiorem ineſſe pharmacis arbitror,et unguentis ſidereo fauore conflatis.* Q*uid uerò uoluerim ubi modo dicebam electæ ratione materiæ,in ſequentibus declarabo.* Q*uæ uerò* ex Magorum *uel aſtrologorũ opinione ad* Plo*tinum interpretandum pro imagimibus allegari poſſunt,deinceps breuiter afferam, ſi te prius hic admonuero,ne putes probare me uſum imaginum ſed narrare:*Ego *enim medicinis ad cœlum temperatis, non imaginibus utor, atq; ita cæteris quotidie conſulo.* Tu *uerò ſi concedis deum rebus infra* L*unam mirabiles inſeruiſſe uirtutes, mirabiliores concede cœleſtibus.*Pr*æterea ſi licere iudicas homini ad proſperam ualetudinem inferioribus uti,iudica, ſuperioribus quoque licere atque inferiora ad ſuperiorum normam, ſic medicorum artificio temperare, ſicut etiam à deo ſunt ab initio temperata.*

De

¶ *De poteſtate cœli: de uiribus radiorum unde uim ſortiri putentur imagines.*

Caput. XVI.

IMmenſa fermè cœleſtiũ magnitudo, uirtus, motio facit, ut omnes omniũ ſiderũ radij terræ molem quæ quaſi punctum eſt ad cœlum, momento facilimeq; uſq; ad centrũ recti penetrent, quod omnes aſtronomi confitentur. Ibiq; ut placet Pythagoreis atq; Platonicis fortiſſimi ſint: tũ quia recti undiq; centrũ tangunt, tum quia in anguſtũ collecti ſunt cuncti. Quorum uehementia, materia ibi terræ ſicca procul ab humore remota prorſus accenditur, accenſaq; extenuatur, atque diſpergitur per meatus undiq;, & efflat incendia pariter atq; ſulphur. Sed ignem hunc putant ualde caliginoſum eſſe, & quaſi incẽdium quoddam luminis expers, ſicut in cœlo extat expers incendij lumen: ignis autem inter cœleſtem atque infernum, lumen cum feruore coniungit. Putant autem ignem è centro flantem ignem eſſe Veſtalem: Siquidem Veſtam eſſe terræ uitam numenq; putabant. Ideóque Veſtæ templum ueteres in medijs urbibus cõſtruebant, ignémque in medio perpetuum collocabant. Sed ne ulterius peruagemur concludamus iam, ſi ſtellarum radij totam mox terram penetrant: negari non facile poſſe metallum atque lapillum, quando cælantur imaginibus ſubito penetra-

Veſtæ deæ templum in urbibus medio conſtructum.

re, eiſq; miras uel ſaltem qualeſcunus imprimere potes. Quandoquidē & in aluis terræ præcioſiſſima generant. Sed quis neget per hæc radios penetrare? Siquidem aer & qualitas eius, & ſonus minus efficax ſolida tranſit ſubito, & ſua quadā afficit qualitate. Iam uerò ſi duritia radijs obſiſteret penetrantibus, lumen multo citius aerem quàm aquam pertranſiret, & hanc ocyus multo quàm uitrū, & uitrum ſimiliter quàm cryſtallū: At quū eodem momento ſolida, quò liquida, cuncta tranſuerberet, perſpicue conſtat duritiam radijs nullo modo reſiſtere. Atq; idcirco dicent non eſſe negandū metalla cœleſtium radios influxuſq; ſuſcipere, atq; etiā conſeruare ad tēpus, tunc ſibi cœlitus deſtinatū. Conſeruare, inquā, uirtutē quandam ex radiorū concurrentiū contactu creatā. Quid uerò, ſi materia durior hoc ipſo quod uidetur obſiſtere cauſæ præpotenti magis ictibus ſe exponit? Sic enſis lignū ſub lana incidit, non inciſa lana: Sic radius ille fulmineus corio quandoq; non læſo diſſoluit in eo metallum. Quum uerò natura cœleſtis noſtro hoc igne incomparabiliter ſit præſtantior, nō eſt putandum radij cœleſtis officium eſſe duntaxat quale opus ignei radij manifeſte uidemus ſcilicet illuminare, calefacere, exiccare, penetrare, extenuare, diſſoluere, quæ noſtris ſenſib. notiſsima ſunt ſed multo plures mirabilioreſq; uires et effectus habere

Radij ſiderum terræ molem ad centrū uſq; penetrant.

re: alioquin & materia inferior, & caducus ſenſus cũ diuinitate cœli penitus æquaretur. Sed quis neſciat uirtutes rerũ occultas, quæ ſpeciales à me dicis nominantur, non ab elementali natura fieri, ſed cœleſti? Poſſunt itaq; (ut aiũt) radij occultas et mirabiles ultra notas imaginib. imprimere, uires, ſicut & cæteris inſerunt: Nõ enim inanimati ſunt, ſicut lucernæ radij ſed uiui, ſenſualesq́; tanquam per oculos uiuentiũ corporũ emicãtes, dotesq́; mirificas ſecũ ferunt ab imaginationibus mentibusq́; cœleſtium: uim quoq; uehementiſsimã ex affectu illorum ualido, motuq́; corporum rapidiſsimo, ac proprie maximeq́; in ſpiritum agunt cœleſtibus radijs ſimilimũ. Agunt inſuper in corpora uel duriſsima, omnia enim hæc ad cœlum infirmiſsima ſunt. Sunt autẽ in uarijs ſtellis uariæ quoq; uires, et idcirco in radijs earum inter ſe uariæ. Præterea in radiorum ictibus aliter atq; aliter incidentibus uirtutes diuerſæ naſcuntur. Deniq; in concurſibus radiorum mutuis aliter atq; aliter, & hic aut ibi, & tunc aut aliâs effectis diuerſæ ſubitò uires ſuboriũtur, multo magis atq; citius quàm in alijs atq; alijs elementorũ qualitatũq́; elementaliũ mixtionibus: multo etiã citius quàm in tonis & numeris apud Muſicũ aliter et aliter cõcinentibus. Si hæc diligenter conſideraueris, forſitan nõ diffides, dicẽt, ſubito quodam radiorũ iactu uires imaginibus im-

Radij cœleſtis efficacia.

primi atq; ex diuerſo iactu diuerſas. Nunquid ergo tam citò? Mitto faſcinationes repentino quodam intuitu factas: Et amores acerrimos ſtatim accenſos radijs oculorum, qui & ipſi faſcinamenta quædam, quod in libro de amore probamus: Mitto quàm citò rubens oculus inficiat intuentem: & ſpeculum intuens fœmina menſtruoſa. Nónne & familiæ quædam apud Illyricos & Triballos iratæ, intuitu homines interemiſſe feruntur? Et fœminæ quædam in Scythia idem facere conſueuiſſe? Et Catoblepæ reguliq; ſerpentes radiorũ ex oculis iactu homines perimunt. Torpedo quoq; marina tactu etiã procul per uirgã manũ ſubitò ſtupefacit. Echinus quoq; piſciculus grãdem ſolo prætereatactu nauem ſiſtere fertur. Phalãgia quinetiam in Apulia ictu quopiam uel occulto, ſpiritũ animumq; repentino ſtupore permutant. Quid rabioſus canis facit, uel nõ apparente morſu? Quid ſcopa, deinde quid arbutus? Nónne leuiſſimo tactu uenenũ concitant atq; rabiem? An ergo negabis cœleſtia oculorum ſuorum radijs, quibus noſtra contuentur ſimulatq; contingunt ſtatim miranda perficere? Iam uerò grauida mulier tactu ſtatim ſignat membrum hominis naſcituri, rei deſideratæ nota. An uerò dubitabis radios aliter aliterúe tangentes diuerſa conficere? Quum & tu helleborũ herbam colligens, ſiue folium deorſum trahas, ſiue ſurſum,

ſum,hoc ſubito tactu,cauſa ſis helleboro, ut deorſum educat humores,aut ſurſum? Nónne ab initio rei cuiuſque generandæ cœleſtes influxus concoctione materiæ, digeſtioneq́; perfecta non tam tempore quàm momento dotes mirificas largiuntur? Nónne ſuffragante cœli uultu innumerabiles ſæpe ranæ, ſimilesq́; animantes ex arenis momento proſiliunt? Tanta eſt in materijs præparatis potentia cœli, tanta celeritas. Deniq; ſi ignis hoc habet, ut tempore quàm breuiſſimo faciat quæ cætera lõgo, ob id præcipue quod eſt cœlo ſimilimus. Quis nã dubitet, cœlũ magna quaſi momento perficere, etiam in materia minus paratu, ſicut flamma ſolet ingentior? Quid ergo dubitas, inquiunt, in imagine conſtruenda fermè ſimiliter agere cœlum? Dices opinor, ſicut & ego dicebam, naturales hic alterationis gradus ſubeſſe: Qui ſanè defectus minuit quidem cœleſte donum, nec tamen penitus auferre uidetur. Nolunt enim Phyſici ex quolibet metallo uel lapide imaginem fabricari, ſed certo: In quo quidem natura cœleſtis, uirtutem olim ad hoc ipſum quod optatur natuaaliter inchoauerit, & quaſi iamiam perfecerit, ut in ſulphure flammam: Quam ſanè uirtutem tunc demum perficiat, quando materia hæc per artem ſub ſimili quodam influxu cœleſti uehementer agitatur, & agitata caleſcit. Itaque ars ſuſcitat inchoatam ibi uirtu-

tem,

tem, ac dum ad figuram redigit, ſimilem ſuæ cuidã cœleſti figuræ, tũc ſuæ illic ideæ prorſus exponit, quam ſic expoſitã, cœlum ea perficit uirtute qua cœperat exhibens quaſi ſulphuri flammã: Sic potentia quædã ad rapiendas paleas cœlitus data ſuccino, quodammodo debilis, ſæpe per frictionẽ calefactionemq; facta ualidior, ſubitò rapit. Similẽ uirtutem Serapio ſcribit datam lapidi Albugedi quaſi hyacintho ſimili: ſed non prius trahere paleas, quàm capilli hoc lapide perfricentur. Sic item lapis ille Iouius Bezaar, ideſt à morte liberãs, quem deſcripſimus in libro Contra peſtem, uim ab initio cõtra uenenum accepit ab Ioue, ſed non uſqueadeò ualidam, ut eandem tradere poßit materijs alijs exercendam. At uerò quum primum ſub Scorpionis cœleſtis influxu figuram ſuperni illius acceperit, perfectam contra Scorpiones ſubitò uim reportare putatur, quam Maſtici cõmunicare ualeat aut thuri. Eadẽ quoq; de hyacintho, topazio, ſmaragdo, cæterisq; ratio eſt habenda. Vt fabrica figurarum non alibi efficaciam habeat, quàm ubi materia cum ſtella congruit & effectu, à qua hunc faber exoptat accipere: Ac præterea ubi hæc ipſa materia quaſi iam talis eſt ab initio, qualem affectas reddere per figuram. Nullis ergo materijs ad imagines uti conſulunt, niſi his ipſis quæ tibi notæ ſunt, hanc ipſam fermè iam uim habere

quam

quam cupis. Lapillorum itaq; uires atq; metallorũ diligentiſſime perſcrutari iubent, intereaq́; meminiſſe, inter lapillos quidem Carbunculum in tenebris coruſcantem, atq; Pantaurã præcipuè Soli ſubeſſe, Saphyrum Ioui, Smaragdum Veneri Mercurio, Lunæ. Præterea metalla præter aurum & argentum uix ullam ad hæc habere uirtutem: Tutioremq; in his rationem fore, ſi aurũ quidem purum ad Solem referas atq; Iouem, ad illum quidem propter colorem, ad hunc autem propter temperatam commixtionem, nihil enim Ioue & auro temperatius: Purũ uero argentũ ad Lunam: ſed ad Iouem ſimulatq; Venerẽ aurum argento permixtũ. Præterea imaginem efficaciorem fore, ſi uirtus in materia eius elementaris conueniat cum ſpeciali eiuſdem uirtute naturaliter inſita, atq; hæc inſuper cum uirtute altera ſpeciali per figuram cœlitus capiẽda. Deniq; figuras inferiores & formas cœleſtibus conformari, inde perdiſces, ut aiunt, quod Perſeus truncato Meduſæ capite, futuram nonnullis obtruncationem portendere conſueuit, multaq́; ſimiliter, & Lunam alioſq; Planetas ſub certis ſignis certa in nobis memora mouere nõ dubitant.

Imaginis imprimendæ aptitudo cũ ſtellis

¶ Quam uim habeant figuræ in cœlo atq; ſub cœlo. Cap. XVII.

Sed ne

SEd ne figuris nimium fortè diffidas, meminiſſe iubebunt, in regione hac ſub Luna elementari, elementarem quoque qualitatem poſſe quàmplurimum, in tranſmutatione uidelicet ad aliquid elementare tendente, calorem ſcilicet & frigus, et humorem atque ſiccitatem. Qualitas autem quæ minus elementares materialesúe ſunt, ſcilicet lumina, id eſt colores, numeros quoq;, ſimiliter & figuras ad talia forſitã minus poſſe, ſed ad cœleſtia munera, ut putant, ualere permultum. Nam & in cœlo lumina, & numeri, & figuræ, ſunt fermè omnium potentiſſima: præſertim ſi nulla ſit ibi materia, quod Peripatetici pleriq; putant. Sic enim figuræ, numeri, radij, quum nõ alia ſuſtineantur ibi materia, quali ſubſtantiales eſſe uidentur. Atque quum in ordine rerum mathematicæ formæ phyſicas antecedant, tanquam ſimplices quidem magis, & minus egenæ, meritò in antecedentibus mũdi gradibus, id eſt cœleſtibus, autoritatem ſibi maximam uendicant, ut non minus inde fiat numero, figura, luce, quàm elementari quadam proprietate. Huius quidem autoritatis habetur etiam ſub Luna ſignum. Qualitates enim ualde materiales plurimis rerum ſpecibus ſunt communes, eiſque quodammodo permutatis, non uſquequaque ſpecies commutantur. Figuræ autem numeriq; partium naturalium, proprietatem cum ſpecie inſeparabilem

rabilem peculiaremq; poßident, utpote quæ cœlitus unà cum ſpeciebus deſtinata fuerunt. Imò & cum idæis maximam habēt in mente mundi reginæ connexionem. Atq; quum ipſæ numeriq; ſpecies quædam ſint idæis ibi proprijs deſignatæ: nimirū uires inde proprias ſortiuntur: Ideoq; tum ſpecies naturalium certis figuris, tum motus, & generationes, & mutationes certis numeris aſtringuntur. De lumine uerò quid dicam? Eſt enim actus intelligentiæ uel imago. Colores autem ſunt lumina quædam: Quamobrem ubi lumina, id eſt, colores, figuráſque, & numeros aſtrologi dicunt in materijs noſtris ad cœleſtia præparandis poſſe quàmplurimum, non temere, ut aiunt, debes iſta negare. Non ignoras concentus per numeros proportionesq; ſuas, uim habere mirabilem ad ſpiritum & animum & corpus ſiſtendum, mouendum et afficiendum. Proportiones autem ex numeris cōſtitutæ, quaſi figuræ quædam ſunt, uel ut ex punctis lineisq; factæ, ſed in motu. Similiter motu ſuo ſe habent ad agendum figuræ cœleſtes: hæ nanque harmonicis, tum radijs tum motibus ſuis omnia penetrantibus ſpiritum indies ita clàm afficiunt, ut Muſica præpotens palàm afficere conſueuit. Noſti præterea quàm facile multis miſericordiam moueat figura lugentis: Et quantum oculos imaginationémque, & ſpiritum & humores afficiat

ciat ſtatim atq; moueat amabilis perſonæ figura: nec minus uiua eſt & efficax figura cœleſtis. Nõne principis in urbe uultus quidem clemens & hilaris exhilarat omnes? Ferox uerò uel triſtis repente perterret? Quid ergo celeſtium uultus, dominos omnium terrenorum, aduerſus hæc efficere poſſe putas? Quippe quum etiam coeuntes ad prolem plerũq; uultus, non ſolũ quales ipſi tunc agunt, ſed etiam quales imaginãtur, ſoleant filijs diu poſtea naſcituris imprimere. Vultus eadẽ ratione cœleſtes materias confeſtim, ſuis notis inficiunt, in quibus ſi quando diu latitare uidentur, temporibus deinde ſuis emergunt. Vultus autem cœli ſunt figuræ cœleſtes: Potes uerò facies illic appellare figuras cæteris ibi ſtabiliores: Vultus autem, figuras quæ magis ibi mutãtur: Aſpectus quoq; inter ſe ſtellarum motu quotidiano confectos, uultus appellare potes, ſimiliter & figuras: Nam hexagoni, pẽtagoni, tetragoni nominãtur. Eſto, dicet quiſpiam, ſint ut placet potentiſſimæ ad efficiendum figuræ cœleſtes, uerum quid hoc ad figuras imaginum artificio factas? Reſpondebunt, non id potiſſimum contendere ut potentiſſimæ per ſe ad agendũ ſint noſtræ figuræ, ſed ut paratiſſimæ ad actiones & uires figurarum cœleſtiũ capiendas, quatenus opportune fiũt dominãtibus illis, atq; ex amuſſim ad illas configurãtur.

Vultus cœli

Exigit

Exigit enim figura illa figuram. Nónne ſonante cithara quadam, altera reboat? Ob id tantum, ſi et ipſa ſimilem figurã habeat, atq; è conſpectu ſit poſita, & fides in ea poſitæ & intentæ ſimiliter. Quidnam hic efficit, ut cithara ſubitò patiatur à cithara, niſi ſitus aliquis & quædam forma conformis? Figura ſpeculi lenis, cõcaua, nitens cœlo congrua, ob hoc ipſum propriè munus tãtum cœlitus accipit, ut radios Phœbi in ſe cumulatiſsime complectatur, & ſolidiſsimum quodq; ad centrũ ſuum è conſpectu locatum repente comburat. Ergo ne dubites dicent, quin materia quædam imaginis faciendæ, alioquin ualde congrua cœlo, per figuram cœlo ſimilem arte datam, cœleſte munus, tum in ſeipſa concipiat, tum reddat in proximum aliquem uel geſtantẽ. Non ſolum uerò figura, ſed etiam diſpoſitio peruia, quam Diaphanã uocãt, inefficax quiddam eſt, & paſsiuum ſuapte natura. Veruntamen quoniam peruia diſpoſitio eſt in cœlo propriũ luminis ſuſceptaculũ, ideo ubicũq; ſub cœlo hæc uel eſt naturalis, uel modo aliquo cõparatur, ſubitò præſens cœleſte lumẽ acquiritur, atq; etiã conſeruatur, ubi unà cũ hac uel calor eſt igneus, ut in flãma, uel eſt aliquid aeriũ, aqueũue ſimul & glutinoſum, ut in noctilucis & noctícernis, & carbũculis, atq; forſan quodãmodo in Cãphora. Quid inde ſequatur pro imaginib. ipſe reputa.

❡ Quales cœleſtium figuras antiqui imaginibus imprimebant: Ac de uſu imaginum. Cap. XVIII.

ALiquis autem quæret, quas potiſſimum cœli figuras imaginibus imprimere ſoleant. Sunt enim ibi formæ oculis ualde conſpicuæ, & à multis, quales ſunt quaſi depictæ, ut Aries, Taurus, ſimilesq; figura zodiaci, & quæ ſunt extra zodiacum manifeſtæ. Sunt ibi prætere a formæ quamplurimæ, nõ tam uiſibiles quàm imaginabiles per ſignorũ facies ab Indis & Aegyptijs Chaldæisq; perſpectæ, uel ſaltem excogitatæ: Velut in prima facie Virginis uirgo pulchra ſedens, geminas manu ſpicas habens, puerũq; nutriens: Et reliquæ, quales deſcribit Albumaſar, cæteriq; nõnulli. Sunt deniq; charactêres quidam ſignorũ & Planetarũ ab Aegyptijs deſignati. Volũt igitur imaginib. omnia hæc inſculpi. Vt ſi quis expectet propriũ à Mercurio beneficium, collocare eũ in uirgine debeat, uel ſaltẽ ibi Lunã cum aſpectu Mercurij: & imaginẽ tunc ex ſtanno conficere, uel argento, in qua totũ ſit Virginis ſignum, & character eius characterq; Mercurij: Ac ſi prima uirginis facie ſis uſurus addas etiam figurã, quam in prima facie diximus obſeruatã. Similiterq; de cæteris. Poſtremi quidẽ imaginum autores, uniuerſam earũ formã ad cœli ſimilitu-

militudinem accepere rotundã. Antiquiores autem, quemadmodum in quodam Arabũ collegio legimus figurã crucis cunctis anteponebant: quia corpora per uirtutem agunt ad ſuperficiem iam diffuſam. Prima uerò ſuperficies cruce deſcribitur, Sic enim in primis habet longitudinẽ atq; latitudinem: Primaq́; hæc figura eſt, & omnium recta quàm maximè, & quatuor rectos angulos continet. Effectus uerò cœleſtium maximè per rectitudinem radiorũ angulorumq́; reſultãt: Tunc enim ſtellæ magnopere ſunt potẽtes, quando quatuor cœli tenent angulos imò cardines, orientis uidelicet occidẽtisq́;, et medij utrinq; cœli: Sic uerò diſpoſitæ, radios ita cõijciunt in ſe inuicem, ut crucẽ inde cõſtituant. Crucẽ ergo ueteres figurã eſſe dicebant, tum ſtellarũ fortitudine factã, tum earundem fortitudinis ſuſceptaculũ, ideoq́; habere ſummam in imaginibus poteſtatem, ac uires et ſpiritus ſuſcipere Planetarum. Hæc autem opinio ab Aegyptijs uel inducta eſt, uel maximè confirmata: Inter quorum characteres crux unus erat inſignis, uitam eorum more futuram ſignificans, eamq́; figuram pectori Serapidis inſculpebant. Ego uerò quod de crucis excellentia fuit apud Aegyptios ante Chriſtũ, nõ tam muneris ſtellarũ teſtimoniũ fuiſſe arbitror quàm uirtutis præſagiũ, quã à Chriſto eſſet acceptura, Aſtrologos

Crucẽ ueteres figuram eſſe dicebãt

autem qui ſtatim poſt Chriſtũ fuerunt, uidentes à Chriſtianis miranda per crucem fieri, neſcientes autem uel nolentes in Ieſum tanta referre, in cœleſtia retuliſſe: quanquam cõſiderare debebant per crucem ipſam, abſq; nomine Ieſu miracula minime perpetrari. Cõuenire quidem imaginibus eam, quia referat fortitudinẽ Planetarũ omniumq; ſtellarum, forſitan eſt probabile: non tamen ob hoc duntaxat ingentẽ habere potentiã: poſſe uerò nõnihil unà cum cæteris, quæ neceſſaria ſunt, cõiunctam, ad proſperam forſan corporis ualetudinẽ. Sed ad narrandas aliorũ opiniones, ut cœpimus, reuertamur. Saturni ueteres imaginẽ ad uitæ lõgitudinẽ faciebant in lapide Feyrizech, id eſt Sapphyro, hora Saturni, ipſo aſcendente atq; feliciter conſtituto. Forma erat: Homo ſenex in altiore cathedra ſedens uel dracone, caput tectus panno quodã lineo fuſco, manus ſupra caput erigẽs, falcem manu tenens aut piſces, fuſca indutus ueſte. Ad longam uitam atq; felicem Iouis imaginẽ in lapide claro uel albo: Erat homo ſedens ſuper aquilam uel dracone coronatus, hora Iouis, ipſo in exaltatione ſua feliciter aſcẽdente, croceã indutũ ueſtem. Contra timiditatem hora Martis imagines fabricabant prima Scorpionis facie oriẽte, Martem armatum & coronatum. Ad morbos curandos fingebant Solis imaginem in auro, hora

Saturni imago.

Solis

Solis, prima facie Leonis aſcendente cum ſole, Regem in throno, crocea ueſte, & coruũ Solisq́; formam. Ad lætitiam roburq́; corporis, Veneris imaginem puellarem, poma floresq́; manu tenentem, croceis & albis indutam, hora Veneris, prima facie Libræ, uel Piſcium, uel Tauri aſcendente cum Venere. Imaginem Mercurij ad ingenium & memoriam, prima facie Geminorum. Item contra febres ſculpebatur Mercurius, homo tela manu tenens, hora Mercurij, ſurgente Mercurio: ſculpebant hanc in marmore: ſubinde materiæ cuipiam imprimebãt languentibus aſſumẽdæ: Hinc omne genus febriũ curari dicebant. Imaginẽ Lunæ aſcẽdente prima facie Cancri ad augmentum. Forma Mercurij: Homo ſedens in throno galeratus criſtatusq́;, pedibus aquilinis, ſiniſtra gallum tenens aut ignem, alatus, aliquando ſuper pauonem, dextra tenens calamũ, ueſte uaria. Luna puella pulchra cornuto capite ſuper dracone͂ uel taurũ, ſerpentes ſupra caput et ſub pedibus habens. Ad curandum calculum, genitaliumq́; dolores, & ad ſanguinem adſtringendum, imaginem hora Saturni, ſurgente tertia facie aquarij cũ Saturno. Item Leone͂ auro imprimebant, lapidem in formã Solis pedibus reuoluentẽ, hora Solis, primo gradu faciei ſecundæ Leonis oriente. Hanc expellendis morbis profuturã exiſtimabãt. Ad renũ morbos

ſimilẽ faciebant, quando Sol in corde Leonis cœlum mediũ obtineret, à Petro Aponenſi cõprobatam, & experientia confirmatã, ſed hac conditione, ut Iupiter aut Venus mediũ aſpiciat cœlũ. Planetæ uerò noxij cadãt, inſortunatiq; ſint. Accepi à Mengo phyſico præclaro eiuſmodi imaginẽ factã Ioue ibidẽ cõiuncto cum Sole, liberauiſſe Ioannẽ Marlianũ, Mathematicũ noſtro ſeculo ſingularem à pauore quo ſub tonitru affici conſueuerat. Præterea ad firmandã ſanitatẽ & ueneficia deuitanda, imaginẽ ex argẽto fingebãt hora Veneris, Luna angulos obtinẽte, ac Venerẽ fœliciter intuente, dũmodo dominus ſextæ domus Venerẽ aſpiciat aut Iouẽ trino quodam intuitu, uel oppoſito. Mercurius autẽ nõ ſit infœlix. Agebant hæc hora diei Solis ultima, ita ut dominus horæ decimã teneret cœli plagam. Petrus Aponenſis inquit, medicum per imaginẽ infirmũ curare poſſe. Modò in ea fabricanda obſeruet, ut anguli aſcẽdentis medij cœli occidentis ſint fortunati, & aſcendentis dominis, & eadem ratione ſecunda, ſed ſexta & dominus eius ſit infœlix. Ait etiam ſanitatẽ fore firmiorem uitamq; longiorẽ, quàm ab initio fuerit inſtituta, ſi natiuitate perſpecta fiat imago, in qua hæc fortunata ponatur, ſcilicet illius ſignificator uitæ: Itẽ uitæ datores, tum ſigna, tum domini, præſertim aſcendens eiuſq; dominus. Itẽ cœli mediũ,

locus

locus Solis, pars fortunæ, dominus cõiunctionis uel præuẽtionis ante natiuitatẽ factæ. Mali quinetiã infortunati cadant. Cõcludit aſtrologorũ nullum dubitare, quin ad producendã uitã talia cõferant. Prolixũ foret dictu quas per quælibet ſigna facies antiqui, & quas Lunæ ſtationes tanquam neceſſarias in exprimendis imaginibus obſeruabant. Nam in ſtatione Lunæ à gradu Virginis decimoſeptimo ad finem eius faciebant imagines cõtra morbos & odia, & ad iter fœlix. In ſtatione à principio Capricorni ad gradũ duodecimũ, cõtra morbos & diſcordias atq; captiuitatẽ. In ſtatione à gradu duodecimo Capricorni ad gradum uigeſimumquintũ, aduerſus languorem & carcerem. In ſtatione à gradu quarto Piſciũ ad gradũ eiuſdem decimumſeptimum, ad curandos morbos, ad lucrum, ſocietatẽ, ad augendas meſſes. Et in alijs ſimiliter alias, uana ſæpius curioſitate machinabantur. Solas uerò recenſui quæ nõ tam Magum quàm Medicum redolerent. Nam & medicinam eiuſmodi uanã plurimũ fore ſuſpicor. Pro alijs aũt magis legitimis medicinarũ confectionibus eiuſmodi manſiones Lunæ arbitror eligẽdas. Atq; etiã in ariete gradum ſextũ, rurſus decimumnonũ, minuta xxvi. Item in Geminis gradum decimũ, minuta xxxxxi. In Cancro gradum decimumnonum, minuta xxvi. In Libra gradum ſextum,

minuta xxxiiij. In Capricorno gradũ decimũnonũ, minuta xxvi. In Aquario gradũ ſecundũ, minuta xvij. In eodẽ gradu decimumquintũ, minuta viij. Præterea ſententiã Haly mente tenendã: Quodlibet ſignũ quandiu Sol eſt in eo, uiuũ fieri cæteris dominari, effectũ eius præ cæteris euenire, ut illuc lunã dirigas ad donũ inde propriũ pro medicinis ſuſcipiendum. Illuc inquã, id eſt, ad ſignum & faciẽ, & maxime gradum: ut ſi bona Iouis affectas, ad hæc directã Lunam erigas uel unitam, quandiu locũ eiuſmodi Sol illuſtrat, ubi proprietas Iouia uiget. Similiterq; de cæteris. Curioſum uerò narratu foret et fortè noxium, quas imagines, & quemadmodũ aſſociandos uel diſſociandos inter ſe animos fabricabant, ad afferendã felicitatem, uel inferendam calamitatem, uel unicuidam, uel domui uel ciuitati. Ego quidẽ fieri poſſe talia non affirmo. Aſtrologi autẽ fieri poſſe putant, & quomodo, docent, qualia ego narrare nõ audeo, Porphyrius ubi uitam Plotini magiſtri ſui deſcribit, talia fieri poſſe confirmat. Atq; Olympium Magũ & aſtrologũ Aegyptiũ narrat contra Plotinũ Romæ talia tentauiſſe, dum conaretur per imagines uel res eiuſmodi ſiderare Plotinũ: ſed conatus in autorẽ ſuũ ob excelſam Plotini animam fuiſſe retortos. Albertus quoq; Magnus Aſtrologiæ pariter atq; Theologiæ profeſſor ait in Spe-

Quodlibet ſignũ à ſolis cõmunione reddi ualidius.

in Speculo, ubi à licitis diſcernere ſe inquit illicita, imagines rite ab Aſtrologis cõſtitutas, uirtutẽ effectumq; acquirere à figura cœleſti. Atq; ſubinde narrat mirabiles earũ effectus, quales Thebith, Benthorad, & Ptolemæus, cæteriq; aſtrologi pollicentur. Deſcribitq; imagines ad calamitatẽ alicui, proſperitatemq; afferendã, quas conſilio prætermitto. Et interea confirmat effectũ eas habere poſſe: quanquã & ut uir bonus artis damnat abuſum, & ut legitimus Theologus orationes ſuffumigationesq; deteſtatur, quas impij quidã dæmones imaginibus fabricandis adhibuerunt. Neq; tamen reprobat figuras & literas dictionesq; imaginibus impreſſas ad hoc ipſum duntaxat, ut donum aliquod accipiãt à figura cœleſti. Quod quidem poſſe per imagines comparari, Petrus Aponenſis confirmauit. Imò & affirmauit regionem neſcio quã fuiſſe deſtructã per imaginẽ illam, quã Thebith narrat à Phedice aſtrologo fabricatam. Thomas autẽ Aquinas dux in Theologia noſter magis iſta formidat, & minus tribuit imaginibus. Tantũ nanq; uirtutis duntaxat per figuras cœlitus putat acquirere, quantũ cõducat ad illos effectus, quos ſolet communiter cœlum per herbas resq; alias naturales efficere: Nõ tam quia figura talis ſit in ea materia, q̃ quoniã cõpoſitum tale iã poſitũ eſt in certa quadã artificij ſpecie, qualis cũ

cœlo conſentiat: Hæc ait in libro contra Gentiles tertio, ubi charactêres & literas figuris additas ridet. Figuras uerò nõ adeò, niſi pro ſignis quibuſdam ad dæmones adiungantur. In libro etiam de fato ait, cõſtellationes dare ordinem eſſendi atq; perdurandi, non ſolum rebus naturalibus, ſed etiã artificioſis, ideò imagines ſub certis conſtellationibus fabricari. At ſi quid mirabile per eas ultra conſuetos naturaliũ effectus nobis eueniat, in dæmonas reijcit hominum ſeductores, quod in libro contra Gentiles perſpicue patet, maxime uerò in libello de occultis naturæ operibus, ubi uidetur etiam ipſas imagines paruipendere, quomodocunque factas: quas & ego quatenus ipſe iuſſerit, nihilipendã. Referre autem mirabiles quoſdã effectus imaginũ in dæmonũ falſitatem, nec eſt à Platonicis alienũ. Nam & Iamblichus ait, eos qui religione ſumma ſanctimoniaq; poſthabita, imaginibus duntaxat cõfiſi, ab eis diuina ſperant munera, hac in re à malis dæmonibus ſæpiſsime falli, ſub prætextu bonorũ numinũ occurrentibus. Cõtingere tamẽ ex imaginibus legitima Aſtrologiæ ratione cõſtructis naturalia quædã bona, nõ negat. Deniq; tutius fore arbitror medicinis quàm imaginibus ſe cõmittere, rationesq; à nobis poteſtate cœleſti, pro imaginibus aſsignatas, in medicinis potius quàm in figuris efficaciã habere poſſe. Probabile

bile enim eſt ſi quã uim imagines habent, hanc nõ tã per figurã nuper acquirere, quàm per materiã poßidere naturaliter ſic affectã. Ac ſi quid denuò acquiritur dum inſculpitur, non tam per figuram cõparari quàm per calefactionem cõtuſione quadam prouenientem. Quæ quidem contuſio calefactioq́; facta ſub harmonia, cœleſti ſimili harmoniæ, quæ quondam materiæ uirtutem infuderat, excitat uirtutem ipſam atq; corroborat ſicut flatus flammã: & manifeſtã efficit ante latentem, ſicut calor ignis in aſpectum producit literas ſcriptas ſucco cepæ prius deliteſcentes. Atq; literæ hirci adipe inſcriptæ lapidi prorſus occultæ, ſi lapis ſubmergatur aceto, prodeunt, & quaſi ſculptæ eminentes extãt. Imò uerò ſicut tactus ſcopæ uel arbuti ſuſcitat rabiem conſopitã, ſic fortè contuſio quædã & calefactio ſola latentẽ in materia uirtutem prodit, facta uidelicet opportune. Qua quidem cœleſti opportunitate expedit in medicinis cõficiẽdis uti. Aut ſi quis fortè tractare metalla lapidesq́; uoluerit, præſtat percutere ſolũ atq; calefacere, quàm figurare. Præter enim id quod inanes eſſe figuras ſuſpicor haud temerè uel umbrã idololatriæ debemus admittere. Itẽ nec temerè uti ſtellis uel ſalutaribus, ad morbos his ſimilẽ mos expellendos. Hos enim ſæpe augent: ſicut noxiæ ſtellæ dißimiles ſibi morb. aliquãdo minuũt:

Cepæ ſucco ſcriptas literas deliteſcentes ignis prodit.

quod

quod ſanè Ptolemæus et Haly perſpicuè docent.

¶ De fabricanda uniuerſi figura. Caput XIX.

SEd cur nã uniuerſalẽ ipſam, id eſt, uniuerſi ipſius imaginem permittimus? Ex qua tamẽ beneficium ab uniuerſo ſperare uidentur. Sculpet ergo ſectator illorum fortè qui poterit formã quãdam mundi totius arhetypam ſi placebit in ære: Quam deinde opportune in argenti lamina imprimat aurata. Sed quando potiſsimũ imprimet? Quando Sol minutum primum Arietis attigerit. Hinc enim Aſtrologi tanquã ex ſui natalis reuolutione, fortunã mundi eo ſaltem anno imminentem auſpicantur. Ille igitur in hoc ipſo mundi natali totius imprimet mundi figuram. At uidésne quàm belle inter diſſerendũ mundi aliquando nati nobis ſuccurrerit argumentũ? ſiquidem quolibet anno renaſcitur. Nónne in ipſa hominis geneſi metiuntur Aſtrologi: primũ in quo ſigno, quo gradu, quo minuto Sol extiterit? Ibiq; totius figuræ iaciunt fundamentum. Et quolibet deinceps anno, quũ primũ Sol minutũ ſubierit idem, quaſi renatum hominẽ arbitrantur, atq; inde præſagiunt anni fortunã. Sicut igitur id in homine facere nõ ualerent, niſi quaſi renaſceretur: atq; hic nõ poſſet quaſi renaſci, niſi fuiſſet aliquãdo natus: ſic & mundũ conijcere licet aliquando genitũ, Sole ui-

Aſtrologi à primo ſolis in Arietem ingreſſu, anni qualitatem præſagiunt.

delicet

delicet ſub minuto Arietis primo tũc poſito, quã doquidẽ per eundem quolibet anno ſitũ, ſors quædam quaſi renaſcentis mundi reuoluitur. Tunc igitur ille fabricabit mundi figurã. Cauebit autẽ ne ſabbato Saturni die figurã ſculpat aut exprimat. Hoc enim die deus mundi faber ab opere traditur quieuiſſe, quod ab ideali die Solis inceperat. Quantũ enim Sol generationi accõmodatus eſt, tantũ Saturnus ineptus. Perfecerat autem opus in Venere, pulchritudinẽ operis abſolutã ſignificãte Sed de mundanæ fabricæ rationibus ultra. Ioannes enim Picus noſter Mirandula diuina de geneſi mũdi myſteria Moſeos diuinitus his diebus expreſſit. Quamobrem ut redeamus ad inſtitutum, & ille mundum ſuũ primum die uel hora Saturni nõ ſculpet, ſed potius uel hora Solis. Imprimet autẽ in anni natali, præſertim ſi tunc felices accedãt Iupiter atq; Diana. Optimũ uerò fore putabunt præter lineamẽta opificio colores inſerere. Sunt uerò tres uniuerſales ſimul & ſingulares mũdi colores: uiridis, aureus, ſapphirinus, tribus cœli gratijs dedicati: Viridis quidem Veneri ſimulatq; Lunæ: humidus uidelicet humidis atq; naſcentiũ proprius, accõmodatus & matribus. Aureũ Solis eſſe colorẽ nemo dubitat, & ab Ioue inſuper atq; Venere non alienũ. Sapphirinũ deniq; Ioui maxime dedicamus, cui & Sapphirus ipſe dicitur cõſecratus.

Mundi tres colores.

tus. Vnde & lapis lazulus hoc colore dotatus ob uirtutē Iouiam cōtra bilem atram à Saturno pro fectam, apud medicos prærogatiuam habet, naſci turq́; cum auro, aureis diſtinctus notis, ita comes auri ſicut Solis eſt Iupiter. Similemq́; uim habet lapis Armenus, colorē ſimilem cum uiridi quodā modo poßidēs. Expedire igitur iudicabūt ad gra tiarum cœleſtiū munera capeſſenda treis potißi mū hos colores frequētißime contueri, atq; in for mula mundi quam fabricas, ſapphirinū colorem mundi ſphæris inſerere. Operæ precium fore pu tabunt aurea ſphæris ad ipſam cœli ſimilitudinē addere ſidera, atq; ipſam Veſtā, ſiue Cererem, id eſt, terram, uiridem induere ueſtem. Eiuſmodi for mulam ſectator illorū uel geſtabit, uel oppoſitam intuebitur. Vtile uerò fore ſpectare ſphæram mo tibus ſuis præditam, qualem Archimedes quondā & nuper Florentinus quidam noſter, Laurentius nomine, fabricauit. Neq; ſpectare ſolum, ſed etiā animo reputare. Proinde in ipſis ſuæ domus pe netralibus cubiculum conſtruet in fornicem actū, figuris eiuſmodi & coloribus inſignitum, ubi plu rimum uigilet atq; dormiat. Et egreſſus domo nō tantā attentione ſingularū rerum ſpectacula, quā ta uniuerſi figuram coloresq́; perſpiciet. Sed hæc imaginum fictores illi uiderint. Tu uerò præſtan tiorem in te finges imaginem: nempe quum noue-

ris

ris nec quicquã ordinatius eſſe quàm cœlum, neq; temperatius aliquid cogitari quàm Iupiter, ſperabis ita demum beneficia cœli Iouisq; conſequi, ſi cogitationibus, affectibus, actionibus, uictu teipſum ordinatiſsimum temperatiſsimumq; præſtiteris. At poſtquã in mentionem temperaturæ cœleſtis incidimus, opportunum fortè fuerit recordari nullum ineſſe cœlo elementaris qualitatis exceſſum, ut Peripatetice loquar: alioquin ſiue ita cõpoſitum ſit, iam eſſet tot ſæculis diſſolutum: ſiue etiam ſimplex, tanta ſaltẽ magnitudine, potentia motione cætera perdidiſſet. Sed profectò tanquã moderatiſsimũ omnia moderatur, ac diuerſa cõmiſcet in unũ. Præterea tum hac ipſa tẽperantia ſua, tum excellẽtia formæ diuinitus uitam meruit. Nã & res cõpoſitas tunc demum uitam adipiſci uidemus, quando qualitatũ perfecta cõmixtio priorẽ iam cõtrarietatem fregiſſe uidetur, ut in plantis. Perfectiorem deinceps in animalibus uitã, quatenus ineſt in eis cõplexio à contrarietate remotior quàm in plantis. In hominibus rurſum eadẽ ratione perfectiorẽ, & quodãmodo iam cœleſtem. Siquidẽ humana cõplexio ad cœleſtẽ temperantiã iam acceſsit, præſertim in ſpiritu, qui ultra ſubſtãtiæ ſuæ ſubtilitatem qualitatumq; temperantiam quibus cum cœlo conſentit, cœleſtẽ quoq; lucem eſt adeptus. Hic inſuper ubi maxime talis eſt potiſsimum

Cœlum omnis exceſſus qualitatum expers

tiſsimũ eſt cœleſtis, uitãq; cœleſtẽ diuinitus præ cæteris eſt adeptus. Et *quatenus ſe talẽ in omni uictu legeq; uitæ efficit atq; ſeruat, eatenus ſingularia cœleſtiũ dona reportat. Q*u*ãdo uerò dicimus non eſſe in cœlo ullũ elementaris qualitatis exceſſum, intelligimus uel nullã eſſe ibi eiuſmodi qualitatem, ſed uirtutes potius effectrices qualitatum tẽperatas: uel ſi quæ ſunt illic quodammodo ſimiles qualitates, quaſi aeriã habere temperiẽ.* Atq; *ubi quædã illic frigida ſiccaq; nominamus,* Platonica *hæc accipimus ratione, id eſt, ut frigidum appelletur quod minimi caloris eſt cauſa,* Siccũ *uerò quod humorẽ nobis exhibet minimũ.* Sic *aſtrologus* Abraham, *Saturnũ inquit corpus noſtrũ quodammodo relinquere frigidum atq; ſiccũ, quia calorem atq; humorem affert noſtro minorem.* Eadem *ratione carnes bouis & leporis in ſe quidem calidæ atq; humidæ, nobis frigidæ ſunt & ſiccæ.* Ex *hac autem inductione duo hæc accipe corollaria:* Primum *quidem, ſi corpora magis deinceps temperata, magis uiuunt, cœlum maxime temperatum quàm maxime uiuere.* Imò *uerò uiciſsim, ex eo quod cœlum exactiſsime temperatum abſolutiſsimam in ſe uitam poſsidet, coniectari, ut quatenus reliqua ad temperiem uitamq; illius accedunt, eatenus uitã ſortiri præſtantiorẽ.* Alterum *uerò, uitã eſſe formã in ſe perfectã, perficientẽq;*

corpus

corpus,motioniſq́; principiũ exhibentẽ. Princi*piũ inquã intimũ,motionis quoq; tum intrinſecus actæ, tum per omnem partem extrinſecus expeditæ. Si igitur idipſum uita eſt, mente captũ exiſtimato qui eiuſmodi formam non cognouerit ineſſe cœlo,corpore præſtantiſsimo,circumeunte ſemper motione perfecta, cuncta uiuificãte, magiſq; illa gradatim, quæ uel ad ipſius ſimilitudinem naturaliter propinquius acceſſerũt, uel quotidie huius influxibus aptius ſe exponunt.*

¶ *Quantam imagines uim habere putentur in ſpiritum,& ſpiritus in eas:* Et *de affectu utentis & operantis.* Cap. XX.

COmpertũ habemus,ſi quis rite utatur helleboro,feratq́; potenter,mutare quodãmodo exquiſita purgatione & occulta eius proprietate qualitatẽ ſpiritus corporiſq́; naturam,& ex parte motus animi,& quaſi reiuueneſcere,ut fermè uideatur eſſe renatus. Vnde Medeã Magoſq; tradunt herbis quibuſdàm reddere iuuentutẽ conſueuiſſe,quam nõ tam reddunt myrobolani quàm conſeruant. Similem Aſtrologi poteſtatẽ propitias habere imagines arbitrantur, per quã geſtãtis naturã & mores quodãmodo mutent,in meliuſq; reſtituãt,ut quaſi iam alter euaſerit,aut ſaltẽ proſperam ualetudinem diutiſsime ſeruent. Ima- Imagines quantam uim habere putẽtur in ſpiritum et ſpiritus in eas.

P

gines uerò noxias aduerſus geſtantē habere uim hellebori præter artem potentiamq́; aſſumpti, uenenoſam uidelicet atq; peſtiferam. Aduerſus aũt alium quendam, ad cuius calamitatē fabricatæ intētæq́; fuerint, uim ænei ſpeculi cõcauiq́; ſic prorſus obiecti, ut collectis repercuſsisq́; in oppoſitũ radijs, cominus quidem comburat, eminus autem caligare compellat. Hinc orta eſt hiſtoria uel opinio, putans Aſtrologorum machinis, magorumq́; ueneficijs homines, bruta, plãtas, ſiderari atq; tabeſcere poſſe. Ego autem imagines in rem diſtantem, uim habere ullam non ſatis intelligo. Habere uerò in geſtantem nonnullam ſuſpicor, non tamen talem opinor qualē pleriq; fingunt, & hanc ratione materiæ potius quàm figuræ: atq;, ut dixi, lõgo interuallo medicinas imaginibus antepono. Quanquam Arabes & Ægyptij tantum ſtatuis imaginibusq́; attribuunt arte aſtronomica & magica fabricatis, ut ſpiritus ſtellarum in eis includi putent. Spiritus autem ſtellarum intelligunt alij quidem mirabiles cœleſtium uires, alij uerò dæmonas etiam ſtellæ huius illiúsue pediſſequos. Spiritus igitur ſtellarum qualeſcunq; ſint, inſeri ſtatuis & imaginibus arbitrantur, nõ aliter ac dæmones ſoleant humana nonnunquam corpora occupare, perq́; illa loqui, moueri, mouere, mirabilia perpetrare. Similia quædam per imagi-

Helleborus purgat occulta proprietate.

imagines facere ſtellarum ſpiritus arbitrantur. Putant dæmonas mundani ignis habitatores per igneos humeros uel ignitos, ſimiliterq́; per ignitos ſpiritus & affectus eiuſmodi noſtris inſinuari corporibus. Similter ſtellarũ ſpiritus per radios opportune ſuſceptos ſuffumigationesq́; & lumina, tonosq́; uehementes cõpetentibus imaginum materijs inſeri, mirabiliaq́; in geſtantẽ uel propinquantem efficere poſſe. Quæ quidẽ nos per dæmonas fieri poſſe putamus, nõ tam materia certa cohibitos, quàm cultu gaudẽtes. Sed hæc alibi diligentius. Tradunt Arabes ſpiritũ noſtrũ quando ritè fabricamus imagines, ſi per imaginationẽ & affectum ad opus attentiſſimus fuerit, & ad ſtellas coniungi cum ipſo mundi ſpiritu atq; cum ſtellarum radijs, per quos mundi ſpiritus agit, atq; ita coniunctum eſſe ipſum quoq; in cauſa, ut à ſpiritu mundi per radios quidam ſtellæ alicuius ſpiritus, id eſt, uiuida quædam uirtus infundatur imagini, potiſſimum hominis tunc operantis ſpiritui conſentanea. Adiuuari quoq; ſuffumigationibus ad ſtellas accõmodatis opus eiuſmodi, quatenus ſuffumigationes tales aerem radios, ſpiritum fabri, imaginis materiã ſic prorſus afficiũt. Ego uerò odores quidem tanquam ſpiritui aeriq́; natura perſimiles, & quũ accenſi ſunt, ſtellarum quoq; radijs conſentaneos arbitror: ſi Solares uel

Ioui ſunt, afficere aerem ac ſpiritum uehementer ad dotes Solis aut Iouis tunc dominantis opportune ſub radijs capiendas, atq; ſpiritũ ſic affectũ, ita donatũ, poſſe uehementiore quodã affectu, nõ ſolum in propriũ corpus agere, ſed propinquum præſertim natura conforme quidem, ſed debilius, & conſimili quadam afficere qualitate. Materiã uerò imaginis duriorem ab odoribus & operantis imaginatione, uix minimum quiddam ſuſcipere poſſe puto: ſpiritũ tamẽ ipſum ab odore ſic affici, ut ex ambobus unum conficiatur. Quod quidem ex eo patet, quod odor non agit ulterius in olfactũ, poſtquã ſatis egit. Olfactus enim & quoduis aliud à ſeipſo uel ſimilimo quopiam nihil patitur. Sed de his alibi. Proinde imaginationis intẽtionem, non tam in fabricandis imaginibus uel medicinis uim habere, quàm in applicandis et aſſumendis exiſtimo: ut ſi quis imaginem (ut aiunt) geſtans rite factã, uel certe medicina ſimiliter utens, opem ab ea uehemẽter affectet, & proculdubio credat, ſperetq; firmiſsime, hinc certe quàmplurimus ſit adiumẽto cumulus acceſſurus. Nam ubi uel uirtus imaginis ſiqua eſt, tangentis carnẽ penetrat calefacta, ſaltem uirtus in electa eius materia naturalis, uel certe medicinæ uigor intus aſſumptæ, uenis ac medullis illabitur, Iouiã ſecum ferens proprietatem, ſpiritus hominis in ſpiritum eiuſmodi

Fidem in imagines conferre.

eiuſmodi Iouium affectu, id eſt amore tráſfertur. Vis enim amoris eſt tráſferre. Fides autem ſpesq́; non dubia, ſpiritum hominis iam ita percitum ſiſtit in ſpiritu Iouio penitus atq; firmat. Quod ſi quemadmodum Hippocrates et Galenus docent. ægrotantis amor fidesq́; erga Medicum inferiorem exterioremq́; ad ſanitatem plurimum conferunt (imò uerò fiduciam hanc Auicenna plus inquit efficere quàm medicinã) quantũ ad cœleſtem opem cõducere putandum eſt, affectum fidemq́; nobis erga cœleſtem influxum iam nobis inſitũ, agentem intus, uiſcera penetrantem? Iam uerò amor ipſe fidesq́; erga cœleſte donum, ſæpe cœleſtis adminiculi cauſa eſt, atq; uiciſsim amor & fides hinc aliquando forſan proficiſcitur, quod ad hoc ipſum iam nobis faueat clementia cœli.

Fidem mirificã habet potentiam.

2. Canon.

¶ De uirtute uerborum atq; cantus ad beneficium cœleſte captandum: ac de ſeptem gradibus perducentibus ad cœleſtia.

Caput XXI.

Verba præterea quædam acriore quodam affectu pronunciata, uim circa imagines magnam habere cenſent ad effectum earum illuc propriè dirigendum, quorſum affectus intenduntur & uerba. Itaque ad duos ardentiſsimo quodam amore cõciliandos, imaginem ſub Luna co-

eunte cum Venere in Piſcibus uel Tauro fabricabant, multis interim circa ſtellas uerbaq; curioſius obſeruatis, quæ referre nõ eſt conſiliũ. Non enim philtra docemus, ſed medicinas. Probabilius autem eſt effectus eiuſmodi per Venereos dæmonas confici, his operibus uerbiſq; gaudentes, uel per dæmonas ſimpliciter ſeductores. Nam & Apollonium Theanæum ſæpe Lamias deprehendiſſe & prodidiſſe ferunt, dæmonas ſcilicet quoſdã ſalaces Venereoſq;, qui formoſas puellas ſimulẽt, pelliciantq; formoſos, quos ut ſerpens elephantẽ ore, ſic illi illos ore uulua pariter exugãt, ac prorſus exhauriant. Sed hæc Apollonius ipſe uiderit.

Verbis atque cantibus uires ineſſe.

In uerbis autem certis uim eſſe certã atq; magnã Origenes aſſerit contra Celſum, & Syneſius atq; Alchindus de Magia diſputantes. Item Zoroaſter uetans barbara uerba mutare, Iamblichus quoq; ſimiliter. Item Pythagorici uerbis & cantibus atque ſonis mirabilia quædam Phœbi & Orphei more facere conſueti.

Cantus & uerba magnã uim ad beneficium cœleſte captandũ habere.

Quod Hebræorum antiqui doctores præ cæteris obſeruarunt, omnéſque Poetæ miranda canunt carminibus effici. Et grauiſſimus ille Cato in Re ruſtica, in curandis beſtiarum morbis, aliquando barbaris cantionibus utitur. Sed præſtat dimittere cantiones. Concentum uerò illum, quò adoleſcens Dauid Saulem ab inſania redimebat, niſi myſterium iuſſerit ad diuinitatem

nitatem referri, referet fortè aliquis ad naturam. Quum uerò pro ſeptem Planetarum numero, ſeptem quoque ſint gradus, per quos à ſuperioribus ad inferiora fit attractus, uoces medium gradum obtinent, & Apollini dedicantur. Infimum quidem tenent gradum materiæ duriores, lapides atque metalla, ac Lunam referre uidentur. Secundum in aſcenſu locum habent, quæ ex herbis, arborum fructibus, gummis, membris animalium componuntur, reſpondéntque Mercurio, ſi ordinem in cœlo ſequimur Chaldæorum. Tertium pulueres ſubtiliſsimi, eorúmque uapores ex prædictis electi, odorésque ſimpliciter herbarum & florum & unguentorum ad Venerem pertinentes. Quartum uerba, cantus, ſoni, quæ omnium rite dedicantur Apollini, Muſicæ præ cæteris autori. Quintum uehementes imaginationis conceptus, formæ, motus, affectus uim Martiam referentes. Sextum rationis humanæ diſcurſiones deliberationésque conſultæ pertinentes ad Iouem. Septimum ſecretiores ſimpliciorésque intelligentiæ quaſi iam à motu ſeiunctæ, coniunctæ diuinis, deſtinatæ Saturno. Quem meritò Sabath Hebræi nomine quietis appellant. Quorſum hæc? ut intelligas, quemadmodum ex certa herbarum uaporúmque compoſitione confecta, per artem tum Medicam, tum

aſtronomicam, reſultat cõmunis quædam forma uelut harmonia quædam ſiderum dotata muneribus: Sic ex tonis primo quidem ad ſtellarũ normã electis, deinde ad earundem congruitatem inter ſe compoſitis, cõmunem quaſi formam fieri, atq; in ea cœleſtem aliquã ſuboriri uirtutem. Difficillimum quidem eſt iudicatu, quales potiſsimum toni qualibus conueniant ſtellis, quales item tonorum compoſitiones, qualibus præcipuè ſideribus aſpectibusq́; cõſentiant. Sed partim diligentia noſtra, partim diuina quadam ſorte non aliter id aſſequi poſſumus, quàm Andromachus in theriaca componenda diutiſsime fatigatus, ac tandem poſt diligentiam, diuina ſorte conſequutus theriacæ uirtutem. Quod quidem contigiſſe diuinitus Galenus & Auicenna confirmat. Imò uerò totam medicinam exordiũ à uaticinijs habuiſſe, teſtis eſt Iamblichus atq; Apollonius Theanæus. Ideoq́; Phœbum uatem medicinæ præponunt. Tres uerò potiſsimũ regulas ad hoc afferemus, ſi prius admonuerimus, ne putes nos in præſentia de ſtellis adorãdis loqui, ſed potius imitãdis, et imitatione captãdis. Neq; rurſum de donis agere credas, quæ ſtellæ ſint electione daturæ, ſed influxu potius naturali. Ad quem profectò multiplicem & occultũ, ita nos exquiſitis ſtudemus modis accõmodare ſicut quotidie ad manifeſtũ Solis lumen caloremq́; ſalu-

Medicinæ exordium.

ſalubriter excipiendum noſipſos accõmodamus. Aptare uerò ſeipſum ad occultas dotes eius atq; mirificas, ſolius ſapientis eſt officium. Sed iam ad regulas cãtum ſideribus accõmodaturas perueniamus. Prima eſt, exquirere quas in ſe uires quosúe ex ſe effectus ſtella quælibet & ſidus & aſpectus habeant, quæ auferant, quæ ferant: Atq; uerborũ noſtrorũ ſignificationibus hæc inſerere: deteſtari quæ auferunt, probare quæ ferunt. Secunda, conſiderare quæ ſtella cui loco maxime uel homini dominetur. Deinde obſeruare qualibus cõmuniter hæ regiones & perſonæ tonis utãtur & cantibus ut ipſe ſimiles quoſdã unà cum ſignificationibus modo dictis adhibeas uerbis, quæ siderib. eiſdem ſtudes exponere. Tertia, ſitus aſpectusq; ſtellarũ quotidianos animaduertere, atq; ſub his explorare, ad quales potiſſimum ſermones, cantus, motus, ſaltus, mores, actus incitari homines plerique ſoleant, ut talia quædam tu pro uiribus imiteris in cantibus, cœlo cuidam ſimili placituris, ſimilemq; ſuſcepturis influxũ. Memento uerò cantum eſſe imitatorem omnium potentiſſimum. Hic enim intentiones affectionesq; animi imitatur et uerba, refert quoq; geſtus motusq; corporis & actus hominum atq; mores: tamq; uehementer omnia imitatur & agit, ut ad eadem imitanda uel agenda, tum cantantem, tum audientes ſubito pro-

Cantum afficere.

uocet. Eadem quoq; uirtute quando cœleſtia imitatur, hinc quidem ſpiritum noſtrum ad cœleſtem influxum, inde uerò influxum ad ſpiritum mirifice prouocat. Iam uerò materia ipſa concentus purior eſt admodum, cœloq́; ſimilior, quàm materia medicinæ. Eſt enim aer etiam hic quidem calens ſiue tepens, ſpirans adhuc, & quodammodo uiuẽs, ſuis quibuſdam articulis artubusq; compoſitus, ſicut animal: nec ſolum motum ferens, affectumq́; præferens, uerumetiam ſignificatũ afferens quaſi mentem, ut animal quoddam aerium & rationale quodammodo dici poſsit. Cõcentus igitur ſpiritu ſenſuq; plenus, ſi fortè tum ſecundũ eius ſignificata, tum ſecundum eius articulos atq; formam ex articulis reſultantẽ, tum etiam ſecundum imaginationis affectum huic ſideri reſpondeat, aut illi, non minorem inde uirtutẽ quàm quælibet alia compoſitio traijcit incantantẽ, atq; ex hoc in proximũ auditorẽ, quouſq; cantus uigorẽ ſeruat ſpiritumq́; canentis, præſertim ſi cantor ipſe ſit natura Phœbeus, uehementemq́; habeat uitalẽ cordis ſpiritũ atq; inſuper animalem. Sicut enim uirtus ac ſpiritus naturalis ubi potentiſsimus eſt mollit ſtatim, liquefacitq́; alimenta duriſsima, atq; ex auſteris mox dulcia reddit, generat quoq; extra ſe ſeminalis ſpiritus productione propaginem: ſic uitalis animalisq́; uirtus ubi efficaciſsima fuerit,

ibi

ibi intentiſsima quadam ſui ſpiritus per cantum, tum conceptione agitationeq́; in corpus propriũ potenter agit, tum effuſione mouet ſubinde propinquum, afficitq́; cum ſuum, tum alienũ ſiderea quadam proprietate, quã tum ex ipſa ſui forma, tum ex electa temporis opportunitate concepit. Hac utiq; ratione orientales meridionalesq́; multi, præcipue Indi, admirandam feruntur in uerbis habere potentiã, utpote qui magna ex parte Solares ſunt. Vimq́; nõ naturalem dico, ſed uitalem et animalem habent fermè omnium potentiſsimam, & quicunq; in regionibus alijs maximè ſunt phœbei. Cantus autem hac uirtute, opportunitate, intentione conceptus, fermè nihil aliud eſt quàm ſpiritus alter nuper penes ſpiritum tuum in te conceptus, factusq́; Solaris, & agens tum in te, tum in proximũ poteſtate Solari. Si enim uapor & ſpiritus quidam aliquando per radios oculorũ, uel aliter foras emiſſus faſcinare, inficere, aliterq́; afficere proximũ poteſt: multo magis id ualet ſpiritus ab imaginatione cordeq́; ſimul uberior profluens, & feruentior, motuq́; ualentior, ut non omnino mirum ſit, morbos quoſdam animi atq; corporis ſic auferri poſſe aliquando, uel inferri præſertim, quoniam ſpiritus eiuſmodi Muſicus propriè tangit, agitq́; in ſpiritum inter corpus animamq́; medium, & utrunque affectione ſua prorſus

afficientem

afficientem. Mirabilem uerò in concitato canenteq́; ſpiritu uim eſſe cõcedes, ſi Pythagoricis Platonicisq́; conceſſeris, cœlum eſſe ſpiritum, motibus tonisq́; ſuis omnia diſponentem. Memento uerò totam procedere Muſicã ab Apolline. Atq; eatenus Iouẽ eſſe muſicũ, quatenus eſt cum Apolline concors. Venerem inſuper & Mercuriũ Muſicam uicinitate Apollinis reportare. Item ad hos quatuor duntaxat attinere concentus: tres uerò reliquos uoces quidem habere, non cantus: Iam uerò uoces tardas, graues, raucas, querulas, Saturno tribuimus. Marti uerò cõtrarias, ueloces acutasq́; & aſperas & minaces. Medias uerò Lunæ. Concentus autem Ioui quidem graues & intentos dulcesq́; & cum conſtantia lætos. Contrà Veneri cum laſciuia & mollitie uoluptuoſos cantus adſcribimus. Inter hos uerò medios Soli tribuimus & Mercurio. Si unà cum gratia ſuauitateq́; ſunt uenerabiles & ſimplices & intenti, Apollinei iudicantur. Si unà cum iucunditate remiſsiores quodãmodo ſunt, ſtrenui tamẽ atq; multiplices, Mercuriales exiſtunt. Tu igitur horum quatuor unũquenq; cantibus tibi ſuis conciliabis, præſertim ſi cõpetentes cãtibus ſonos adhibeas, adeò ut quũ eorum more opportune canendo & ſonando clamaueris, reſponſuri protinus uideantur, uel inſtar Echo, uel ſicut corda quædam in cithara tremẽs,

quoties

quoties uibratur altera, temperata ſimiliter. Atq; ut uult Plotinus & Iamblichus, ita naturaliter id tibi continget è cœlo, quemadmodum uel ex cithara reboatus ſiue tremor, uel ex oppoſito pariete fit Echo. Profectò quoties ex frequenti quodā uſu, harmoniæ Iouiæ, uel Mercuriales, uel Venereæ, factæ uidelicet his regnantibus, ſpiritus tuus ad hoc ipſum attentiſsime canens, harmoniæq; cōformatus euadit Iouius, uel Mercurialis, uel Venereus. Interea phœbeus euadit, ſiquidem Phœbi ipſius Muſicæ ducis uirtus in omni conſonantia uiget. Atq; uiciſsim ex cantu ſonoq; phœbeo ipſe Phœbeus euadens, uirtutem Iouis interim tibi uēdicas & Veneris atq; Mercurij. Rurſusq; ex ſpiritu ſic intus affecto, ſimiliter afficis animam atque corpus. Memento uerò orationem apte & opportune compoſitam, & affectu ſenſuq; plenam atque uehementem, ſimilem cantibus uim habere. Quantam in orando potentiam Damis & Philoſtratus habere ſacerdotes quoſdam Indos narrēt, referre non expedit: nec etiam quibus uerbis Apolloniū euocaſſe manes Achillis affirment. Non enim loquimur nunc de numinibus adorandis, ſed de naturali quadā poteſtate ſermonis & cantus atq; uerborum. Eſſe uerò phœbeam medicamq; in ſono, & eo quidem certo potentiā, ex eo patet quòd quæ in Apulia tacti Phalangio ſunt, ſtupent omnes

Oratio qualis eſſe debeat.

omnes, ſemianimesq́; iacent, donec certum quiſq; ſuumq́; ſonum audiat. Tunc enim ſaltat ad ſonum apte, ſudat inde atque conualeſcit. Ac ſi poſt annos decem ſimilem audiuerit ſonum, ſubitò concitatur ad ſaltum. Sonum uerò illum ex indicijs eſſe phœbeum Iouialemq́; conijcio.

¶ Quomodo ſeptem modis nos cœleſtibus accõmodare poßimus: et quibus Saturnus ſit maleficus, quibus propitius. Quos Iupiter à Saturno defendat. Quomodo cœlum agat in ſpiritum & corpus & animam.

Cap. XXII.

QVoniam uerò cœlum eſt harmonica ratione compoſitum, moueturq́; harmonice, & harmonicis motibus atq; ſonis efficit omnia, meritò per harmoniam ſolam non ſolum homines, ſed inferiora hæc omnia pro uiribus ad capienda cœleſtia præparãtur. Harmoniam uerò capacem ſuperiorũ per ſeptem rerum gradus in ſuperioribus diſtribuimus. Per imagines uidelicet (ut putãt) harmonice conſtitutas. Per medicinas ſua quadam cõſonantia temperatas: Per uapores odoresq́; ſimili concinnitate confectos: Per cantus Muſicos atq; ſonos. Ad quorũ ordinẽ uimq́; referri geſtus corporis ſaltusq́; & tripudia uolumus: per imaginationis

Cœleſtibus nos ſeptem modis accõmodare poßimus.

tionis conceptus,motusq; cõcinnos:per congruas rationis diſcurſiones:per tranquillas mentis contemplationes. Sicut enim corpus per harmoniam quotidie ſuam,id eſt per ſitum & habitum & figuram opportune lumini caloriq; Solis exponimus:ſic & ſpiritum occultis ſtellarum uiribus cõparandis,per ſuam quãdam ſimilem harmoniam, imaginibus ut opinantur, & certe medicinis,odoribus harmonice compoſitis comparatam,& deniq; per ſpiritum ſuperis ita paratum(ut ſæpe diximus) animam eiſdem exponimus atq; corpus. Animam inquam, quatenus affectu ad ſpiritum inclinatur & corpus. In anima uerò nunc imaginationem,rationem,mentem ponimus. Poteſt utique imaginatio noſtra uel propter qualitatem motumq; ſpiritus,uel per electionem noſtram,uel etiam utrinq; ita diſponi,componi,cõfirmari Marti Soliue,ut ſit eueſtigio proprium influxus Phœbei uel Martij ſuſceptaculum. Similiter ratio,uel per imaginationem ſpiritumq; ſimul,uel per deliberationem,uel utrinque,ſic ad Iouem imitatione quadam comparare ſe poteſt,ut multo magis ob dignitatem propinquitatemq; ſuam ipſa Iouem capiat & munera Iouis, quàm imaginatio ſiue ſpiritus: quemadmodum imaginatio ſpiritusq; eadem ratione multo magis cœleſtia capiũt, quàm res et materiæ quæuis inferiores. Mens deniq; contẽplatrix

trix quatenus ſeipſam non ſolum ab his quæ ſentimus, uerumetiam ab eis quæ imaginamur cõmuniter moribusq; argumẽtamur humanis, ſeuocat, & affectu, intentione, uita, ad ſeparata ſe reuocat, Saturno quodammodo ſe exponit. Huic ſoli propitius eſt Saturnus. Sicut enim Sol animalibus quidem nocturnis inimicus eſt, diurnis autem eſt amicus: ita Saturnus hominibus uel uulgarem palàm uitam agentibus, uel fugientibus quidẽ uulgi conſuetudinem. Vulgares tamen affectus nõ dimittentibus eſt aduerſus. Vitam nanq; cõmunem conceßit Ioui, ſeparatã uerò ſibi uendicauit atq; diuinã. Mentibus autem hominũ re uera hinc pro ſegregatis tanquã ſibi cognatis quodammodo eſt amicus. Nam & ſpiritibus ſublimẽ habitantibus aerem ipſe Saturnus (ut Platonice loquar) eſt pro Ioue, ſicut Iupiter hominibus cõmunem agentibus uitam eſt iuuans pater. Nullis uerò Saturnus eſt infenſior, quàm hominibus cõtemplatiuam uitam ſimulantibus quidem, nec agentibus. Hos enim nec Saturnus agnoſcit ut ſuos, nec Iupiter ipſe Saturni temperies, adiuuat eos, qui communes hominũ leges moresq; & cõmercia fugiunt. Hæc enim ſibi Iupiter uſurpauit (ut aiũt) ligato Saturno, ſegregata Saturnus. Quãobrem Lunares illi populi, quos Socrates in Phædone deſcribit, eminentißimam terræ ſuperficiẽ, et altiorem nubibus habitan-

Saturnus quibus amicus.

Lunares populi.

habitãtes, uidẽtes ſobrij admodũ frugibusq́; cõtẽti, et ſecretioris ſapiẽtiæ ſtudio religioniq́; dediti Saturni felicitatẽ guſtant, uitamq́; agunt ita proſperã, tam longæuẽ, ut nõ tam mortales homines, quàm immortales dæmones habeantur: quos heros multi nominant, aureũq́; genus Saturnio quodam ſeculo regnoq́; gaudens. Quod forſan aſtrologos Arabes uoluiſſe puto, ubi aiunt ultra lineã æquinoctialem ad meridiẽ eſſe ſubtiliſſimos habitatores quoſdã dæmonas, qui nec oriri uideãtur, neq́; mori, ibiq́; poteſtatẽ habere Saturnum, caudamq́; Draconis. Quod ſanè cõfirmare uidetur Albumaſar in libro Sadar, dicẽs quaſdam Indiæ regiones Saturno ſubiectas eſſe, ibiq́; homines eſſe ualde longæuos, ac ſenio plurimũ extremo decedere. Rationemq́; aſsignat, quoniã Saturnus non lædat domeſticos, ſed externos. Tu uerò poteſtatem Saturni ne negligas. Hunc enim ferunt Arabes omnium potentiſsimũ, planetas ſanè uires eorum ſubire ad quos accedunt: omnes uerò ad eum accedere potius quàm uiciſsim, Planetasq́; coniunctos illi, natura illius agere. Eſt enim ipſe inter planetas orbis ampliſsimi caput. Quilibet ſanè Planeta ſui orbis caput eſt et cor & oculus Saturnus, item ſtellis proximus eſt innumeris, primoq́; mobili quàm ſimilimus, longum ait circuitũ. Eſt altiſsimus Planetarũ, unde felicem eum uocant.

Indiæ habitatores longæuos eſſe.

India Saturno ſubiecta

cui ille feliciter aſpirauerit. Et quãuis eum tanquã à cõmuni uita hominum alienum plerunq; maxime uereantur, placari tamen etiam cõmuni utiæ putant, ſi quando plurimã in aſcendente poteſtatẽ dignitatemq́; habuerit, aut Iupiter eum ſuus feliciter aſpexerit, uel in ſuis finibus excellenter acceperit: alioquin influxus illius opportune ſuſceptus, in materia præſertim craſſa fit quaſi uenenũ, ſicut et ouũ putrefactione uel aduſtione fit uenenoſum, unde naſcuntur uel euadunt immundi quidam, ignaui, triſtes, inuidi, dæmonibus immundis expoſiti, quorum commercium procul effugito. Nam Saturni uenenum alibi quidem ſopitum latet, ceu ſulphur à flamma remotum. In uiuentibus uerò corporibus ſæpe flagrat, atq; ut ſulphur accẽſum nõ comburit ſolum, ſed uapore etiã noxio omnia circum implet, atq; inficit propinquantes. Contra influxum eius hominibus communiter peregrinum & quodammodo diſſonũ nos armat Iupiter, tum naturali qualitate ſua, tum alimentis medicinisq́; certe ſuis, atq; (ut putant) etiam imaginibus, tum etiam moribus negocijsq́; & ſtudijs atq; rebus ad ipſum propriè pertinentibus. Noxiũ uerò influxum Saturni effugiunt, ſubeuntq́; propitium non ſolum qui ad Iouem confugiunt, ſed etiam qui ad diuinam contemplationem ab ipſo Saturno ſignificatam tota mente ſe conferunt. Hoc enim pacto ma-

Saturnus ouo ſimilis

ĉto malignitatem fati deuitari poſſe Chaldæi & Ægyptij atq; Platonici putant. Quum enim cœleſtia nolint eſſe corpora uana, ſed diuinitus animata, atq; inſuper mentibus recta diuinis: nimirũ illinc ad homines nõ ſolum quamplurima ad corpus & ſpiritũ pertinentia, ſed multa etiam bona quodammodo in animã redundantia proficiſci uolunt, non à corporibus in animam ſed ab animis. Magis autem hæc pluraq; eiuſmodi à mentibus ſuperioribus cœlo profluere. Inter hæc ſi rationes omnes aßignare uolueris, quibus adductus Moſes ociũ ſabbati mandauit Hebræis, forſan ultra ſublimiorem ſecretioremq; allegoriã inuenies Saturni diem actionibus ciuilibus bellicisq; ineptum, contemplationibus aptum, eoq; die diuinũ contra diſcrimina patrociniũ obſecrandum. Quod quidem impetrari poſſe aduerſum Martis & Saturni minas Habraham & Samuel, & plures Hebræorum aſtrologi, eleuatione mentis in deum uotisq; & ſacrificijs confitentur, præceptum illud Chaldæum confirmantes ſcilicet, Si mentẽ ad pietatis opus ardentẽ erexeris, corpus quoq; caducũ ſeruabis. Cõſideratu dignũ eſt illud Iamblichi, cœleſtia mundanaq; numina uires quaſdã in ſe ſuperiores, nonnullas inferiores habere. Per has quidẽ effectibus nos fatalibus deuincire, per illas autẽ uicißim ſoluere nos à fato: quaſi claues, ut inquit

Moſes die Saturni negocium interdixit.

Orpheus, ad aperiendum habeant et claudendũ. Multo igitur magis diuinitas mundo ſuperior à fatali neceßitate nos redimit. Exploratu quoq; dignißimum eſt Hebraicum illud, in mactandis animalibus rebusq; noſtris ſacrificio dißipandis mala cœlitus imminentia, à nobis ad noſtra deflecti. Sed hæc Pico noſtro exploranda relinquimus. Deniq; ubicunq; dicimus cœleſtium ad nos dona deſcendere, intellige tum corporum cœleſtium dotes in corpora noſtra uenire per ſpiritũ noſtrum rite paratum, tum eadem prius etiam per radios ſuos influere in ſpiritum naturaliter, uel quomodocunq; illis expoſitum: Tum etiã animarum cœleſtium bona, partim in eundem ſpiritum per radios proſilire, atq; hinc in noſtros animos redundare, partim ab animis eorum uel ab angelis in animos hominum illis expoſitos, peruenire. Expoſitos inquam, non tam naturali quodam pacto, quàm electione arbitrij liberi uel affectu. Summatim uerò quicunque uoto, ſtudio, uita, moribus, beneficentiam, actionem, ordinem cœleſtium imitantur, eos exiſtimato tanquam ſupernis ſimiliores, ampliores illinc dotes accipere. Homines autem artificioſe cœleſtium diſpoſitioni diſſimiles atque diſcordes, & clàm eſſe miſeros, et deniq; palam infelices euadere.

Vt

¶ Vt proſperè uiuas agasq́;, in primis cognoſce ingenium, ſidus, Genium tuum, & locum eiſdem conuenientem: hic habita, profeßionem ſequere naturalem.

Caput XXIII.

QVicunq; ſanæ mentis ſuiq; compos naſcitur, eſt à cœlo ad honeſtũ aliquod opus & uitæ genus naturaliter inſtitutus. Quiſquis igitur cœlum optat habere propitium, hoc opus, hoc genus in primis aggrediatur, hoc ſedulò proſequatur. Cœlũ enim ſuis fauet incœptis. Ad hoc ipsũ uerò præ cæteris es natura factus, quod primum à teneris annis agis, loqueris, fingis, optas, ſomnias, imitaris, quod tentas frequẽtius, quod facilius per agis, quo ſummopere proficis, quo præ cæteris delectaris, quod relinquis inuitus: Hoc eſt ſanè ad quod te cœlum rectorq́; cœli genuit. Eatenus igitur tuis fauebit incœptis, & aſpirabit uitæ, quatenus genitoris ipſius auſpicia proſequeris, præſertim ſi uerum ſit Platonicum illud (in quo tota conſentit antiquitas) unicuiq; naſcenti eſſe dæmonem quendam uitæ cuſtodem, ipſo ſuo ſidere deſtinatum: Qui & ad hoc ipſum officiũ adiuuet, cui naſcentem cœleſtia deputarunt. Quicunque igitur per argumenta, quæ modò diximus, ſuum ingeniũ perſcrutatus, ita naturale ſuum opus inueniet, inuenerit ſimul ſuum ſidus & dæmonem: quorum

exordia ſequens aget proſperè, uiuetq́; feliciter: alioquin & fortunam experietur aduerſam, & cœlum ſentiet inimicum. Duo igitur ſunt *præ cæteris hominum infortunatorum genera:* Alterum *eorum qui nihil profeßi nihil agunt:* Alterum *eorum qui profeßionem ingenio alienam ſubeunt,* Genioq́; *contrariam.* Illi *quidem ignauia torpẽt, interim ad actiones incitante cœlo ſemper agente.* Hi *dum aliena à patronis cœleſtibus agũt, fruſtra laborant ſupernis deſtituti patronis.* Primum *quidem antiquo prouerbio confirmatur,* Dei *adiuuant facientes, ignauis autem infenſi ſunt.* Secun*dum prouerbio ſimili,* Nihil *agas inuita* Minerua. Ob *hanc arbitror rationẽ* Iouem *in* Pythagoricis *carminibus obſecrari, ut uel ipſe tot malis leuet genus humanũ, uel ſaltẽ quo duce dæmone utamur, oſtẽdat.* Proinde *operæprecium fuerit indagare, ad quam potißimũ regionem habitandã & excolendã te tuũ ſidus dæmonq́; tuus ab initio deſignauerit: ibi enim magis aſpirant.* Ea *uerò eſt in quã primũ profectus ſpiritus tuus quodãmodo recreatur, ubi ſenſus uegetior permanet, ubi corporis habitudo ualidior, ubi magis plerique fauent, ubi uota ſuccedunt.* Hæc *igitur experire: hanc regionem elige: hanc cole feliciter.* Hinc *uidelicet diſceſſurus infelix, niſi & rediturus et ad ſimilia pergas.* Sed *interea frequentibus in hac regione motibus*

Id eſt, refragante ingenio, repugnante natura, cœlo nõ propitio. Hinc Seneca *dixit male reſpondere coacta ingenia.*

tibus

tibus te exerce, gyrosq́; quoſdam cœleſtium inſtar agito. Motu enim circuituq́; eiuſmodi genitus ſimilibus cõſeruabere. Quantũ præterea ad habitationẽ pertinet, utiliter recordabere. Sicut alimẽta uitæ neceſſaria rus quidẽ urbi ſuppeditat, urbs uerò conſumit: ſic & ipſam uitã ruſticatione frequẽti, ubi tædium te minime cœperit plurimũ augeri, ſed urbano cum ocio tum negocio conteri. Quantum uerò ad habitationẽ ſimul & profeßionẽ ſpectat, illud orientaliũ aſtrologorũ minime contemnẽdum uidelicet mutatione nominis, profeßionis, habitus, uictus, loci cœleſtẽ influxũ nobis tum in melius, tum in deterius permutari. Dæmones quoque uel cõmutari, uel ad eoſdem aliter hic & alibi nos habere Platonici iudicabunt. Dæmonem uerò uniuſcuiuſque cuſtodẽ aſtrologi cum Platonicis geminũ eſſe poſſe conſentiunt: alterũ quidẽ geniture propriũ, alterum uerò profeßionis. Et quoties profeßio cum natura conſentit, eundem utriuſq; dæmonẽ uel certe ſimilimũ nobis adeſſe, uitamq; inde noſtrã magis ſecum fore concordem atq; tranquillã. Sin autẽ profeßio dißidet ab ingenio dæmonem acquiſitũ arte, eſſe à genio naturali diſcordem, uitamq; laborioſam atq; ſolicitã. Qualis autem unicuiq; dæmõ ab ipſa generatione præſit cupientibus inuenire, Porphyrius regulam inueſtigat ex Planeta domino geniture. Iulius Firmicus

Duo hominũ dæmones.

Planetam genituræ dominum eſſe inquit, uel eum qui plures illic habeat dignitates, uel ex firmiori ſententia potius eum cuius domicilium mox petitura ſit Luna, poſt ſignum quod homine naſcente iam tenet. Sed dæmonem non eadem regula putat inueſtigandum, uerum ex Chaldæorũ opinione à Sole potius aut Luna: A Sole quidem ad Lunã in natiuitate diurna, à Luna uiciſsim ad Solem in natiuitate nocturna: ut cõputato inter hæc interuallo, æquale ſpacium peragas ab aſcendentis gradu deſcendẽs, & in quem terminũ deſinis animaduertas. Citius enim ſtellæ eſt ille terminus, eiuſdẽ eſſe dæmonẽ arbitrantur. Summatim uerò à domino genituræ ſimul atq; dæmone, tenorem uitæ fortunamq; perpendere ſolent. Fortunã adiunxi, quoniã nonnulli partem fortunæ, eadẽ fermè cõputant ratione. Optabant ueteres ſuum ad ſe dæmonẽ ab aliquo cœli cardine deſcendiſſe, ab oriente uidelicet uel occidente uel medio utrinq; cœlo, aut ſaltem ab undecima uel quinta plaga. Vndecima quidem medio ſupra caput noſtrũ cœlo ſuccedit, ac bonus dæmõ cognominatur, & aſcendentẽ ab oriente gradũ aſpicit ex ſextili. Quinta uerò cœlo antipodũ medio ſuccedit, appellaturq; bona fortuna, et aſcendentẽ gradum cõtuetur ex trino. Optabant tertio loco dæmonẽ, ſi modò à cadenti plaga uenerit ſaltem, uel à nona ueniſſe, uel à tertia.

Dæmones hominum duo.

Fortunatæ horoſcopi domus.

Nona

na enim appellatur Deus, tertio uerò dea. Et illa aſcendentē gradum ex trino, hæc aſpicit ex ſextile: Cadentes uerò duodecimā atq; ſextam exhorrebant: Illam ſanè malum dæmonē, hanc malam fortunam cognominantes. Nos autem optare præterita ſuperuacuum arbitrati, monemus eaſdem plagas quas illi pro dæmonibus fortunisq; optabant, obſeruari pro Planetis & ſtellis ad opus efficiendum accommodandis, ut uel ſint in angulis, aut in duabus quas diximus ſuccedentibus, aut ſaltem in duabus duntaxat cadentibus, quas antea nominauimus. Neq; enim ab re Solem noua gaudere dicunt, Lunam tertia, Iouem undecima, Venerem uerò quinta. Hæ nanq; gradum cōſpiciunt aſcendentem. Sed redeamus ad inſtitutū. Siue igitur ab illa quam in ſuperioribus narrabam, experientia diligentiaq;, ſiue ab hac arte quam modo recenſui, primū inueſtigemus naturæ dæmonisq; inſtinctum, infortunatum eſſe cenſebimus, qui officiū nullum profitetur honeſtū. Nam & ducem profeßionis reuera non habet, qui opus honeſtum non aggreditur, & ducem naturalem uix ullum habet: Quoniam ſtellarū dæmonumq; ſiue angelorū ducum diuinitus ad cuſtodiam diſpoſitorū officiū eſt agere ſemper, & excellenter & latißime. Infortunatum inſuper eū, ut ſuprà diximus, qui profeßione naturæ contraria diuerſum à Genio ſubit dæmo-

nem. Memento uerò pro dignitate profeſsionũ digniores gradatim accipi dæmones, ſeu mauis angelos, atq; in gubernatione publica etiam digniores. Poſſe uerò artem uitæq; tenorẽ accipi Genio & ingenio non contrariũ, neq; longè diuerſum, etiam ſi ad excellentiora proceſſeris. Memẽto rurſus familiaritatẽ eorum inire, quibus Gratiæ cœleſtes afflant. Quod ex bonis animi, corporis, fortunæ perpendes. ſicut enim odor ex muſco, ſic ex bono boni nonnihil exhalat in proximũ, ac ſæpe perſeuerat infuſum. Mirificus autem foret cœtus triũ felicium uel duorum inter ſe mirabiliter redundantium. Memento deniq; effrenatos & impudentes & malignos ac infelices procul fugere. Hi nanq; malorum pleni dæmonum uel radiorum, malefici ſunt, & tanquam leproſi peſtilentesq; non ſolum tactu nocent, ſed propinquitate etiam & aſpectu. Sanè propinquitas ipſa corporum animatorum putatur eſſe contactus, propter efficacem uaporum exhalationem foras à calore, ſpiritu, affectu manantem. Maxime uerò peſtilens erit flagitioſorum familiaritas atq; crudelium, ſi uerum fuerit, poſt uegetalem uitam menſe Iouis, id eſt, ſecundo nobis infuſam deinceps menſe Martis, id eſt tertio ſenſualem animam infundi perturbationibus mancipatam. Sic enim qui perturbatione feruntur, Martis pleni Martiali contagione propinquos

Contagioſa infeliciũ propinquitas eſt.

quos inficiunt. Contraria uerò ratione conſuetudo frequens contiguúmque commercium cum felicibus excellentibusq;,ut diximus, prodeſſe mirifice conſueuit. Apollonium Theanæum ferunt Epheſi deprehendiſſe ſenem, ſub cuius figura lateret dæmon, qui ſola præſentia totam ciuitatem peſte contaminabat. Quantum uerò Socrates multis præſentia ſola profuerit, Xenophon & Plato teſtantur.

¶ Qua ratione literati cognoſcant ingenium ſuum, ſequanturq; uictum ſpiritui conſentaneum. Caput XXIIII

QVoniam uerò literarum ſtudioſis loquor, recordari unumquenq; uolo literarũ amore captum in primis ſe eſſe Mercurialem, præterea Solarem quatenus ipſe Mercurius eſt Solaris. Atq; hæc communis his omnibus eſt cõditio. Propriè uerò præter naturam Mercurialem quiſquis eloquij gratia, lepore, dignitate, uenuſtate pollet, Apollinem in ſe agnoſcat & Venerem. Qui ad leges uel naturalem communemq; philoſophiã eſt propenſior, non ignoret Iouem ſe habere patronum. Sed qui ad ſecretiſſima quæque curioſius perſcrutanda penitus inſtigatur, ſciat ſe non Mercurialẽ ſolum eſſe, ſed Saturniũ. Sub cuius etiã principatu ſunt omnes in quouis ſtudio uſque ad

finem

finem ſeduli, præſertim in rebus alijs negligentes. Deniq; ſi uerũ eſt quod nõnulli tam Phyſici quàm Aſtronomi tradunt, animam intellectu præditam in conceptum humanum, menſe Solis, id eſt quarto deſcendere, qui plurimum intellectu uiuunt & ab initio ſunt præcipue & quotidie Solares euadunt. Horum itaq; Planetarum fauor his hominibus auſpicandus erit. Sub eorum ſpiraculo medicinæ conflandæ. In eorum regionibus habitãdum. Verum ad Apollinem Muſarum ducem in primis uos ô literati Muſarum cultores aduoco. Quicunque igitur inter uos dilectiſsimi in Muſarum amore fratres, ingenio multo magis lõgiusq; quàm corpore ualent, ij profectò ſciant in genitura quondam ſua Phœbem quidem materiam ſuppeditaſſe perpaucã, phœbeũ uerò ſpiritum infudiſſe quàm plurimum, imò & quotidie humores alimentaq; in corpore in ſpiritum maxima quadam ex parte reſoluere. Vnuſquiſque igitur ueſtrum totus eſt fermè ſpiritus. Spiritalis inquam homo quidam, terreno hoc corpuſculo perſonatus, ſpiritum ante alios perpetuo quodã labore fatigans, ut ipſi præ cæteris ſit aſsidue ſpiritus recreandus, & in ſenectute præterea, in qua cõmuniter euadit craſsior, ad ſubtilitatem propriam reuocandus. Scitis profectò craſſum corpus craſsis elemẽtis quatuor ali. Scitote igitur ſpiritale corpus ſuis quibuſdam tenuibus

nuibus elementis quatuor enutriri. Huic enim uinum eſt pro terra: odor ipſe uini uicē gerit aquæ: cantus rurſum & ſonus agit aerem: lumen autem præfert igneum elementū. His ergo quatuor præcipue ſpiritus alitur, uino inquam eiusq; odore et cantu, ſimiliter atq; lumine. Sed neſcio quomodo ab Appolline primum exorſi, incidimus mox in Bacchum. Et meritò quidem à lumine peruenimus ad calorem, ab ambroſia in nectar, à ueritatis intuitu in ardentem ueritatis amorem. Fratres certe ſunt, indiuiduiq; comites Phœbus atq; Bacchus. Ille quidem duo potiſſimum uobis affert, lumen uidelicet atq; lyram. Hic item præcipue duo, uinum, odoremq; uini ad ſpiritum recreandum, quorum uſu quotidiano ſpiritus ipſe tandem phœbeus euadit & liber. Quamobrem ita uos ad excipiendum Solis lumen quotidie comparate, ut quatenus deuitata deſtillatione quadam & exiccatione fieri poteſt, frequentiſſime ſub luce uiuatis, ſaltem in conſpectu lucis, tum eminus, tum cominus, tum tecti, tum aperti, ad uſum ubiq; ueſtrum uitalem Solis potentiam temperantes, atq; igne referentes in nocte Solem citharæ cātusq; interim nō obliti. Spirate uerò ſemper & uigilantes & dormientes aerem uiuum, aerem luce uiuentem. Similiter habere uos oportet ad merum Bacchi donū, Apollinis beneficio procreatum. Eadem igitur propor-

Spiritus alimenta.

proportione qua lumen, accipite uinum: Abunde quidem quatenus deſtillatio nec exiccatio, qualem dixi, ebrietasúe contingat. Atq; præter ſubſtantiam uini quotidie bis acceptam, odorem uerò frequentius haurite partim quidē os, ubi ſpiritus fuerit recreandus, colluentes mero, partim lauantes eodem manus, partim naribus & temporibus admouentes. Satis iam fratres colloquuti ſumus, ſatisq; combibimus: Ergo ualete.

¶ De Aſtronomica diligentia in liberis procreandis, in præparandis epulis, in ædificijs & habitatione atq; ueſtibus, et quantum curare talia liceat. Caput XXV.

SEd iuuat etiam parumper alloqui ſeuerū religionis antiſtitem. Dic age quidnam in aſtrorum uſu damnas antiſtes? Quicquid inquies, arbitrio noſtro detrahit, quicquid unius diei cultui derogat. Eadem ego tecum non damno ſolū, ſed etiā ualde deteſtor. Execraris quinetiā ſcio, atq; ego insuper perhorreſco nonnullos, qui quum Deū exoratum uolunt, ad Iouē in medio cœlo uaſtum illud draconis caput ſubeuntem, tam miſeri quàm ſtulti confugiunt, ab ipſo uidelicet dracone, qui quondam è cœlo corruit, tertiam ſtellarū partē ſecum trahens deniq; deuorandi. Verū concedés ne cōtractibus, matrimonijs, colloquijs, itineribus, ſimilibusq;

buſq; operibus peragendis horas opportunas eligere? Nō facile te his aſſenſurū uideo, neſcio quid arbitrio metuentem. Ego igitur, & ſi theologus ille Magnus Albertus iſta dabit, & ratio quædam fortè dictabit, per electionē ipſam ad arbitriū pertinentem, cœleſtia ita prudentiæ noſtræ uſui ſubijci, quemadmodum herbæ medico ſubminiſtrant, tibi tamē potius in præſentia credam: Et quàm tu difficile nunc ea permittis, tam facile ipſe dimittā. Obſeruationes uerò Lunæ ideoq; aliarum ſtellarum ad morbos curandos, & idcirco ad remedia præparanda iamdiu (ut arbitror) permiſiſti. Conceſſum quoq; abs te, & inſuper approbatum, creſcente Luna, eademq; aucta lumine, nec aliunde infortunata ſeminibus agros ſpargere, uites oleáſque ſerere. Cur non igitur ad plantandū (ut cynice loquar) hominem, utamur beneficio Lunæ Iouiſq; et Phœbi? Nam Veneris quidem ad hæc officio ſemper utimur: Sed rectius modo dixiſſem, ſemper utuntur. Nam ipſa mihi Venus eſt Diana. Quid itē de uictu dicemus? Nónne licebit & proderit ſub felici ſidere tum autūno uinū, tum indies panem epulaſq; conficere? Ac ſi nequeamus in his præparandis aſpectus ſiderū expectare, expediet ſaltem aſcendentes accipere, uel aliter angulares, Solem, Iouem, Venerem, atque Lunam. Sic enim omnia quibus utimur feliciter affecta cœlitus, feli-

citer

citer nos afficient. Hactenus te uideo abſq; contro uerſia conceſſurum, niſi fortè dicas, ita uitam noſtram nihil fore aliud quàm perpetuam ſeruitutē. Ad hæc ego ſubijciam, fruſtra mortales cumulandis pecunijs & honoribus ſeruituros, quibus ſunt perpetuò mācipati, niſi interim diligentia phyſica dies uitæ ſibi plures accumulent. Aut igitur ſoli Deo ſeruiant, quod quidem eſt potiſſimum: aut ſi cui præterea ſeruituri ſunt uitæ, tū ualidæ, tum longæ potius, quàm pecunijs honoribusq; uanis indulgeant. Concordes ergo ſumus. Sed nunquid uel domos fundabunt temerè, uel infauſtas habitabunt? Vbi contagioſa quædam calamitas ædificij fermè ſic inficit habitantem, ut uenenoſus peſtilentiæ uapor etiam ad biennium in pariete ſeruatus. Qualis etiam ex epidemia latens in ueſte, diu poſtea utentem inficit incautum atque perdit. At poſtquàm hic in ueſtium incidimus mentionem, prohibebis ne, pie pater, in ueſte conficienda, uel primum intuenda ſpiraculum Veneris diligenter aucupari, quo quaſi Venerea facta ueſtis, ſimiliter proſpera quadam corpus & ſpiritum afficiat qualitate? Nónne Medici uetant uulpium pelles, agninas probant? Non aliter fortè ſidus indies quaſi naſcentes ueſtes afficit, quàm ſemel ab initio natas. Veſtes quidem & cætera artis opera certam à ſidere qualitatē accipere, Thomas Aquinas

Vita noſtra perpetua ſeruitus

Pelles uulpium Medici uetant, agninas uerò probāt.

Aquinas in libro de Fato confirmat. Tu igitur affirmabis. Infectas uerò ueſtes utentem inficere, etiam teſtis eſt ſcabies atq; lepra. Deniq; ſi populi uitæ conſulis (ut opinor) iſta permittes. Atq; ego permißione tua conſulam obſeruanda. Sin autem eiuſmodi moribundæ uitæ curam non improbas quidem, ſed negligẽdam mones, ego quidem negligo, melioris uitæ fiducia fretus, cæteriſq; ſimiliter conſulo faciendum. Vale.

Veſtes infectas utentẽ poſſe inficere.

¶ *Quomodo per inferiora ſuperioribus expoſita deducantur ſuperiora: Et per mundanas materias mundana potißimũ dona.*

Cap. XXVI.

SEd ne lõgius digrediamur ab eo, quod interpretantes Plotinũ inſtituimus ab initio, breuiter ita collige. Mundus ab ipſo bono (ut Plato unà cum Timæo Pythagorico docet) quam optimus effici poterat, eſt effectus. Eſt igitur nõ ſolum corporeus, ſed uitæ inſuper & intelligentiæ particeps. Quamobrẽ præter corpus hoc mundi ſenſibus familiariter manifeſtum, latet in eo ſpiritus corpus quoddã, excedens caduci ſenſus capacitatem. In ſpiritu uiget anima, in anima fulget intelligentia. Atq; ſicut ſub Luna nec miſcetur aer cũ terra, niſi per aquã: nec ignis cum aqua, niſi per aerẽ, ſic in uniuerſo eſca quædã, ſiue fomes ad animam corpori copulandã eſt ille ipſe quem ſpiritũ

appellamus. Anima quoq; fomes qdã eſt in ſpiritu corporeq; mũdi, ad intelligentiã diuinitus cõſequẽdã: quemadmodũ ſumma quædam in ligno ſiccitas ad penetraturũ oleum eſt parata. Oleum huic imbibitum pabulum eſt ad ignem, ad calorẽ dico proximè. Calor ipſe luminis eſt uehiculum, ac ſi lignũ hoc eiuſmodi ſit, ut igne præſente fulgeat, non uratur, qualia quãdoq; uidimus. Iã hoc exẽplo uidebimus, utrũ uel homo, uel aliud quiddã ſub Luna certis quibuſdam præparamentis, partim quidẽ naturalibus, partim arte quæſitis, uitalia atq; etiã fortè intellectualia quædam bona opportune quodammodo deſuper accipere poßit. Verum quod hic ad religionẽ ſpectat diſcutiemus alibi, ubi Plotinus in mediũ hæc adducet. Quod uerò ad naturales ſpectat influxus, qualeſcunq; ſint deſuper uenientes, ſcitu eos in nobis materijsq; noſtris ita demum per artem cõparari poſſe, quando fomenta nobis noſtrisq; ad illos natura ſuggeſſerit, cœlumq; ad eoſdem opportunius cõſpirauerit. Nónne in ipſo fœtu natura fœtus ipſius artifex, quum certo quodã pacto corpuſculum affecerit figuraueritq;, hoc ipſo ſtatim præparamento, uelut eſca quadam ſpiritum ab uniuerſo deducit? Perq; hunc uelut fomitem, uitam haurit atq; animam? Ac deniq; per certam animæ ſpeciem diſpoſitionemq; corpus ita uiuens dignum eſt præſentia mentis tandem iam donatæ.

Anima ſpiritus fomes

natæ diuinitus. Vbiq; igitur natura maga eſt, ut in quit Plotinus atq; Syneſius, uidelicet certa quædã pabulis ubiq; certis ineſcans, non aliter quàm cen tro terræ grauia trahens, Lunæ cõcauo leuia, calo re folia, humore radices, cæteraq; ſimiliter. Quo quidem attractu ſe cum ipſo deuinciri mundum te ſtantur ſapientes Indi, dicentes mundum eſſe ani mal paßim maſculũ ſimulatq; fœminam, mutuoq; membrorũ ſuorum amore ubiq; coire ſecum, atq; ita conſtare: uinculum uerò membrorũ ineſſe per inſitam ſibi mentem, quæ totam infuſa per artus agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Hinc Orpheus naturam ipſam mundi Iouemq; mundanum marem appellat & fœminam. Vſq; adeò mutui partium ſuarum coniugij ubiq; mundus eſt aui dus. Eſſe uerò maſculinum ſexum fœminino ubiq; commixtum, declarat illinc quidem ordo ſignorũ, ubi præcedens perpetuò deinceps ordine maſculinũ eſt, ſubſequens fœmininũ: hinc uerò arbores atq; herbæ, quæ etiam ſicut animalia utrunq; ſexum habent. Mitto quod ignis ad aerẽ, aqua ad terram maſculi uicem tenet ad fœminam, ut nõ mi rum ſit membra inter ſe mundana, & omnes eius articulos mutuum coniugium concupiſcere. Quod & Planetæ conciliant, partim quidem mares, partim uerò fœminæ, præcipuè uerò Mercurius maſculus atq; fœmina, Hermaphroditi pater. *Mũdus eſt animal.*

pionem, apes ex boue, ex ſaluia auem merulæ ſimilem, uitam uidelicet à mundo materijs certis opportunisq́; temporibus adhibentes: Sic & ille ſapiens ubi cognouit quæ materiæ, ſiue quales partim inchoatæ natura, partim arte perfectæ, & ſi ſparſæ fuerint congregatæ, qualem cœlitus influxum ſuſcipere poßint, has eo regnante potißimũ colligit, præparat, adhibet, ſibiq́; per eas cœleſtia uendicat. Vbicunq; enim materia quædam ſic ſuperis expoſita eſt, ſicut ſpeculare uitrũ uultui tuo paries q́; oppoſitus uoci, ſubito ſuperne patitur ab agente uidelicet potẽtiſſimo, à poteſtate uitaq́; mirabili ubiq; præſente, uirtutẽq́; paßione reportat, non aliter quàm & ſpeculũ imaginem repræſentat ex uultu, & ex uoce paries echo. His fermè exemplis ipſe Plotinus utitur, ubi Mercurium imitatus ait ueteres ſacerdotes ſiue Magos in ſtatuis ſacrificijsq́; ſenſibilibus diuinũ aliquid & mirandum ſuſcipere ſolitos. Vult autẽ unà cum Triſmegiſto per materialia hæc non proprie ſuſcipi numina penitùs à materia ſegregata, ſed mũdana tantum, ut ab initio dixi, & Syneſius approbat. Mundana inquam, id eſt uitam quandam, uel uitale aliquid ex anima mundi et ſphærarũ animis atq; ſtellarũ, uel etiam motum quendã & uitalẽ quaſi præſentiam ex dæmonibus, imò interdũ ipſos dæmonas eiuſmodi adeſſe materijs. Mercurius ipſe, quẽ Plo

tinus ſequitur, inquit, dæmonas aerios non cœleſtes, nedũ ſublimiores: ſtatuasq; Mercurius ipſe cõponit ex herbis, arboribus, lapidibus, aromatis, naturalem uim diuinitatis (ut ipſe ait) in ſe habentibus: Adiungit cãtus cœleſtibus ſimiles, quibus ait eos delectari, ſtatuisq; ſic adeſſe diutius, et prodeſſe hominibus uel obeſſe. Addit ſapiẽtes quondam Ægyptios, qui & ſacerdotes erant, quũ non poſſent rationibus perſuadere populo eſſe deos, id eſt ſpiritus aliquos ſuper homines, excogitaſſe magicũ hoc illicium, quo dæmonas alliciẽtes in ſtatuas eſſe numina declararent. Sed Iãblichus dãnat Ægyptios, quod dæmonas nõ ſolũ ut gradus quoſdã ad ſuperiores deos inueſtigandos acceperint, ſed plurimum adorauerint. Chaldæos uerò dæmonibus non occupatos Ægyptijs anteponit. Chaldæos inquam religionis antiſtites: nam aſtrologos tam Chaldæorum quàm Ægyptiorum quodammodo tentauiße dæmonas per harmoniam cœleſtem in ſtatuas fictiles trahere ſuſpicemur. Quod ſignificare uidetur aſtrologus Samuel Hebræus, autoritate Dauidis Bilaſtrologi fretus, antiquos uidelicet fictores imaginum feciſſe ſtatuas futura pronunciantes. Harmoniam uerò cœleſtiũ his accommodatã eſſe tradit. Metallũ fundere ad hominis pulchri formam, die Mercurij hora tertia ſcilicet Saturni, quando Mercurius Saturnũ in Aqua-

Chaldæi religionis antiſtites.

rio

rio ſubit, in nona cœli plaga uaticiniū deſignante, aſcenditq; Geminorum ſidus ſignificans prophetas ut aiunt, Mars à Sole comburitur nec Mercurium intuetur, Sol tamen aſpicit coniunctionis illius locum, Venus interea aliquem obtinet angulū, occidentalis eſt & potens, Luna ex trigono gradum aſpicit aſcendentē, ſimiliterq; Saturnus. Hæc ille. Ego autē primo quidem ex beati Thomæ ſententia puto, ſi modo ſtatuas loquentes effecerint, non ſimplicem ipſum ſtellarū influxum ibi formauiſſe uerba, ſed dæmonas. Deinde ſi fortè contigerit eos in eiuſmodi ſtatuas ingredi, nō arbitror hos ibi per cœleſtem influxum fuiſſe deuinctos, ſed ſpōte potius ſuis cultoribus obſequutos deniq; decepturos. Nam & natura ſuperior ab inferiore conciliatur quidem aliquando, ſed cohiberi nequit. Et diſpoſitio illa ſiderum paulò ante deſcripta, cōcurrere fortè non poteſt. Quamuis autem dæmones aſtronomica ratione ſtatuis includantur, tamen ubi per cultum eis exhibitū præſentes extiterint, Porphyrius ait eos regulis aſtronomicis oracula reddidiſſe, atque ideo frequenter ambigua, & meritò, quoniam Iamblicus probat prophetiam ueram atque certam, nec malis dæmonibus conuenire, nec humanis artibus uel natura, ſed ſpiratione diuina purgatis mentibus prouenire. Sed ad Mercurium, imò ad Plotinum iam reuertamur.

Mercurius ſacerdotes ait accepiſſe uirtutem à mũdi natura cõuenientem, eamq; miſcuiſſe. Sequutus hunc Plotinus, putat totum id anima mundi conciliante facile cõfici poſſe, quatenus illa naturaliũ rerum formas per ſeminales quaſdam rationes ſibi diuinitus inſitas generat atq; mouet. Quas quidẽ rationes appellat etiam Deos, quoniã ab ideis ſupremæ mentis nũquam deſtituuntur. Itaq; per rationes eiuſmodi animam mundi facile ſe applicare materijs, quas formauit ab initio per eaſdẽ, quãdo magus uel ſacerdos, opportunis temporibus adhibuerit formas rerum rite collectas, quæ rationẽ hanc aut illam propriè ſpectant, ſicut Magnes ferrum, Reubarbarum choleram, Crocus cor, Eupatorium Spodiumq; iecur, Spica Muſcúsque cerebrum. Fieri uerò poſſe quandoq; ut rationibus ad formas ſic adhibitis, ſubliniora quoq; dona deſcẽdant, quatenus rationes in anima mundi coniunctæ ſunt intellectualibus eiuſdem animæ formis, atq; per illas diuinæ mentis ideis. Quod & Iamblichus approbat, ubi de ſacrificijs agit. Qua de re alibi nos opportunius diſputabimus. Vbi etiam apparebit, quàm impura ſuperſtitio populi gentilis extiterit, contrà uerò quàm pura pietas euangelica fuerit, quod magna ex parte in libro de religione Chriſtiana iam fecimus.

FINIS.

MAR-

MARSILII FICINI

APOLOGIA, IN QVA DE MEdicina, Aſtrologia, Vita mundi. Item de Magis qui Chriſtum ſtatim natum ſalutauerunt, agitur.

MArſilius Ficinus Florentinus, dilectiſsimis ſuis in ueritatis ſtudio fratribus, tribus Petris, Nero, Guiciardino, Soderino, ter quaterq; ſalutem. Rectius modo Tripetro quàm tribus Petris fortaſſe dixiſſem. Sicut enim ubi palma eſt una, nõ faciũt plures in ea digiti manus ibi plures: ſic ueſtra amici corpora tria nihil prohibere uidentur, quò minus unũ efficiat Petrum una uoluntas. Faber ille cœleſtis patriæ Chriſtus tam ingentem procreauit petram, ut immenſo huic ædificio eccleſiæ ſuæ una hæc petra fundando ſufficeret. Ego quoq; tam grãdes nactus ſum diuina quadam ſorte petras, ut tres nunc meo uel arduo ſatis ædificio faciant. Nunc uobis amici, nunc, ſi neſcitis arx illa Palladis neceſſaria fore uidetur, qua procul à nobis ſæuum impiorum gigantum impetum arceamus. Quamobrem ueſtra primum arce tribus conſtructa petris, trium librorum meorũ uitam, uitæ publicæ ſuccurrentiũ munire decreui. Scitis (ut arbitror) me de Vita librũ

compoſuiſſe, in libellos treis diuiſum: Quorum de Vita ſana, Secundus de uita longa, Tertius de uita cœlitus inſcribetur. Igitur eſca tituli tam ſuauis quàplurimos alliciet ad guſtandũ. Sed in numero tanto ignorantes plerique futuri ſunt (ut arbitror) maligni quoque non pauci. Alius ergo dicet: Nónne Marſilius eſt ſacerdos? Eſt profectò. Quid igitur ſacerdotibus cum medicina? Quid rurſum cum Aſtrologia commercij? Alius item: Quid Chriſtiano cum magia uel imaginibus? Alius autem, & quidem indignus uita, uitam inuidebit cœlo. Cuncti denique ſic affecti, beneficio in eos noſtro ingrati nimis erunt, atque aduerſus charitatem noſtram, qua uitæ proſperitatiq; publicæ pro ingenij facultate conſulimus, nõ pudebit eſſe crudeles. Communis igitur erit uobis iſte labor: ſed ut quodammodo leuior ſit, tres enim eſtis aduerſum tres hoſtes, diſtributum ſubite certamen. Nec inuectiua (noui enim ingenium ueſtrum) confutabitis inuectiuam, ſed alieni fellis amaritudinem (quæ ueſtra ſuauitas eſt mirifica) ueſtri mellis dulcedine ſuperabitis. Principio, candidiſsime Nere, reſpondeto primis, antiquiſsimos quondam Sacerdotes fuiſſe Medicos, pariter & Aſtronomos. Quod ſanè Chaldæorum, Perſarum, Ægyptiorum teſtificãtur hiſtoriæ. Ad nullum præterea magis quàm ad pium ſacerdotem pertinere ſingularis

Priſcos ſacerdotes fuiſſe tũ Medicos tum aſtrologos.

laris charitatis officia, quæ quidem in maximo omnium beneficio quammaxime lucent. Officium uerò præſtantiſsimũ eſt proculdubio, quod & maxime neceſſarium, & in primis ab omnibus exoptatum, efficere uidelicet, ut hominibus ſit mens ſana in corpore ſano. Id autem ita demum præſtare poſſumus, ſi coniungimus ſacerdotio medicinam. At quoniam medicina ſine fauore cœleſti (quod & Hippocrates Galenúsque confitentur, & nos experti ſumus) ſæpius eſt inanis, ſæpe etiam noxia: nimirum ad eandem ſacerdotis charitatem Aſtronomia pertinet, ad quam attinere diximus medicinam. Eiuſmodi (ut arbitror) Medicum honorari ſacræ literæ iubent, quoniam propter neceſsitatem hunc altiſsimus procreauerit. Et Chriſtus ipſe uitæ largitor, qui diſcipulis mandauit, languentes toto orbe curare, ſacerdotibus quoq; præcipiet, ſi minus uerbis ut illi quondam mederi poſsint, ſaltem herbis & lapidibus medeantur. Quæ ſi minus ipſa ſufficiant, opportuno quodam afflatu cœli conflare hæc, & ægrotis admouere iubebit. Nam & ipſe eodem afflatu cœli animalia paſsim ad ſuam quæque concitat medicinam, uſque adeò uitæ omnium abundantiſsime prouidet. Sic inſtinctu cœleſti diuinitus inſtigãte, ſerpentes quidem marathro, hirundines autẽ chelidonia oculis medicantur: aquilæ uexatæ partu,

aetitem

eſt. Nec propterea mundum hic adorat, quemadmodum nec agricola terram. Sed ſicut agricola humani uictus gratia ad aerem temperat agrum, ſic ille ſapiens, ille ſacerdos gratia ſalutis humanæ inferiora mundi ad ſuperiora contemperat: atq; ſicut oua gallinæ, ſic opportune terrena ſubijcit fouenda cœlo. Quod efficit ſemper ipſe deus, & faciendo docet, ſuadetq; facere, ut à ſuperis infima generentur & moueantur atque regantur. Denique duo ſunt magiæ genera: Vnum quidem eorum, qui certo quodam cultu dæmonas ſibi conciliant: quorum opera freti fabricant ſæpe portenta. Hoc autem penitus exploſum eſt, quando princeps huius mundi eiectus eſt foras. Alterum uerò eorum qui naturales materias opportune cauſis ſubijciunt naturalibus mira quadam ratione formandas. Huius quoq; artificij ſpecies duæ ſunt: Altera quidem curioſa, altera neceſſaria. Illa ſanè ad oſtentationem ſuperuacua fingit prodigia: ceu quando Perſarum Magi ex ſaluia ſub fimo putrefacta, dum Sol & Luna ſecundam Leonis faciem occuparent, eundemq; gradum ibi tenerent, generabant auem merulæ ſimilem, ſerpentina cauda, eámque redactam in cinerem infundebant lampadi, unde domus ſtatim plena ſerpentibus uidebatur. Hoc autem tanquam uanum & ſaluti noxium procul effugiendum. Tenenda tamen

Magiæ genera.

men ſpecies neceſſaria, cum Aſtrologia copulans Medicinam. Si quis autem pertinax ulterius inſtet, morem huic ita gerito Guiciardine, ut ne legat hæc noſtia, nec intelligat, nec meminerit, nec utatur homo, ſi homo eſt tanto beneficio prorſus indignus. Multa ſunt præterea quæ tu aduerſus ingratam ignorantiam in medium afferre tuo ingenio poteris. Quidnam agis & tu ſtrenue Soderine noſter? Tolerabis ne ſuperſtitioſos cæcosq; neſcio quos futuros, qui uitam in animalibus uel abiectißimis, herbisq; uilißimis manifeſtam uident: in cœlo, in mundo non uident? Iam uerò ſi homunciones iſti uitam minimis concedunt mundi particulis, quæ tandē dementia eſt, quæ inuidia nec noſſe, nec uelle totū uiuere in quo uiuimus & mouemur, & ſumus? Quod quidem canit Aratus, Iouē manifeſte ſignificans communem corporis mundani uitam. Per opportune nunc in hæc Arati uerba neſcio quomodo uideor incidiſſe. Memini Lucam euangeliſtam, memini Paulum apoſtolum his uerbis libenter uti, in quibus mundi uitam ſapientes illi non horrent. At uerò ſuperſtitioſus quidam his obijciet, non facile conuinci ex uerbis eiuſmodi Paulum aſſentiri mundum habere animam, ſed tantum ſubeſſe Deo, ac nos in hoc ipſo Deo uiuere. Eſto igitur, ne nominemus in mundo quando non placet animam. Nomen anima ſit prophanum.

num. Licebit ne ſaltem uitam qualemcunq; diceres? quã Deus ipſe mundi faber huic operi ſuo tam feliciter abſoluto clemẽter inſpiret: quandoquidẽ erga uiliſsima quæq; uiuentia non eſt auarus, & quotidie per cœlũ quàm plurimis quæ ſunt in eo largiſsime præſtat uitam. Dic amabò, nónne uides boues & aſinos, ô bos, ô aſine, qui tactu quodam ex ſe uiuentia generãt eſſe uiuos? Si ergo hæc præterea ex ſe uiua quædam aſpectu etiam generarent, an non multo magis hæc uiuere iudicares? ſi quod modo ipſe iudiciũ, ſi quam uitã habes. Cœlum terræ maritus, non tangit (ut cõmunis eſt opinio) terra cum uxore non coit, ſed ſolis ſiderum ſuorum quaſi oculorum radijs undique luſtrat uxorem, luſtrando fœcundat, procreatq; uiuentia. Num ergo uitam uel intuendo largiens, ipſum in ſe propriam nullam habet uitam? Et quod dedit aui Struthio uitam aſpectumq; uiuificum, longè eſt hoc ipſo deterius. His tandem adductis in medium niſi perſuaſeris, ſuperſtitioſum iſtum mitto ſemiuiuum, imò uerò non uiuũ. Proinde ut pluribus cauſam noſtrã patronis agamus, addito Petre mi Nere Amphionem illum noſtrum Landinũ Chriſtophorũ oratorem pariter & poetã. Ille noſter Amphion ſuauitate mira celeriter lapidea hoſtiũ noſtrorũ corda demolliet. Tu uerò Guiciardine chariſsime cõpater ito nunc, ito alacer, Politianũ Herculẽ accerſito.

Chriſtus per cœlum animalia quæuis ad medicinam inſtigat.

Chriſtophorus Landinus.

Hercu-

QVOD NECESSARIA SIT ad uitam ſecuritas & tranquillitas animi.

MArſilius Ficinus dilectiſsimis in ueritatis uenatione fratribus Bernardo Caniſiano, Ioanni Canacio, & Amerigo Curſino ſalutem. Quum primis hic in uerbis uenationem quandam inſtituiſſemus, meritò forſan canes ſtatim adhibuimus & curſores. Apte quidem philoſophantes appellauimus uenatores, anhela ſemper ueritatis indagine laborantes. Num etiam apte canes? Aptiſsime inquit in Republica Socrates: Philoſophantes enim uel legitimi ſunt uel ſpurij. Ambo canes. Illi quidem ueritatē ipſam ſagaciter inueſtigant, mordicus inuentā tenent. Hi uerò pro opinione latrāt, mordent, lacerant. Tantū profectò canes inter philoſophos ſibi uēdicant, ut nō ſolum ſeipſos in ſectā aliquam inſeruerint, ſed etiam ſectam ipſi ſuam nomine Cynicā quandoq; confecerint. Habet quinetiam ſuos Academia canes. Huc ergo uos ſagaces Academiæ canes, hūc uos uelociſsimi curſores aduoco. Treis enim eſtis. Treis ergo nunc meos precor defendite liberos adhuc teneriores, inter lupos (ut uereor) e ueſtigio prodituros. Currite inquā, alacres, negocia enim nūc uobis optata mando, nō curas. Georgium Benignum Saluiatū cognoſcitis

meum, qui ueritatē illam, per cuius nunc uos ueſtigia paßim uenãdo diſcurritis, iandiu eſt ſagaciter aſſequutus. Qui et fratres ſuos Solis inſtar, maior ipſe minores illuſtrat. Huic igitur ſi quem luporũ ululatũ audieritis, nunciate. Fortiſſimus ille Georgius omnes facile fugabit lupos, qui & uaſtum dracone quandoq; trãsfixit. Ille me igitur. Ille ſolicitudine ſimul & uos cura leuabit. Solet enim inter uos aliquis, & quidē tã ſæpius dicere, nihil ad uitam ſalubrius experiri, quàm magna cum ſecuritate tēpora deglutire. Cæteri uerò dicenti protinus arridere. Sed dic age Canaci, quidnam hoc tuum eſt toties repetitũ, Tempora deuorare? Quid deniq; tibi uis? Non eſſe inquies, ſed bibere potiùs: non mandere uel conterere, ſed faucibus plenis ingurgitare. Siquidem tempus ipſum natura quædã eſt liquens (ut ita dixerim) atq; labilis. Liquentiũ uerò hæc eſt conditio, ut ſi cohibeas in anguſtum, ſubitò perdas. Diffluunt enim coacta celeriterq́; diffugiunt. Si aquam ſpongiæ imbibitã fortè compreſſeris, exprimes eã, ſtatimq; diſperges. Si latius hanc tenueris, retinebis: multo magis aerē, ignēq; & ætherē. Hinc apud Poetas fruſtrà contendunt, qui ampla diuorũ maniumúe ſimulachra ulnis capeſſere moliuntur. Latè admodum accipienda ſunt latiſsima. Liquentia et ampliſsima ſunt ampliſsime poſsidenda. Tunc certe grauiter nos premit anguſtia

ſtia, quando animum ipſum motumq; eius naturaliter amplum, redigimus in anguſtũ. Quicunq; ſtudia negociaq; penſitant examuſsim, & in minima quæq; ſemper exactiſsime deterunt, uitam interea ſuam, heu ſuam uitam clàm miſeri conterunt. Recte igitur Pythagoras præcepiſſe uidetur: Caue ne quãdo in anguſtũ forte cohibearis: nihil cœlo amplius, nihil eſt uitalius. Anguſtiſsima uiciſsim terra uitã habet in mundo quàm minimã. Deniq; ſi cœlo temporeq; uiuimus, quanto hæc latius abſorbemus, tanto uiuimus & diutius. Viuite ergo lati ab anguſtia procul ô amici. Viuite læti. Lætitia cœlũ uos creauit ſua, quam ſuo quodã riſu, id eſt dilatatione, motu, ſplẽdore declarat quaſi geſtiens. Lætitia cœlũ uos ſeruabit ueſtra. Ergo quotidie in præſens uiuite læti. Nã ſolicitudo præſentiũ rapit uobis præſens, præripitq; futurũ. Curioſitas futurorũ celeriter in præteritũ uos traducit. Iterum igitur precor atq; iterũ, uiuite læti. Nam fata ſinũt, dum ſecuri uiuitis. Sed ut reuera ſine cura uiuatis, ne unam quidem hanc curã ſumite, qua ſoliciti curetis unquã, qua potiſsimũ diligentia curas effugiatis. Vna enim cura hæc mortalibus heu miſeris omni cura cor urit. Negligite igitur diligentiã, negligẽtiã uerò diligite, atq; hanc etiam negligẽter, quoad licet uobis inquã, atq; decet. Hæc autẽ non tam ut ſacerdos amici mando uobis, quàm ut medicus.

Nam abſq; hac una tanquam medicinarũ omnium uita, medicinæ omnes ad uitam producendam adhibitæ moriuntur. X V I. *Septembris*, M. C C C C. LXXXIX. *In agro Caregio.*

ANDREAS LENNIVS MEdicinæ ſtudioſis S.

Non abs re nobis uiſum eſt his de Vita *libris, eiuſdem autoris* Epidemiarum *antidotũ ueluti coronidem adſuere, quam ille quidem ſua uernacula lingua, hoc eſt* Tuſcana, *precibus amicorum conſcripſerat: Nunc uerò hic uitæ theſaurus à* Hieronymo Ricio Ticinenſi *in coloniam* Romanam *deriuatus eſt, ut ſi unà cum uoluptate & commoditatem metiaris, non ſit aſpernabilis.* Traduntur *in eo morbi nedum definitiones, cauſæ morbi effectrices, ſigna uerumetiam prophylacticen, & præſentis mali curationẽ, uarijs diuerſisq; corporibus accommodatas, mira breuitate ſimulatque facilitate perſtringens medelas. His fretus præſidijs uitæ & ſanitatis rationem ineas, tibiq; perſuade,* Ἀνδρὶ δὲ ὑγιαίνειν ἄριστον ὥς γέ μοι δοκεῖ.

MAR-

MARSILII FICINI FLORENTINI MEDICI ATque Philoſophi clariſsimi Epidemiarum Antidotus, ex idiomate Thuſco, à Hieronymo Ricio latinitate donata.

PRÆFATIO.

OPeræprecium duxi, patriæ pietatis impulſu, aliqua conſilia contra peſtilentiæ morbum conſcribere. Vt uerò quiſq; huius penetrare intelligentiam & curam exercere poſsit, inſtitui ſubtiles omneis longasq; diſceptationes reijcere. Satis nanq; erit, quod quicquid in præſentia ſum traditurus, etſi breui uerborum contextu haud plura dici queant, ſufficientibus tamen rationibus, multorumq; tam priſcorum quàm recentiorum autoritatibus & experientijs, præſertim patris noſtri M. Ficini, inter medicos præcipui, qui haud paucos hac labe infectos priſtinæ ſanitati reſtituit, & comprobatum eſt & traditum. Imploramus itaq; Deum Opt. Max. humanæ uitæ largitorem, nec non uerarum ſalutariumq; medicinarum reuelatorem, ut contra peſtis pericula efficacia nobis detegat remedia, utq; ſuum uitale donum nobis ad laudem gloriamq; ſuam conſeruet.

Ficini pariter inter Medicos clarus.

QVID QVALIS'VE SIT PESTIS. CAPVT I.

Peſtis uapor qua ratione homini contrarius ſit.

PEſtis, uenenoſus quidã uapor eſt in aere cõcreatus, uitali inimicus ſpiritui: non quod propter elementarem aliquam qualitatem ſibi contrarietur, ſed ſpecifica quadam proprietate. Veluti Theriaca, amica quidem eſt, non quia calida ſit uel frigida, ſicca uel humida, ſed quoniam ex uniuerſa eius compoſitione forma reſultat quædam, uitalis formæ ſpiritus accommodata: Sic & peſtifer ille uapor non quia calidus, frigidus, humidus uel ſiccus, naturæ inimicus eſt, ſed quia ſua proportio quaſi ad amuſsim proportioni contraria eſt, in qua ſpiritus conſiſtit in corde uitalis. Et quemadmodum continuò in terra naſcuntur uenena, ſic ſæpenumero naſcitur uenenoſus in aere uapor: attamen non ita potens, quia magis ſpargitur. Nec puro ſtabiliri poteſt in aere, quouſque talis aer eſt ſpiritui conformis, & igni, qui ex ſuæ naturæ potentia alterius non recipit naturæ mixtionem, unde fit quod nullam capiat putrefactionem. Sic purus & aer nullam recipiendo mixtionem, putrefieri minimè poteſt. Rurſus uenenoſus huiuſmodi uapor, humano ei ſolum applicatur corpori, in quo apti ad febrem extant humores, utpote qui ad putre-

dinem

dinem inflammationemq́; ſunt diſpoſiti. Etenim ſi uitalis potētior ipſo fuerit ſpiritus, procul à ſe pellit: ſi uerò debilior, fugit eundem, ſuum ueluti contrarium opus. Quapropter eſt ex uſu, aerem, humores, & denique cor corrigere, purgare, roborare. Notandum (ut recte capias) quum dico ueneno ſum hunc eſſe uaporem, tu ne credideris ipſum fore talem ſecundum formam, & totam ſui naturam: quia omnes inde inficerētur: Sed huiuſmodi eſt qualitatis, ut quàm facilime in ueneni naturam tranſeat. Et propriè uenenum efficitur, quando per ipſum in humano corpore, certo quodam gradu putrefiunt humores, ſimul & ebulliunt Quod communiter die tertia ſolet accidere, & interdū citius, maximè ubi quis ſuperfluis abundat humoribus, præſertim ſanguine et cholera. Et quando iam ueneni ſuſcipit naturā calcis uel arſenici, qualitatē recipit, cuius effectus eſt putrefacere, rodere, ardere intus & extra. Summe igitur neceſſum eſt, ut his trinis effectibus, potißimū interius, omni qua poſſumus induſtria reſiſtamus.

Aer nō uenenoſus ſecundū totalem ſui formā ſed qualitatem.

¶ Epidemiæ ortus cauſæ, & quæ potißimum huic malo obnoxia ſint corpora. Caput II.

CONcreatur huiuſmodi uapor in aere, uniuerſalioris tempore peſtis ex malignis quibuſdam conſtellationibus, præſertim ex Martis cū Sa

turno inſignis humanis coniunctione, & ex luminariũ eclipſibus: Qualis eſt præſenti peſtis in anno ſcilicet milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimonono: & qualis etiam fuit anno eiuſdem milleſimi, octauo, et hoc potiſsimũ lædit homines. Hisq́; graſſatur in locis, quæ horoſcopũ ſiue ſuum aſcendentem ob prædictos ſiderũ aſpectus infortunatũ habent. In magis uerò particularibus peſtilentijs, præfatum naſcitur uenenũ ex uentis & malignis lacunarum cloacarumq́; uaporibus atq; pariter ex terræ motibus. At uerò data iſtarũ quacunq; cauſa ſemper tamen groſſo potiſsimum regnat in aere, inq; paludoſo, nebuloſo, fœtido. Et quando ſubtilem ad aerẽ extenditur, penetrat, ueloctiusq́; interimit: at citius, frequentius, diutiusq́; in groſſo, calido, humido, fœtidoq́; aere regnat. Aſſerũt Doctorum nõnulli peſtilentialẽ putrefactionẽ ſubtili prius, poſt uerò groſsiori aeri: ſed multo durabiliorem in groſſo. Haud ſcio quo mentis diſcurſu, quo fundamento primæ ſit mihi parti adhærendũ, quũ contrarium experientia monſtret. Præterea nobis ratio dictat, quod quũ non purum, ſed tantũmodo mixtum elementũ putrefieri poſsit: quò minus eſt mixtum, quemadmodũ eſſe conſtat ſubtiliorem aerem, eò minus aptum eſt ad putrefactionẽ. Et propterea eam non niſi per aſsiduum ſuſcipit augmentum peſtiferæ ſiderũ inſluẽtiæ. At ueluti groſsior, mixta

Peſtis fomenta.

mixta & ſtabilis aqua facilior putrefieri ſolet, ſic utiq; haud difficulter putrefactionẽ recipit groſſus & nebuloſus aer. Hoc dat præceptum Raimũdus, quod peſte inferius excitata altior ſubtiliorq́; petendus eſt aer: ſed orta ſuperne, per duos mẽſes primo fugiendum eſt deorſum ad großiuſculũ frigidum, humidum, purumq́; aerem, ubi rara eſſe ſoleat infirmitas. Sequentes uerò duos menſes ad mediam aeris regionem, deinceps ad paulò altiorem, uidelicet ſiccum, frigidum & ſubtilem, ſemper fugiendo calidum, humidum, & nebuloſum. Quo in aere tales ſunt homines, quales turbidis piſces in aquis. Id inſuper facit peſtilentialis aer in hominibus, quod caliginoſæ putresq́; in piſcibus aquæ. Sed quod hominibus uenenum eſt, non oportet ut ſemper tale cæteris ſit animantibus, propter cœleſtium ſignorum ac animaliũ ſpecierum diuerſitatem. Hinc oritur ut de illorum opinione quid dicam, ignorem penitus, aſſerentium quando peſtilentiale incipit in aere uenenum, quod tunc quæ ſemper in alto degere ſolent auiculæ, deſcendunt ad ima, & planitiem inhabitant: Sed quando in terra oritur, tunc lũbricos et ſerpentes exire dicunt de ſinu terræ, & auiculas quarum conſuetudo eſt uolare habitareq́; ad imum, ſublimia petere & montes adire. Addunt præterea, quod quando primũ in aere, pòſt uerò in terra uenenũ accenditur, in-

Peſti quæ corpora obnoxia.

Peſtis è terra prodeuntis ſigna.

terdum fugiunt animantia ex alto deorſum, & exinde rurſus altiora repetunt. Hinc eſt quod uulgò dici ſolet, uultures ſeu miluos peſtilentiali cedere aeri, & quæ loca huiuſmodi tenent milui, peſtifero non ſubeſſe aeri. Sæpius audiuimus hanc contagionem ab hominibus tranſiiſſe ad porcos. Fieri forſitan id potuit per aliquam non quidem ſpiritus, ſed carnis ſimilitudinem. His proxime elapſis diebus ſemel atque iterum peſtilentiæ morbum ex una in alteram domum tulere feles & canes, ipſis tamen nulla ex parte hac contagione læſis. Nec ulla te propterea admiratio capiat, quod interdum ſine omni nocumento, homo uel beſtia prædictum ſuſcipiant uaporem, ac tamen alios inficiant. Ignitum nanque ferrum ſtupam conſumit & paleam, ipſum uerò nullatenus conſumitur. Hoc enim ex recipientis ſubiecti diſpoſitione prouenit, in quo potiſsimum ſecundum Ariſtotelem, Galenum & Auicennam, rei conſiſtit effectus, ita ut his proximis diebus bimus noſtro in rure puerulus integro ſtetit die, infecto cum puero, annorum plus minus ſeptem, cibo ſæpius ueſcebatur infecti ore pueri maſticato, neque ullam ab ipſo morbi labem ſuſcepit, qua tamen correpti fuerunt alij longiuſcule diſtantes. Nec nimiam habeas tua in diſpoſitione fiduciam, cogitando te eius eſſe ualetudinis ut minime hæc tibi timenda ſit contagio, ſed hunc phy-

Peſtis ex alio in aliũ tranſit.

ſicum

ſicum obſerua canonem: Quod quando multum diſpoſita eſt materia, agens tunc cauſa quantumcunque imbecillis, citò producit effectum: ſic accendit ſtupam & ſulphur fauilla ex ſuſcipientis aptitudine. Et contrà potentiſſima quæ fuerit cauſa, etiam in non diſpoſitam operatur materiam. Et licet ſulphur ignis ſuſcipiat operationē citius quàm lignum, & ſiccum lignum minuteq; inciſum, facilius quàm cætera ligna: ardens nihilominus fornax ligna ſtatim rapit in flammam, & graſſiora & uiridia, eò quod ſumma agentis potentia citò diſponit atque informat. Et multoties peſtifer huiuſmodi uapor fit ſuarum ui cauſarum potentiſſimus, nec ſcire tu poteris quando ſcilicet hoc fiat. Et licet uno in tempore talis non adſit diſpoſitio, eſt tamen futura in alio.

¶ Quo pacto & quales temperaturas peſtis ex contagio feriat ocyſſime.
Caput III.

VEnenoſus iſte uapor adeò ſubtilis ſæpenumero exiſtit, ut uiſu dijudicari nequeat: interdumq; diſſoluitur, ſed facile ex inde regeneratur, manente ad hoc ipſum diſponente, influentia: iáq; tametſi puſillus à principio fuerit, tamē multò magis q̃ ſulphur, quū accēditur, ulociorią; curſu de loco in locū expāditur, et lōge magis cōtrariatur

tur uitali cordis ſpiritui, qui eſt uapor ex ſubtili ſanguine, quàm ſulphur naſo. Eiuſcemodi *uapor ſolũ in diſpoſitis ad hoc corporibus infecto ab aere accenditur: ſed poſtquàm eſt accenſus, corporibus mira uelocitate facilitateq́;, accenſum ueluti ſulphur, plus quàm antea circumquaq; dilatatur, præſertim quãdo ſubtili in humore, & tenui æſtatis aere accenſus fuerit, & ſpargitur, ſalitq́; ex uno in alterum corpus.* Accenditurq́; *potiſsime ubi maior eſt naturæ ſimilitudo, & in corpore recrementis pleno, cum fœtidis intus & extra uaporibus, & in cibis humoribusq́; ſuperfluis, et ad inflãmationem putredinẽq́; aptis: & ubi calida eſt materia, & humida, corúe coitu debilitatum.* Et *pariter in corpore paßionibus animæ defatigato, et ultra modum calido, quodúe balneis eſt aſſuetũ, cuiusúe pori ſunt nimis patentes, ſeu multum opitulati.* Hæc *quidem* Galeni & Auicennæ *fuit ſententia.* Pueri & *fœminæ multum ad peſtem ſunt apti, eò quod tenuis mollisq́; materia ad tranſmutationẽ eſt facilior, & pleni ſunt humoribus ad putredinẽ aptis, eſtq́; præter modum & ordinem illorum uita.* Quemadmodum *enim perturbat cõfunditq́; uinum calidus uentus & groſſus, ſic peſtifer iſte uapor inficit cogitq́; circumquaq; ad cor: primo ſpiritus, poſtmodum humores, qui iam putrefacti ebulliũt.* Eſt *uerò hæc ebullitio febris ipſa, quæ*

Pueros & fœminas peſte capi plurimum.

per

per uniuerſum inde ſpargitur: plus quàm cæteræ bullit ſeu inflat: quia tanta eſt uenenoſa materia, ut natura quantum poteſt principalibus à membris hanc ſtatim conetur expellere. Iſte quidem uapor omnem maculare poteſt humorem, ſed potiſsimũ ſanguinem, ſecundo choleram, tertio phlegma, quarto uerò melancholiam. Vnde fit quod magis huic ſubijciũtur periculo ſanguinei, paulò minus cholerici, poſtmodum phlegmatici: & minus reliquis melancholici, quia frigidus & ſiccus humor ad inflãmationẽ & putredinẽ ineptus eſt, & maxime quia ſtrictos habent meatus, per quos trãſire uenenum oportet. Idcirco ſenes minus ſunt peſtifero morbo obnoxij: licet huius anni peſtis nec ſeniores etiam reliquerit intentatos. Cuius fortè ratio fuit, quod ultra cæteros aduerſos ſiderũ aſpectus, Saturnus retrogradus dominus fuerit anni. Eſt mirum dictu, quod licet ex urbe noſtra Florentina uniuerſus fermè populus aufugerit, omni tamen die uita functi ſunt circiter centum & quinquaginta.

Senes peſti minus obnoxij.

Peſtis Florentiæ magna.

¶ De ſignis indicijsq; peſtis. Cap. IIII.

QVæ uerò ſigna indicent, quibus febrem eſſe peſtilentialem faciliter & clare deprehendatur, haud tam facile oſtendere quiſquam poteſt propter tam multiplicem accidentium diuerſitatem

ſitatem & fallaciam. Hoc enim teſtatur uniuerſus Doctorũ conuentus, præſertim Auenzoar & Raſis. Erit nanq; clara interdum urina, eò quod non pertingent ad hepar humores: apparebit modica febris, eò quod non erit calido in humore uenenũ, ſeq; propterea nõ diffundit ad exta: ſic ſtatim morietur patiens. Videbitur interdum reſtitutus, eò quod natura primo in aggreſſu uenenum à corde depulerit: tamen paulò poſt deſtituetur ſpiritu, eò quod potens non erit ſecundũ pellendi aggreſſum. Ex quo primo laſſata fuerit conflictu, etiam quia uenenum multiplicatum eſt, uel magis mutatum in malignũ, uel propinquius factũ cordi quàm prius. Omnes ferè in principio aliquantulũ in melius tendere uidentur, quia tunc robuſtior natura tantum contra hoſtem omnes colligit uires: uerum in alijs minus malis ægritudinibus, ad tam repentinum tantumq; non inducitur conatum. Videbitur præterea uirtutis robur obtinere, quia dictum uenenum non alijs ut cordi membris à principio contrarium eſt, & quando ipſum cor aggreditur ſtatim interimit. Quare his in temporibus haudquaquam conuenit morbi ſigna examinando moram trahère, quia falleris, nec te natura expectabit, niſi adminiſtrando remedia feſtinaueris. Hac igitur de cauſa his quum temporibus febrem adeſſe conſpexeris, præſuppone quod abſit, uel citò futura

Peſte laborantes, cur ſibi ſani uideantur.

eſſe

eſſe poßit poſtis, ac ei peſtilentialis curam febris adminiſtra, & eò maximè quod quandiu ueneno-ſa durat aeris influentia, omnis ſuperfluus humor facile inficitur: Et omnis quæcunque fuerit infir-mitas, in peſtilentiam facile tranſire poterit, fe-bres præſertim furioſæ & continuæ. Vnde com-muniter euenire ſolet, quod hoc morboſo tem-pore nulla præter peſtem ægritudo appareat. Quod ſi aliæ & multiplices quidem apparuerint ægritudines, tunc peſtilentia remittitur & ceſſat. Sunt non nulla peſtilentialis febris ſigna, uidelicet febris continua abſque ordinata & manifeſta de-clinatione, cum magna anhelitus & pectoris an-guſtia, cum repentina pulſus debilitate, cum uni-uerſi corporis grauamine, præcipue capitis, phre neſi, anxietatibus, ardore, ſiti, ſanguineis maculis pluribus in locis, cum urina groſſa, turbida, & qualis eſt iumentorum. Memineris tamen quod ſigna fallunt. Aduerte inſuper, quod quicunque puer eo tempore uermium laborarit infirmitate, dici poterit peſtilentia infectus, quia eſt materia ad peſtem diſpoſita, ut ſulphur ad ignem. Hoc mul ti neſcientes medici, iuuandi ſtudio pòſt ſunt frau-dati. Et ex ſignis propinquæ peſtis ultra aeris tur biditatem, & animalium ex putredine genitorum abundantiam, eſt principaliter uermium multitu-do, uariolarum & morbillorum, febriumq; conti-nuarum

Signa peſti lentialis fe-bris.

nuarum & concluſarum, urinæ turbidæ, oculorum rubores, excoriationes palati, phreneſis, & uniuerſaliter quæcunq; in febre, qua ſe uerſus cor frequenter dirigit humor, humanam ſignificat complexionem ad peſtem eſſe diſpoſitam. Scias iterum, quando multo tempore peſtifer uapor in aere durat, tunc aquam terræq; fructus inficit: propterea tutius eſt aquam decoquere, uel ferratam ſcilicet aquam conficere, cum eáque uinum lymphare, quia uinum fumoſum eſt, & non conuenit iuxta Auicennæ & Rhaſis ſententiam his in temporibus merum, utpote purum. Opportunum præterea alia quæ ſumuntur in cibum rebus boni odoris corrigere, & cum ſalſis acetoſisúe ſaporibus, præſertim quando peſtis poſt terræ motum oritur. Præſtiterit quoque non parum rebus uti aridis, in locis odoriferis & æditis locis naſcentibus, & inhabitare montes & colles.

¶ Prophylactica cura à diæta & uictus ratione in ſtatu peſtilentiali. Caput V.

ABſtinendum eſt tempore peſtifero à rebus inflammantibus & nimis aperitiuis, quia facilius ad uenenũ ſuſcipiendum diſponunt. Videlicet cauendũ eſt extrà à ſolari calore, pariter à calore ignis, ueſtimentorum: & intrò, à ſale, à ſpeciebus & medicinis calidis, ſimiliter ab herbis intenſæ ca-

ſæ caliditatis, à multo uſu acrium, excepto cæpe & cichoria, uel raphano cum aceto,quia ueneno aduerſantur. Item à uino nimium fumoſo, ab exercitio poſt cibum,præſertim tempore calido: et à ſudore,quia humores alterat: & in aere infecto nõ licet ſe multum aeri exponere,nec exceßiuo ſub diuo exercitio, quia calefaciendo & poros aperiendo, ſtatim multum de aere ſuſcipit infecto. Item abſtinẽdum ab facientibus oppilationem, & putrefactionem, quia peſtilentialis dant febris materiam, qualia ſunt uiſcoſa, frigida & humida: præſertim quando aliquid accidentalis ſeu extranei caloris ſuſcipiunt. Etiam à uiſcoſis, calidis & humidis, ubi humidum calido prædominatur & male decoctum eſt, & ut ſummatim dicam,humiditas putrefactionis eſt mater. Et quæ extra nos difficulter conſeruantur, etiam in nobis haud facile conſeruari poterunt. Vitandi igitur piſces quantum fieri poterit, in quorum genere parui minus nocent piſciculi,& qui ex flumine ſunt claro, petroſo, & currente, frixi in oleo cum ſale, & immerſi ſtaphiſagria ſeu aceto, aut ſucco aranciorum cum ſale & modico piperis, uel cinnamomi. Etiam uitandum eſt lac & omnia recocta. Quod ſi eo uti uolueris,ſit primum inter alia cibaria & modica quantitate cum parum ſacchari. Fructus uitandi ſunt omnes,exceptis amyg

Vitanda quæ in peſte.

Piſces uitãdi in peſte.

dalis, ceraſijs acetoſis, pyris chryſomelis, perſicis, pomis cydonijs, auellanis, prunis ſiccis, prunellis, meſpilis et cornulis, malis appijs, malis granatis, malateſtis. Cæteris uerò fructibus nequaquam utere, uel raro, uel rariſsime. Poteris tamē diutius uti fructibus & herbis frigidis, ſiccis & acetoſis, uel aliquantulum amaricantibus. Sed utendo fructibus calidis & humidis, ut ſunt ficus, uua, mora, ceraſa dulcia, fac ſint modica, & immediatè pòſt comede pomum anarāciæ cum ſale. Præterea ſi uteris frigidis & humidis, ut ſunt melones, piſces molles & teneri, pruna pinguia, ſume pòſt aliquid fœniculi, & pomi anaranciæ cū ſale ſuprabibendo parum uini boni & odoriferi. Vitare etiā debes fungos & herbas humidas, portulacas, cucurbitam, & omnē humiditatē, necnō & rem quæ facilis eſt putrefactiōis. Cauebis quoque fructus & res nimiū dulces & humidas herbas: permitto tibi lactucam permixtam mētæ uel cinnamomo. Eandem quoque corrigere poteris cum baſilicone, cariophilato minutiſsimo & quaſi ad rubedinem quandam tendente, odorem habente cariophilorum: eſt enim cordi gratiſsimū. Concedo etiam tibi cucurbitam, & herbam, quæ Tuſca lingua Selbaſtrella appellatur. Rurſus aduerte, ne te Raſis ſententia fallat, quæ tempore multum calido admittit olera et fructus frigidos

Raſis canon.

&

& humidos, quia Ægyptum inhabitabat ubi extrema eſt ſiccitas, ubi eiuſcemodi fructus & olera ſunt exquiſite à natura decocta. Cautus igitur eſto, ne talem præſumas licentiam in regionibus non ſimilibus Ægypto. Notandum inſuper quod res acetoſæ, aſperæ & acres in cõſeruatiuo æque ac curatiuo adminiſtrandæ ſunt regimine: quia periculum potiſsimũ imminet in calido & humido, & in putrefactione illinc dependente, in ſpirituum reſolutione, inq; acceßione ueneni ad cor. Res itaq; prædicti ſaporis omnibus iam dictis obſiſtunt malis, quia refrigerant, deſiccant, conſeruant, confortant, reſtringunt, & uniunt. Operæprecium hic eſt meminiſſe, quod res nimis acres, ubi timetur pectoris ſtrictura, aut ſtomachi debilitas, temperandæ ſunt in ſaccharo, ſale & lacte amygdalarum, cinnamomo, pipere, fœniculo, croco, ouis, & modico pinguedinis. Commendo plurimum panem ſpeltæ, hordei, & fercula ex his condita. Item biſcocta, riſum, paſſulas tendentes ad acredinem, panem optimi grani ſufficienter coctum cum modico ſalis. Vtere ſæpius capparibus cum aceto, & aliquando eo genere caſei, quod Florentini Marzellinũ uocant. Vitandus eſt caſeus multũ pinguis uel ſalſus. Nec laudo tibi caules nec legumina, exceptis lẽticulis. Prohibeo ſuper omnia phaſeolos, nec laudo multum rapas

ſpinachias. Concedo tibi petroſelinũ & paſtinacas. Prohibeo autẽ erucam, cariotas, ſapam, ſinapi, citrullos, melones, bacellos, cicer recens, cucumeres, ceraſia dulcia & mollia, uuas, ficus dulces & mora. Nec te repleto nimio uino, carnibus, & ouis, ne nimiũ ſanguinem, cholerã, putrefactionẽ inflammationemq́; multiplices. Vtere ouis cum agreſta & aceto, & pomis arantijs. Carnes ſint leues et ſiccæ, bene coctæ, pulli, auiculæ, hœdi caſtrati, pipiones, turtures, & ſylueſtres auiculæ. Si uſus fueris carnibus humidis ſint aſſatæ, ſed fac ut intus per totũ bene impleãtur cum acribus condimentis & acetoſis, cum modico piperis, cinnamomo, coriandro & ſale. Vina turbida ſunt omnino noxia, & præſertim muſta. Eſto in cibo & potu plus ſolito parcior: cibus ſit aliquantum copioſior potu. Nec tamen uolo, ut nimium feras ſitim & inediam. Caue ſtomachũ faſtidire permittas, ſed eum præſerua cum cibi & potus mediocritate, cum exercitio & ieiunio, cum appropriatis euacuationibus. Abſtine à coitu & paßionibus animæ exceßiuis, niſi forſitã per coitus abſtinentiam te omnino grauatũ perceperis. Ad mẽtem reuoca dictum Auicennæ tertio naturalium, quod ſuperflua per coitũ ſeminis euacuatio plus nocet quàm ſi quadrageſies tantum exiret ſanguinis. Dixit Hippocrates, coitũ ſpeciem eſſe quandam

Vina turbida noxia.

dam morbi epilepſiæ. Caue ab aere multũ nubilo, denſo, recluſo & humido: ac ſcias aerem qui non frequẽter mouetur & innouatur, ubi nec uentus, nec Sol penetrat, nec purgat, facile mixtionẽ ſuſcipere & putrefactionẽ uenenoſam, ueluti immobilis aqua. Ab hominũ te turba ſemoueto, præſertim exiſtens ieiunus, et quando calidũ ſucceſſerit humido, & humidũ calido. Declinato etiã aerem nimis calidum, quia aperit & nimis debilitat. Habitatio tua ſit ſpacioſa, ſicca, aerẽ recipiens ſiccũ continuo, & tempore æſtatus ſubinde recentem. Caue quando multũ incalueris, ne te protinus exponas frigido uel humido, nebuloſo, & uento calido & humido, præſertim in locis infectis, & de infecto loco ueniente, etiã ab omni uento de prædictis locis flãte, niſi fuerit nimis longe diſtãs, aut fractus pluuijs. Ventus autẽ qui aerem infrigidat & ſiccat & ſerenat, ſua natura eſt ſalubris, ſi eũ cum temperamento receperis: & eſt principalis medicus contra huiuſcemodi uenenum. Magnam adhibe curam uitando uentos à ſtagnis uel paludibus uenientes: aquas fuge putridas, herbas continentes, immaceratumq; linum, & quemcunq; prauum odorem. Procul eſto à cauliũ nucúmue odoribus, & fœtidis ab herbis. Abſtinendũ item à balneis, à ſomno meridiano, ab adhærenti arctoq; hominum conſortio. A' turba fuga cito &

procul ac tarde reuertaris: quoniam longo durare ſolet tempore uenenum, ad offendendum perquàm promptiſſimum. Vtere cibis ſiccis, optimi ſaporis, acribus, acetoſis, uitando brodiũ, pinguedinem, dulcia, uiſcoſa: uinis ſubtilibus, claris, odoriferis, aliquãtulum fumoſis, ſed parum acetoſis, non dulcibus, dilutis, aqua multum ſubtili & clara. Summa, omni tempore à rebus caue ſanguinẽ generantibus aut nimium, aut aquoſum, groſſum & turbidum, & pariter quamcunq; rem ſtomacho nocentem. Hæc eſt regula cibi potusq́;. Vtilis eſt, iudicio meo, omnibus ſuperſperſa cibarijs talis ſpecierum compoſitio. Accipe ſandalorum rubeorũ unciam dimidiam, cinnamomi electi drachmas tres & dimidiam, croci drachmam dimidiam. Gentilis omni tempore his utitur ſpeciebus. Sume cinnamomi ſemunciam, mannæ drachmam unam & dimidiam, cariophilorum, been albi & rubei drachmam dimidiam, corallorum rubeorum drachmam unam, cardamomi drachmas duas, croci drachmam dimidiam, ſacchari ad pondus omnium. Item nonnulli aliam habent deſcriptionem, & eſt talis: Cape margaritarum drachmas duas, corallorum alborum & rubeorum drachmam dimidiam, roſarum ſpodij ana ſcrupulum unum, cinnamomi drachmam unam, croci ſcrupulum unũ. Item, Sume cinnamomi, unciam

dimi-

dimidiam, cariophilorum drachmam dimidiam, corallorum rubeorum ſcrupulos duos, croci drachmam dimidiam, ſacchari ad pondus omnium. Pro primo cibo utile eſt, niſi te calor offenderet, ſumere ficus, rutam, & nuces cum ſale, præſertim tempore frigido uel humido. Notandũ quod ſpeciebus multum calidis, ut eſt quarta compoſitio ex his quas narrauimus, utendum eſt ſolum in ferculis multum humidis, frigidis & acetoſis, alijs uerò uti poſſumus in omnibus. Poſt cibum magno ſunt adiumento ſemina coriãdri præparati, & etiam ſecundum Auicẽnam ieiuno ſtomacho, qui hæc ipſa tali in cauſa plurimis effert laudibus. Vtere ieiuno ſtomacho frictionibus, bene pectina capillos, omnem expurga ſuperfluitatem, uniuerſum corpus mundum conſerua. Matutino tempore ignem præpara temperatum, & interdiu quandoq;, præſertim humidis tẽporibus. Bonis ſæpius odoribus domum ſuffumigato, ſimiliter & ueſtimenta. Admoueas naſo pariter & ore teneas ubi plus opportunum fuerit, aliquid theriacæ: alijs uerò in locis ſiue tẽporibus, corticem citri, zedoariam, uel modicum thuris: manu etiã ſupradictũ geſtare poteris cedrinũ pomũ. Cape laudani drachmã unam, been albi & rubei, roſarũ rubearũ ana drachmas duas, ſtyracis liquidæ ſcrupulum unum, myrrhæ, mẽtæ, cariophilorũ

ana drachmam unam,ſandalorum alborũ & rubrorum,camphoræ ana drachmã dimidiam. Fac *pomum cum aqua roſarũ muſcata, ſuſpende collo cornu unicornis,hyacinthũ,topazium,ſmaragdum,ut pectus tangat,& etiam in ore.* Dixit Aui*cenna,fore neceſſarium ut hyacinthus & ſimilia, à naturali calore noſtro caleſiant, qui illorum ad actum producat uirtutes, ut operentur in nobis. Fer tecum etiam in manu odorandum poma odorifera,præſertim citri, limonum, aranciorũ &c. Sæpius ablue os,faciẽ & manus aceto, & aliquã do cum uino potenti;* Nec *omittas odorem mentæ,meliſſæ,querculæ, rutæ,uiolarum rubearum, & myrti.* Vtere *odoribus frigidis, quos tempora cum calidis,ita tamen ut frigidi prædominentur, præſertim calidis temporibus, quia calidus per ſe aperit odor & inflãmat,quamuis aerem purget. Super omnia cura,ut hoc facias,ſcilicet permiſce æquali parte acetum roſatũ album & aquam roſarum cum uino albo potenti,cum modico zedoariæ uel corticis citri:de qua ſæpius modicum aliquid bibe, & ſæpius cum ea manus ea lauato & faciem.* Defer *tecum in ſpongia cum ligno fraxini,& laua etiam cum eiſdem manè & ſerò tepidis,uniuerſum corpus.* Vtere *tẽperato exercitio ſub tecto, quãdo es in locis infectis,ieiuno ſtomacho,ſitq; locus exercitij ſpacioſus:alijs autem*

in

in locis facies exercitium ſub diuo & pariter ieiunus. Ruſtici bibant loco uini acetum permixtũ aquæ. Admoneo omnes, ut nõ niſi ſumma cũ cautela res tangant ex infectis locis allatas, nec quicquam guſtent ex illis niſi coquatur, mũdetur, uel abluatur. Haud equdiem ſcio an dicere in præſentia debeã, an ſilentio potius præterire, quod Doctorũ nonnulli ſæpius ieiuno ſtomacho dare ſolent in potu, urinam pueri recens emiſſam, uel lixiuiũ. Detur pro remedio ruſticis accõmodato.

¶ *Præſeruatrix curatio Epidemiæ. De pilulis et pulueribus præſeruatiuis. Cap. VI.*

NEceſſaria nobis eſt bis in hebdomada, ipſa omniũ compoſitionũ regina, cœlitusq; tradita theriaca. Vera quidẽ theriaca, ut eam noſcas ſaporem longa mora in ore conſeruat, & ſtypticitatẽ ingerit uentri: ætatis eſſe debet annorũ quatuor, & non ultra duodecim: de ea debet antea fieri experientia in uenenatis animalibus. Theriaca electa iuxta Galeni, Auicennæ, Auerroisq; ſententias, ſecurũ reddit hominem ab omni ueneno, morboq; uenefico. Etiam in ipſa peſtilentiali febre admittitur. Dicit Galenus ſe inuenire theriacã pluſquã res omnes diuinã in conſeruando & curando. Dixit Moſes Ægyptius, mirabilem factam eſſe cum ea experientiã in peſtilentia Au- *Theriacæ efficacia.*

tiochenſi. Nec ſilentio tranſeundum puto Galeni typum dicentis: Peſtem eſſe draconem cum corpore aereo, qui uenenum contra hominem ſpirat: & theriacam purgatorium quoddam eſſe, purgans uenenum & draconem domans. Accipiatur poſt cibum horis nouem, & ante cibum horis ſex uel ſeptem. Qui eam ſumere non poteſt, ſaltem cordi apponat & ſtomacho naſoq́;, & pulſibus: frequentius detur drachma una prouectis, alijs uerò drachma dimidia, ſeu ſcrupulus unus. Qui calidæ ſunt temperaturæ, bibant æſtiuo tempore ſumpta theriaca tertiam partem cyphi aquæ roſarum cum modico aceti roſati: alij ſcilicet alterius complexionis, & alio tempore, ſumant cum uino albo permixto cum aqua ſcabioſæ & meliſſæ. Quod ſi theriaca non affuerit, uel non competens fuerit tuæ naturæ, ſume mithridatum. In alijs diebus hebdomadæ ſume pilulas contra morbum ſaltem horas quatuor uel quinque ante cibum, unam ſcilicet aut duas, uel plus, ſecundum complexionem, ſuperbibendo parum de uino albo cum aqua ſcabioſæ & meliſſæ temporibus frigidis: uel cum aqua roſæ & cum aceto roſato temporibus æſtiuis. Pilulæ antiquiores ſunt iſte: Sume myrrhæ, croci, ana unciam unam, aloes uncias duas, ſed quia nimium aperiunt, calefaciunt, reſoluuntq́; ſpiritus, ideò nonnulli abluunt

Epidemiæ præſeruatrix.

Theriacæ probæ indicia.

luunt ipſum aloe, & addunt terram ſigillatam, uel bolum armenum ſecundum doſim myrrhæ, uel addunt cãphoræ ad doſim tertiæ partis myrrhæ, ſed eligibilius eſt bolus armenus. Nõnulli cõponunt ſic: Accipe aloes drach. ſex, myrrhæ drachmas tres, ſeminum citri ſcrupulos duos, tormẽtillæ drachmã dimidiã, croci drachmã unam, reubarbari drachmas duas, cariophilorum ſcrupulũ unum, agarici, corticum citri, ſandalorum rubeorum ana drachmã unam, ſeminũ citri ſcrupulos duos, ſeminis acetoſæ drachmam unam cum dimidia, corallorum rubeorum drachmam unam cum dimidia, boli armeni drachmas tres, camphoræ grana duo, confice cum ſyrupo de citro. Auicenna & Auerrois dicunt, qui utitur aloe, myrrha & croco nunquam periclitabitur peſte. Prædictæ cõpoſitiones temperant illorum qualitatem, & uirtutem augent. Sed multo melior eſt compoſitio Nicoli, ſecundũ quem ueræ pilulæ ſunt iſtæ: Sume myrrhæ, croci, boli armeni, charabæ, corallorum rubeorum, ana drachmam unam, emblicorum drachmas duas, aloes loti ad pondus omnium, fient pilulæ cum uino albo, odorifero. Credo quod eſſent nobiliores, & magis ad propoſitum, ſi loco emblicorum ponerentur terræ ſigillatæ drachmæ duæ, & boli armeni drachmæ tres, fiant pilulæ cum acetoſitate citri, & Pilulæ Nicoli.

accipiantur cum uino albo, aqua roſata, aceto roſato. In alijs uerò ſequatur cõpoſitionem prædictam. Fac autẽ ut aloe ſit ſplendidum, leue, aliqualiter rubeſcens, delicatum, odoriferũ, frangibile, pingueſcens, & immittendo ſuper ipſum flatum, madeſcit. Sit & myrrha clara, & corallus delicatus, abſq; theriaca & dictis pilulis non bene fieri poterit præſeruatio. Itaq; præ omnibus alijs utere duobus prædictis, ſcilicet theriaca, duobus diebus diuerſis, et pilulis tribus ſaltem, quia deſiccãdo humiditatẽ præſeruant à putrefactione. Etiã fortificant cor, ſtringunt meatus, ne uenenũ tranſitum habeat ad cor, & ipſum illinc depellunt. Videtur mihi quod aloe in prædictis pilulis, quando ſunt tempora humida & frigida, ſimiliter & complexio, non debet lauari, ſed in alijs temporibus & complexionibus ſumere pilularum cõpoſitionem in pulueribus: melius eſt ſolum quando opus eſt feſtinatione. Poteſt etiam ſumi ante cœnam tribus horis uel quatuor, ſicut etiã ante prãdium. Poteris etiam ſemel in hebdomada, uel duabus uicibus aut plus, quando pilulæ offenderent (licet nullius ſint offenſionis) in tempore hyemali & humido, loco pilularum ſumere ficum ſiccũ cum dimidio nucis, cum modico rutæ & parum ſalis, ſuperbibẽdo parũ aquæ roſarũ uel aceti roſati. Quod ſi & iſtud te offenderet, utere loco il-

lius

lius nõ accipiendo aliquid aliud, parũ panis toſti intincti in uino albo potente, cũ pomo aranciæ, madefacta in aceto roſato, & intincto cinnamomo. Sunt nõnulli qui dant huiuſcemodi pilulas ſero uel mane, unam ſcilicet pro uice. Sume ligni aloes, drachmam dimidiam, tormentillæ ſcrupulos duos, dictami albi ſcrupulum unum, zedoariæ drcabmam dimidiam, croci drachmam unam, berberis drachmã dimidiam, cornu cerui aduſti ſcrupulos duos, ſandalorum rubeorum ſcrupulum unũ, ſeminis acetoſæ & corallorum rubeorũ, boli armeni ana drachmam unam, camphoræ ſcrupulos duos, gemmarum ex quibus fit electuarium de gemmis, drachmam dimidiam, margaritarum drachmam unam, hyacinthorũ drachmã dimidiam, cõfice cum ſyrupo de ribes, uel de limonibus. Ego autẽ *in omni tempore etiam in calido, eiuſcemodi pilulas dare ſoleo. Sume zedoariæ, ligni aloes, agrimoniæ, croci, ariſtolochiæ rotundæ, dictami albi, gentianæ, corticum citri, ſeminis citri, ana ſcrupulum unũ, coriandri præparati, tormẽtillæ, ſandalorum rubeorum, corallorum rubeorum, roſarum rubearum, ſpodij, emblicorum ana drachmam unam, terræ ſigillatæ drachmas duas, boli armeni drachmas quatuou, fac pilulas cum acetoſitate citri, quas adminiſtra cum uino albo, aceto roſato albo, & aqua roſæ.* Ego *multum adhibeo*

Pilulæ Marſilij.

bibeo fidei huic noſtræ compoſitioni, eam accipiendo quando non ſumitur aliquid de pilulis cum aloe cõpoſitis. Etiam poſt operationẽ prædictarum pilularum, additur ipſi cõpoſitioni, ambræ, muſci, hyacinthi, ſmaragdi, topazij, margaritarum, cornu unicorni ana ſcrupulus unus. Melius, etiam erit laudabile multũ, bibere iſta cum uino acetoſa, uel aceto albo, cum aqua roſæ, terra ſigillata & bolo armeno, cũ exigua portione ſmaragdi, & hyacinthi, & topazij, uel ſaltem cum margaritis & corallis. Iſta multum commendantur à Galeno & Auenzoar. Alij dant cortices et ſemina citri, & limonum, cum uino uel aceto roſato, & aqua roſarum. Ego uerò frequenter dare ſoleo hanc ſimplicem confectionẽ, & quidem efficaciſſimã atq; ſecurã, cum uino albo, uel aceto roſato & aqua roſarũ. Accipe boli armeni drachmas duas, terræ ſigillatæ, corallorũ rubeorũ ana drachmã unam, corticũ citri, zedoariæ, croci ana drachmam dimidiã, ſacchari roſati ex rubeis roſis conditi uncias ſex, acetoſitatis citri uncias decem, fac electuariũ. Raimundus & Arnoldus, theriacales quaſdã pilulas tribus modis cõponũt. Primo, ſume boli armeni drachmas tres, barbæ tormentillæ drachmas duas, barbæ herbæ tunici drachmã unam, ſacchari ad pondus omnium, fac pilulas. Itẽ, ſume ambræ drachmã dimidiã, muſci

Pilulæ theriacales.

ſcrupu-

ſcrupulum unum,cāphoræ grana ſex. Item, accipe ſmaragdi, hyacinthi, topazij ana partes æquales, triturentur et lauentur ſicut abluit Meſuæ lapidem lazuli, fac pilulas cum ſucco acetoſellæ. Dicunt huiuſmodi lapides ab antiquis appellari Bezoar, id eſt liberatores mortis, & quod in hoc theriacam excellunt quod ipſa uenenū à ſe pellit, non trahit ad ſe: huiuſmodi autē lapides utrunq; faciunt, ideò debent per os adminiſtrari. Etiam poſſunt ſuperponi plagæ, morſuræ, & bullæ uenenoſæ. Hac etiam utuntur compoſitione, ſcilicet auri optimi, margaritarū, ſerici crudi triti. Laudant etiam electuariū diambræ, de gēmis & chermes Meſue; laudant granata, rubinos, carbunculos, ſapphiros, palladios, corallos, grana tinctorum, & lapidem inuentū in capite aſpidis, & pariter cornu ſuum, & cornu unicorni. Itē electuarium lætificans Almanſoris cum re aliqua refrigeratiua. Vtere etiam rebus ſanguinem clarificantibus, ut ſunt lupuli, myrobolani, fumus terræ. Credo quod uti ſemine iuniperi cum ſemine myrti ſit multum utile contra huiuſmodi uenenum. Item tale electuarium: Sume citrum unum integrum, maceretur bene & coquatur cum ſaccharo & aqua roſarum. Et ubi non habetur citrus, fac cum limone ſeu pomo anarācio integro: multi utuntur uerbena. Sum dare ſolitus pauperibus

Lapides Bezoar theriacam excellunt.

parum

parum panis bene toſti, intincti aceto cum modico rutæ, & aliquādo cum cepæ portiuncula. Do *etiam nonnunquam ad ſuperbibendum parum uini puri.* Item *eiuſcemodi panem toſtum intinctū aceto roſato cum pauculo cinnamomi, quandoq; ſuperſumendo pomum arancium, & parum boni uini.* De *his quidē rebus adminiſtrare poteris, modo unam, modo alterā, his ſcilicet diebus quibus theriacam non ſumis, nec ueras pilulas, uel etiam illis eiſdem diebus poſt ueſperas.* Vti *etiam poteris ſero, ieiuno ſtomacho, parum iſtius noſtræ cōfectionis:* Cape *ſacchari roſati, diamarenati ana uncias quatuor, coriandrorum præparatorum, corallorum rubeorū ana drachmam unam, cinnamomi drachmas duas, ſed æſtiuo tempore drachmā unam, ſandalorum rub. croci ana drachmam dimidiam, uerum in æſtate croci ſcrupulum unū: confice cum acetoſitatis citri uncijs quatuor, ſuperbibe parum uini optimi, uel aceti roſati.* Pote*ris etiam uti eo matutino tēpore aliquando loco prædictarū.* Dixit Raimundus, *quod ſuo tēpore iuncti fuerunt* Saturnus, Iupiter & Mars *in undeuigeſimo gradu* Aquarij, *anni milleſimi tricenteſimi quadrageſimioctaui, in menſe* Martio, *quæ quidem coniūctio horribilia ſignificabat, præſertim graues peſtilentias frequentius per ſpacium annorum quadragintaquinque, eo quod fuerit in*

ſigno

ſigno humano fixo in domo Saturni. Inter quas erat peſtilentia illa anni quadrageſimi octaui, ubi Medici Pariſienſes & ex Auinione, & Pedimontani nouam compoſuerunt theriacam ab ipſis expertam, & cum felicitate eos conſeruauit. Arnoldus Receptam cõſcripſit, quam Raimundus eiuſdem diſcipulus his uerbis recitauit: Sume ſeminis iuniperi drachmas duas cum dimidia, cariophilorum, macis, nucis muſcatæ, zedoarij, zinziberis ana drachmas duas, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, barbæ gentianæ, tormẽtillæ, barbæ herbæ tunici, dictami, inulæ campanæ ana drachmã unam cum dimidia, ſaluiæ, rutæ, ſeminis balſamitæ, mẽtæ, pæoniæ, pulegij ceruini ana drachmam unam doronici Romani, baccarum lauri, ſeminis acetoſæ, ſeminis citri, baſiliconis, maſticis, thuris, boli armeni, terræ ſigillatæ, ſpodij, oßis de corde cerui, raſuræ eboris, & cornu unicorni, margaritarum, ſapphiri, ſmaragdi, corallorum rubeorum, ligni aloes, ſandalorum rubeorum, hyacinthi, topazij ana drachmam dimidiam, ſacchari roſati, diaboraginati, diabugloſſati, dianenuferati, diaacetoſellati, pulparum tamarindi acetoſi, thericæ ana drachmam dimidiam, ſacchari libras tres, fac electuarium aut morſellos, cum aqua ſcabioſæ & roſata parum camphorata, & cum uino cydoniorum, addendo folia auri quadraginta. Qui

ſitim patitur extra cibum, utatur acetoſa ſimplici cum pauxillo aquæ frigidæ, uel uini mali granati acetoſi cũ iuleb roſato, uel uino acetoſo. Poſſis etiam exprimere acetoſitatẽ citri uel limonis, uel pomi anarancij, & bibere cum aqua & ſaccharo. Item ſucci roſarũ, ſacchari roſati, diamarenati, diaprunis, diacydonitis diſſoluti cũ aqua colata & expreſſa, bibendo cum aqua frigida. Item roſæ, myrobolani, tamarindi, ceraſa acetoſa, pruna perſica ſicca, cydonia trita, diſſoluta, colata, & expreſſa, bibe cum aqua & ſaccharo, ponendo plus de ſaccharo ubi minus eſt de calido, et minus de ſaccharo ubi plus fuerit de calido. Item ſuccus roſarum cum uino granatorum: item oxy ſacchara cum aqua frigida recenti. In pluribus etiam rebus proficuũ eſt uinum cydoniorum. Vti herbis cor ipſum ſua uirtute reſpicientibus, utile eſt, ut ſunt borago, bugloſſa, meliſſa, endiuia ac mentæ parum. Item ſeptẽ principales herbæ quas contra uenenũ plurimum ualere fertur, quarum prima eſt herba hypericon, alio nomine Perforata: ſecunda eſt herba dicta uincetoxicon, tertia enula, quarta raphanus, quinta dictamus, ſexta ariſtolochia, ſeptima lactucella. His additur ab Arnoldo & Raimundo, herba tunici. Nec prætermittenda eſt agrimonia, acetoſella, cichoria, marrubium, hyſſopus, ſcabioſa, pentaphyllon, cappa-

Septem herbæ principales contra uenenũ

ris,

ris,limones,citrulli, arãcij ſcilicet quos poma aurea uocamus: & uniuerſaliter cuncta acetoſa, & quæ ponticitatẽ quandam participant. Scias floſculos uitis multũ conferre,ſi eis in cibo & potu atq; electuarijs uti cõſueſcas:pariter & aqua ſcabioſæ, necnõ meliſſæ, in his omnibus quæ ſanis ſimul & infirmis adminiſtrantur mirabilis eſt, eò quod humiditates exiccet uenenoſas. Et ubi in deſiccãdo refrigeratione multa opus ſit,utendũ potius eſt aquis endiuiæ, roſarũ,plantaginis, aceto roſato,uel aqua,uel ſucco acetoſellæ,ſucco limonũ,cedri,aranciorũ, cichoriæ, pimpinellæ,fumi terræ. Quũ uerò tẽperatis uti oportet, accipe aquã boraginis & bugloſſæ,ſingulis decoctionib. impone pruna damaſcena, myrobalanos,et tamarindos. Et hoc memori ſerua mẽte,quod cũctis in remedijs quàm bene cõueniunt hæc quatuor,uidelicet uinũ albũ,acetum album roſatũ, aqua roſata,omnia æquali pondere, crocus pauxillula quãtitate. Vbi abſq; mora ac cũ facilitate quadã operari neceſſe fuerit, adminiſtrabis quæ opportuna ſunt in forma ſubtili et liquida,uel ad ſuprabibendum dato quæ prædiximus. Inquit Raimundus, quod ſi tandiu differri poteſt ut præmemoratarũ fiat cõpoſitio pilularũ, melius eſſe ut exhibeãtur pilulæ quàm pulueres,tum quia huiuſmodi compoſitio melius fermentata eſt, qua quidem fermen

tatione ultra complexionalem,ſpecificam quoq; contrahit uirtutẽ:tum quia permanẽdo in ſtomacho mage conſeruat,roborat,cõfortat,ac melius diſcurrit per corporis remotiora, ſuprabibendo parum alicuius liquidæ ſubſtantiæ,& multũ abſtinendo. Nec tamen ideo uolumus ut pilulæ ſint ualdæ ſiccæ ac induratæ,imò ſi tales fuerint, decet ut reformentur. Cõgruit ſanguineis phlebotomia,uidelicet extrahere ſanguinem,ut cõſeruentur,ſi aliàs nullũ ex ſe fluxũ ſanguinis haberent. Sanguineos eos intelligo qui decẽter carnoſi, colore rubei ſunt,piloſi, robuſti, quibus uenæ amplæ,& qui rebus ueſcuntur multi nutrimẽti.His inquam extrahatur ſanguis ex baſilica dextra, inde poſt bimeſtre ſpaciũ fiat iterum minutio ex baſilica ſiniſtra.Nec una pro uice excedas põdus libræ.Fiat etiã temporibus anni temperatis,ac luna in bono & fortunato aſpectu exiſtente. Sanguis purus minuitur oriente Sole, cholericus in meridie,melancholicus in occaſu, phlegmaticus in medio noctis. Vult ideo Raimundus, ut iuxta ordinem Auicennæ ſecundũ quatuor ſpecies ſanguinis prænumeratas, obſeruẽtur in extrahendo illæ quatuor horæ.Cognoſcũtur autẽ hæ ſpecies: primo per earundem ſigna,deinde iuxta quatuor ætates quibus dominantur, ſuccedendo ordine prædicto.Et ubi non apparuerit multa ſanguinis abun-

abundãtia, uult ne penitus minutio fiat, nec cauſa conſeruationis, nec curæ. Et quum extrahere uolueris, cura ut die præcedẽti fiat clyſtere, & exhibita ſit aliqua medicina nõ ſolutiua. Nec prætermittendũ duco, quod ubi ſanguis ad alios multũ declinat humores, minime ſit euacuandũ. Memineris Galenum & Auicennã, quanto magis medendi artem exercuere, tanto ſemper timidiores erga phlebotomiam eſſe factos, eo quòd plus trahit phlebotomia ex naturali & bono, & ex ſpiritib. q̃ ipſa medicina: ac minus tẽporis cõcedit ad diſcernendũ malũ ſanguinẽ à bono. Cõferunt infantibus & pueris ea quæ contra uermes ualent, quorum his potiſsimũ temporib. imminet periculum, adminiſtrato illis in potu ſemel in hebdomada dictami drachmã unã cũ uino aliqualiter ſtyptico, ſiue cum uino decoctionis abſynthij & nigellæ, aut ſeminis ſancti. Illiniatur itẽ ſtomachus, umbilicus, gula & pectus, oleis herbiſq; amaris & huiuſmodi: quandoq; etiam exhibebis pilulas de reubarbaro. Verùm quia multũ humida complexio, multũq; calida periculoſa eſt tempore peſtis, opus eſt refrigeratione, deſiccatione, & frequenti euacuatione, quæ quidem ſecundum opportunitatẽ cum moderamine fiant. Hunc defer ſacculum cordi applicatum: Sume roſarum rubearũ drachmas duas, ſcandalorũ rub. corallorũ

rub. ſpodij ana drachmã unam, zedoariæ, ligni a-los, cinnamomi, cariophilorũ, corticum citri, croci ana drachmam dimidiã. Eſto diligens ut omnis expurgetur ſuperfluitas, ac cura ne ſtypticus maneat uenter, ſisq; tardus ad ſolitas conſtringendũ expurgationes uel fluxus ſiue ſuperfluitates, hæmorrhoides, ſcabies, naturales ſolitosq; ſudores. plagas ueteres apertas, quibus ſine moleſtia profluit humor, lachrymæ, ſanguinẽ è naribus fluentem, ſolitum & ordinarium, uniuerſales guttas & huiuſmodi, quoniam hæc dicta expurgamenta ſecuriorem reddunt à morbo. Admoneo rerum publicarum gubernatores, ſecundum Hippocratis experientiam, ſi fecerint ac ordinârint ignes & fumigia ex iunipero, myrto, terebinthina, & thure, manè & ſerò ante poſticas quarumq; ædium, domuum, & habitationum, ſtatim expelleretur ab eo loco peſtis. Valet loco iuniperi, laurus, ſaluia, roſmarinus, & herbarum quicquid eſt odoriferarum. At terebinthina mirabilis eſt. Multi doctorum dicunt, ignem ſemper fore tempore peſtis utilem, eò quod omnem diſſoluit uaporem. Inquit Raimundus utendum eſſe confortantibus ſolum, quũ groſſi apparent uapores & humidi. Calidis temporibus ſuperare debent odores infrigiditate alios: è diuerſo quum tẽpora frigida ſint et humida, roſæ, ſandali, myrtus, cãphora, cortices

pomo-

pomorum, mala granata, calidos contemperant odores: ſimiliter acetum, & uirides herbulæ frigidiuſculæ. Cōſuluere Magi Perſarū regi pro ſui defenſione ab omni ueneno morbóque ueneſico, ſculpi faceret in lapide Hæmatite hominem flexis genibus ſtantem, cinctum ſerpēte, dextra eius caput, leua caudam ſerpentis tenentem, & imprimi ligariq; faceret hunc lapidē in annulo aureo: uerum lapidi in loco capſulæ ſupponi barbam ſerpentariæ, quem quidē annulū geſtaret in digito. Laudat Auerrois hircinæ odoramentum urinæ: Moneo ut continuis utaris remedijs quū fueris in loco infecto uel propè, eò quod contagio frequens eſt infectusq; aer cōtinue noxius offendit. Volo diligenter aduertas, quū fuerit coniunctio Solis & Lunæ, quumq; oppoſitio, id eſt quandò eſt plenilunium. Item quando coniungitur Luna Saturno, & magis quando coniungitur Marti. Item quum fuerit in quadra cum dictis planetis. Et nota (ut refert Raſis) fortiter moueri ſolet uenenū huiuſmodi peſtilentiæ in ſolis ortu, in occaſu, in meridie, et medio noctis, quia Sol quatuor his uicibus mutationē cauſat in aere. Regnat in uere, in æſtate magis, plus in autūno. In uere eſt aer calidus et humidus, et accedit ſanguinis dominiū. In æſtate cholera, calidus aer multū aperit & penetrat, debilitantur corpora, rebus replentur corruptibilib.

Hircinæ urinæ odoramentū.

IN peſtilentiali febre non expurgato ueneno, caue ne adminiſtres intus, nec extra res partium pectoris ſimpliciter aperitiuas, eò quod aditũ præbent ueneno ad cor, & ſpiritibus uiam aperiunt exhalationis: ſed ut inflammatio probibeatur & putrefactio, utere ſubitò aliquantulum infrigidantibus & multum deſiccantibus. Roborãt nanq; cor, & uias claudunt uerſus ipſum tendentes, ne uenenum ad illud perueniat. Pro parte etiam bene purgandus eſt humor, & ſpiritus nutrimento ſæpius recreandi, & quæ contra uenenũ ualent continue adminiſtra, id quidem ſua natura cor petit. Quod ſi differas donec uenenũ eò peruenerit, fortaſſe fieri poterit, ut partes cordis multum inde conſtringantur, quas quidem denuo aperire quàm proficuum, plus fortè noxium periculoſumúe eſſet. Igitur quum primũ caput omniaq; membra grauari ſimul adiuncta febre quiſpiam perceperit, uide ex ſignis ne mendacibus ambiguisq; fidem habeas, nec differas quouſq; appareat inflatio uel bulla. Sed hæc quum emineant, eò citius quò poteris confeſtim inungas oleo de ſcorpionibus & theriaca, pulſus temporum, manuum & pedum, nares, occiput, gulam pectus & locum circa bullam & apoſtema ſi apparuerit. Vera olei compoſitio talis eſt. Sume olei oliuæ annorũ quinquaginta uncias octo, imponas ſcorpio

Olei de Scorpionibus confectio.

nes numero quinquaginta,ſimul cum oleo bulliãt ita ut fundum petant,quod facias in æſtate, et maxime menſe Auguſti,ſerua & utere:eſt enim mirabile cõtra uenena. Quod ſi ſtomachus cibo grauatus fuerit, prouocandus eſt uomitus cum facilitate, cum aqua tepida,aceto, & oleo,etiam cum raphano, tentando etiam prouocationẽ cum penna,& ſtatim poſtea facias clyſtere. Et renouabis omni die maluarum decoctionem & matris uiolarum,bletæ,hordei, lactucæ,camomillæ, mellis uiolati,ſacchari rubei, uitelli unius oui,diaſenæ uel caſiæ unciam unam, ſucci roſarum ſolutiui drachmas duas,ſalis cõmunis & olei uiolati quod ſatis eſt. Hoc facto , applicabis epithema cordi ex rebus cordialib. frigidiuſculis à prædominio: Sume aquarum roſarũ,bugloſſæ, acetoſellæ,nenufari ana drachmas duas,aquarum meliſſæ,ſucci granatorum medij ſaporis,acetoſitatis citri ana drachmam unam , ſucci cydoniorũ unciarum unam, ſandalorum albarum rubeorũ & citrinorum ana drachmas duas, ſpodij, raſuræ eboris , ſeminũ citri, ſeminis acetoſæ ana drachmam dimidiam, granorũ tinctorum grana ſex, camphoræ drachmam dimidiã,conterantur bene omnia, & calefiãt in uaſe uitreato puro. Pòſt cum pãno de Grana temperate calido ſuperponas pectori, ſingulis tribus horis ipſum renouãdo. Item pro ſtomacho

hanc

hanc habeto in ſacculo cōpoſitionē, ad uiuifican dum & roborandū ſpiritus eius. Sume abſynthij, mentæ ana manipulum unum, meliſſæ, acetoſæ ana manipulum dimidium, roſarum rubearum unciam unam, corticum citri, riſi ana drachmas tres, coriandrorum præparatorum drachmas duas, corallorum rubeorum, maſticis, ſandalorum rubrorum ana drachmam unam, macis, foliorum cariophilorum ana drachmam dimidiam, nucum cupreßi numero quatuor, componas cum ſucco cydoniorū. Item ſub brachijs hoc remedium administrabis: Sume roſarum, florum camomillæ, meliloti, florum myrti, nucum cypreßi, ſandalorum, omnium in debita quantitate, bulliant in aqua cui intingatur ſpōgia uel ſtupa, quæ poſtmodum exprimatur, & tēperate calida applicetur, ſæpiusq; renoua: Iſtud enim mirabile eſt.

¶ Cucurbitularum uſus, & curandi ratio per ſanguinis mißionem.

Caput VIII.

HIs factis & debite, ut dictū eſt, adminiſtratis, ſi bulla uel ſignū in tibijs adhuc nō apparuerit, duas cōfeſtim natibus uētoſas applica, et duas pariter coxis à parte poſteriori. Voluere ueteres & poſt huiuſmodi uentoſarū depoſitionē fieret phlebotomia. Et ſi bulla uel ſignū ſolitū nō appa

ruerit,

ruerit, fiat ex uena cõmuni à parte dextra, ad prohibendũ ne uenenũ partes cordis attingat: etſi etiam apparuerit huiuſmodi ſignũ uel bulla, eodẽ in latere extrahendus eſt ſanguis, & hoc ne ſe extendat dilatetq́; uenenũ (ut ſemper ſolet) per omnes uenas ac corporis partes. Quod ſi circa aures apparuerit, uel collũ, minuatur ex cephalica in parte qua ſignum, iuxta pollicẽ manus. Si ſub axillis apparuerit, euacuetur hepatica in brachio eius partis in qua ſignũ. Si in inguinibus, fiat phlebotomia ex ſaphena, hoc eſt ſub talo pedis eiuſdem lateris. Deniq; in uniuerſali, quoties ab origine gulæ ad caput uſq; huiuſmodi ſignum appareat, fiat minutio ex cephalica in parte ſigni apparentis. Si ab ea parte uſq; ad umbilicum antè uel retro, fiat pariter phlebotomia ex hepatica. Si ab umbilico infrà, debet minui ſaphena modo quo ſuprà. Et phlebotomandum eſt quàm citius fieri poteſt, ſaltem quum primo apparere incipit apoſtema. Intrepide autẽ bonam quantitatẽ extrahi facias, niſi patiens fortè modici fuerit ſanguinis: extractis duabus uncijs uel circà, ſiſte paululum, ut dijudicari poßit an bonus ſit ſanguis uel ne. Si malus, extrahere poteris copioſius: ſi bonus, parcius. In debilibus & ſanguine nõ multũ abundantibus ſufficit extractio duarũ unciarũ. At febrilis tempore rigoris id minime feceris. Patiens autẽ

quum

quũ ſit ſanguinis minutio, deguſtet uel ore teneat pomum anaranciæ & acetoſa quæq;, naſo fronti, ac temporũ pulſibus acetum applicando: hic nam cõmunis phlebotomandi eſt modus. Fulgineus Gentilis plurimũ laudat id quod iam dicemus, ut rem quampiã expertã. Si ſolitũ apparens apoſtema uenerit circa ſpatulas, applicãdæ ſunt uentoſæ ubi iungũtur ipſæ ſpatulæ: minutio aũt fiat ex mediana quæ dici ſolet cõmunis & nigra. Si apparuerit in collo uel capite, minuatur cephalica iuxta pollices manuũ. Si ſub uel dextro in brachio, phlebotomandus eſt de uena pulmonis inter mediũ & anularẽ eiuſdẽ lateris digitũ. Si circa brachium uel latus ſiniſtrum, ex uena Saluatella inter dextræ manus paruũ & anularem. Si in inguinibus uel in ſiniſtro latere, ex uena Paralitica minutio fienda eſt inter poplitem pedis & alium propinquũ eodem in latere. Si appareat in tibia uel pede dextro, ex uena ſic dicta Vena mulierum, ſolent doctores Hiſpani & Catellani prima pòſt factũ clyſtere uel ſaltem ſecunda die, facere phlebotomiam duabus interpolatis uicibus. In ſanguineis robuſtis ac bonæ ætatis hominibus primo die ſic faciunt: Primo extrahunt ſanguinem in parte oppoſita, eò quod humor in motu adhuc exiſtat, nec iam ueneficus factus eſt. Si apoſtema ſub brachio ſiniſtro apparuerit, minuunt ſubitò à manu

Hiſpanorũ medicorũ in ſanguinis miſsione modi.

dextra

dextra uncias ſex uel quatuor, uel ex cauilla pedis ſiniſtri uncias tres. Poſt uerò horas ſex uel octo recreato patiente atq; quieto, extrahunt à ſiniſtro brachio uncias ſex uel quatuor aut tres iuxta cōpreſſionem & uirtutē uenæ groſſioris, quoniam ea opportunius phlebotomiā expoſcere ſe monſtrat. E diuerſo faciunt ubi apoſtema in inguinibus appareat: primo quidē minuunt in brachio eiuſdem lateris, ſecundo in pede illius etiam eiuſdem partis ex ſaphena. Verū ſi patiens haud multum robuſtus fuerit, nec ſanguine abundans, attamen naturalem habet decēter uigorem uirtutisq; cōſtantiam, aut ſit ut iam exiſtat in fine ſecundi, uel in tertio die, quum iam ueriſimile ſit materiā ipſam ſuū curſum motumq; cœpiſſe, iamq; ueneno infectam eſſe, euacuāt uncias duas uel quatuor à latere apoſtematis, loco apoſtemati quàm ſit poßibile propinquiori. Si poſt aures extiterit, minuunt ex cephalica eiuſdem lateris. Quod ſi hæc ipſa haud ita facile cōprehendi poßit, fiat in Mediana uniuerſo corpori comparticipante. Quod ſi nec iſta pateat, fiat in manu eadem ex uena quæ eſt inter pollicem & indicem. Similiter autem faciunt à medio ſecundæ diei ad ſequētes, ſed ab initio ad mediū ſecundi facerēt phlebotomiā ex parte oppoſita, ſimiliter à primo ad mediū ſecundi. Si apoſtema eſt ſub brachio, euacuandū eſt ex uena eiuſ-

na eiuſdē brachij, et ex uena cōmuni, uel ſaltem ex hepatica, aut eiuſdem manus infra digitū medium & ſibi adhærentem. Si in eodem prædicto tēpore ſignum ipſum in inguinibus fuerit, incîdas uenā ſub eiuſdem lateris genu, aut ſub cauilla eiuſdem pedis. Si ſignum uergit uerſus nates, mitte ſanguinem de großiori uena, & magis apparente in dorſo pedis eiuſdem lateris. Iſtorū quoq; modus eſt, quod citra ſecundæ dimidium diei, incipiunt ut plurimum in latere oppoſito ſanguinem extrahere, ultra uerò ut plurimum in contrarium. Nos autē ad canones noſtros uniuerſales accedamus. Quia eiuſcemodi morbus uel eſt in ipſo ſanguine, uel in humoribus ſanguine permixtis: ideò mihi uidetur extrahendum eſſe ſanguinem omnibus, ab annis quatuordecim uſque ad ſexaginta, ratus multo ſatius fore, ut uenenum quod per uenæ apertionem expiret, quàm ſanguinis effluxu magnopere cruciari. Extrahe ipſum iterata uice cū ſex horarum interſtitio. Robuſtis autem corporibus & ſanguine multum abundantibus, extrahe ad ſummum, libram unam: Mediocriter uerò robuſtis, & mediocriter ſanguineis aduſque uncias octo: debilioribus autem conſtante pulſu, uncias quatuor uel tres, ſiue duas aut ſaltē unū. ubi uerò dominiū cholera obtineat, non excedat uncias extractio duas. Multi extrahere præcipiūt, quouſq; non

quouſq; non debilis, debilitetur. Hoc autem mihi minime placet, quandoquidem ſpiritus diſſoluit. Vbi pulſus uacillat, nil prorſus extrahendũ. Maior uerò mihi eſt cura prius appareat apoſtema, etiam poſtmodum prouocentur hæmorroides frictionibus factis cum rebus aſperis, & ſucco ceparum, cum uentoſis & ſcarificationibus, et ſanguiſugis. Vbi ſanguis abundat, facias idem poſt alteram uenæ ſectionem. Vbi autem modicum fuerit ſanguinis, ſaltem id feceris.

¶ *De medicinis uenenum diſſoluentibus & extrà trahentibus.*

Caput IX.

QVidam ut primo ſemel euacuatus eſt ſanguis, applicant epithema. Verum ſapientiores id agunt à principio, ſæpiusq; renouant, uidelicet à tertia in tertiam horam, apponũt temperate calidum cum panno coccineo. Deſcripſimus unum ſuprà alterũ hoc eſt: Sume aquarũ roſarum, aquarum endiuiæ, bugloſſæ, meliſſæ ana libram dimidiam, aceti uncias duas, ſandalorum, roſarum, corallorum, ana drachmas tres, ſpodij drachmas duas, margaritarum, hyacinthorum, ſapphiri ana ſcrupulum unum, been albi & rubei, oßis de corde cerui, ſeminum citri ana drachmam dimidiam, muſci ſcrupulum dimidium, camphoræ,

phoræ, croci ana ſcrupulũ unum. Si inſolitam in patiente noueris caliditatem, fac ut ungatur hepar & regio renum, unguento ſandalino, bis in in die. Inde poſt horas quatuor (more conſueto et ordine) exhibendæ ſunt pulueris contra morbum drachmæ duæ uel una cum albo uino & aquis endiuiæ, necnon acetoſellæ, pariter & theriacæ drachmæ duæ, uel ſaltem una. Poſt hunc ipſum potum coadiuua cum pannis et fumigijs calidis, naturam ad ſudorem. Nec erraret qui theriacam ſolam adminiſtraret: ueruntamen plus in uſu eſt eam dare cum pulueribus. Addunt nonnulli acetum, & id mihi haud diſplicet: placet quoq; eam ſæpius adminiſtrari. Et utilis ſimul cum theriaca, aqua ſcabioſæ & meliſſæ, ubi non multa adſit caliditas: Antiqua contra morbum pulueris talis eſt deſcriptio. Cape dictami albi, corallorum alborum, tormentillæ, boli armeni, gentianæ ana unciam unam, terræ ſigillatæ unciam dimidiam. Modernior hæc eſt: Sume barbam dictami, barbam tormentillæ, agrimoniæ, ligni aloes, boli armeni, ualerianæ, lapatij, ſandalorum rubeorum ana partes æquales, barbæ ſcabioſæ ad pondus omnium miſce cum ſanguine tauri deſiccati ad ſolem & deſtillati. Alia deſcriptio. Sume ſpodij, dictami albi, gentianæ, tormentillæ, granorum iuniperi, ſeminũ citri, carlinæ ana drachmas

Peſtis curãdi rationes phyſicæ.

quatuor, foliorũ albatriuncias duas. Tertia deſcriptio. Sume tormentillæ, dictami albi, cornu cerui uſti, zedoariæ ana drachmã unam, margaritarũ, corallorum rub. ana ſcrupulos duos. Quarta deſcriptio. Sume tormẽtillæ, dictami albi, boli armeni, camphoræ, margaritarum ſandalorum rub. cornu cerui uſti, ariſtolochiæ rotundæ, ſacchari albi ana drachmas duas. Quinta deſcriptio. Sume tormentillæ, dictami ana drachmas duas, ſeminis acetoſæ, ſeminum citri ana drachmas tres, zinziberis albi, cinnamomi, croci ana ſcrupulũ unũ, boli armeni, terræ ſigillatæ ana drachmas duas cũ dimidia, ſacchari uncias duas. Hic puluis multum (ut fama eſt) ualet contra uenenum, tam antè quàm pòſt adminiſtratus. Sexta deſcriptio. Sume radicum tormentillæ drachmas duas, ſandalorum rubeorum, dictami albi recentis, cornu cerui uſti, margaritarum, boli armeni, ariſtolochiæ rotundæ ana drachmam unam, camphoræ drachmam dimidiã, ſacchari albi drachmas duas, pimpinellæ, myrrhæ, zedoariæ ana drachmam unã, ſandalorum, terræ ſigillatæ ana drachmas duas, ſeminum citri, croci ana ſcrupulum unum, hiacynthorum ana drachmam dimidiam. Hi pulueres uigorem præſtant cordi, adiuuantq; ipſum in expellendo à ſe uenenum, putreſcibiles humores deſiccant, cohibent uias cordis ne uenenũ ipſum

attin-

attingat : frequenter etiam uenenum expellunt per uiam ſudoris. Experimento compertum habetur priorem, quam diximus antiquam, deſcriptionem, ac inter modernas ultimam, cæteris eſſe multo ac longè efficaciorem. Sunt quidam qui poſt uomitus prouocationem (ſi ea opus ſit) facto etiam clyſtere & inunctione, primo exhibent pulueres atque epithema : poſt cuius operationem, tunc primum euacuant ſanguinem. Id autem faciunt ubi patiens ſanguinis multum habuerit, nec fortè in hoc errant. At ubi fieri nō poſsit ſanguinis extractio, tum defectu ſanguinis, loco phlebotomiæ exhibent medicinam, prius tamē puluerem. Poſtquam ſudauerit infirmus, aut debitum ſudoris tempus elapſum fuerit, non expectanda eſt humoris digeſtio : quoniam non adeſt temporis mora atque facultas pro celebranda digeſtione. Equidem quum neceſsitas immineat (ſiquidem ea ipſa non ſubeſt legi) minime obſeruanda eſt conſueta temporum diſcretio atque dierum. Nec confidendum eſt ſpe aliqua in opere naturæ ad euacuationem enitentis, quoniam irregularis eſt propter indigeſtionem impetumq; ueneni, equidē oppreſſa natura ut poteſt, plus operatur quàm debeat. Poſt ideò competens ſudandi tempus, uel ſanguinem ſi abundat minues, uel non abundante dabis purgationem, ex rebus

tamen non cõmouentibus ſtomachũ. Factus enim cum uiolentia uomitus, pectoris dilatando uias facit ut ad cor uenenũ percurrat, trahitq; ipſum ad cerebrum. Hac de cauſa errant qui capraginẽ & res huiuſmodi exhibent uomitiuas & uenenoſas. Vix enim uni reſiſtere poteſt natura ueneno. Poſſet fortè nobis quiſpiam opponere, cur uenenatos ad uomitum producere phyſici ſoleant. Dico nõ parẽ eſſe uenenorũ conditionẽ: cætera enim plus habent materiæ, & ad educendũ aptiora per uomitum, & ſunt in ſtomacho: iſtud uerò uapor eſt quidã uenenoſus, & in partibus pectoris. Nulla igitur adſit medicina, quæ uomitũ uiolenter producere poßit: at eum qui nulla uiolentia, damnarẽ minime: approbarẽ tamen magis, ut per inferiora diuerſo fiat. Diſſoluatur, quam dabis, medicina in uino albo, et aquæ ſcabioſæ, endiuiæ, roſarum, plãtaginis, bugloſſæ, meliſſæ, aceto roſato, in quibus facta ſit decoctio ex prunis demaſcenis, myrobalanis, tamarindis. Si autẽ morbus inuadit aliquem ſtomacho repleto, quidnam faciendum erit iuxta ordinem modernorum? Fac ut poſt unctionem cum oleo ſcorpionũ & theriaca faciliter uomat, cum aqua tepida, aceto, oleo, & ſucco raphani, tentando etiã prouocationẽ cum pẽna longa: deinde adminiſtrabis clyſtere, poſtmodum epithema, & de ipſis pulueribus. Deinde tempore quo

Venenorũ nõ una qualitas.

quo iam quietior & reſtauratus ægrotans fuerit, uenã ſeces, ſi eſt ſanguineus: ſin minus, adminiſtra medicinã. Et ſi in phlebotomia ultra quatuor ſanguinis uncias extraxeris, abſtine à medicina quouſq; trãſactæ ſint à phlebotomia horæ duodecim. Et licet phlebotomiã peregeris, ſpẽ tamen non ponas in ſola ipſa, præſertim in plethorico, ſanguineo, & robuſto corpore. Quinimò et in alijs quibus parum ſanguinis extraxiſti, etiã propinanda eſt ſuo tẽpore medicina iuxta cõplexionis qualitatẽ & uirtutis. Similiter ſi prius medicinã dederis, non eris ea contentus, ſi fuerit plethoricũ corpus, uirtute conſentiente, phlebotomiã quoq; tempore et modo iniunge. Et hanc diſtinctionẽ facies, ſcilicet in adminiſtrando unum & alterũ, ubi id poßibile & cõueniens. Sed ubi ſanguis abundat, præcedat phlebotomia & ſit copioſior: ubi uerò ſanguis non abundat, medicina præcedat, & phlebotomia ſequatur, modica tamen, ſcilicet potius euentandi quàm diminuendi cauſa. Poſt tertium diem nulla fieri debet ſanguinis extractio, niſi te ad hoc ſanguinis multitudo compellat. Quotieſcunq; medicinam uel phlebotomiam ſeu uomitiuũ adminiſtras, ad hoc ut eiuſcemodi agitatione ipſum uenenũ à ſigno nõ reuertatur ad intus ſi ſignum fuerit apparẽs, fac ùt in tali cõmotione ponas ſub et ſupra ſignũ, uentoſas et ſanguiſugas, et

ſuper cor epithemata frigida. Et ante et poſt propinabis per os ea quæ defendũt à ueneno, uidelicet theriacam, bolum armeni, ſmaragdos, hiacynthos, topazium, uel ſaltem alia gemmarum genera, aut corallos cum ſucco herbarum contra uenenũ. Quum facis purgationẽ, exhibe medicinã cum modico croci in decoctione ſupradicta. Principalis & ſecurior medicina ſecundũ Perſarum Medicos, & Meſuen, eſt triferæ perſicæ uncia una cũ electuarij hamech drachmis duabus, uel ad minus triferæ uncia dimidia, et electuarij hamech drachma una uel dimidia. Sed maxime robuſtis datur uncia una cum electuarij hamech drachmis tribus, & Perſiani eam adminiſtrant cum aqua frigida uel ſucco ſolatri uel endiuiæ. De hoc ſæpius audiui, & fœlix periculum feci iam præſenti anno. Vbi autẽ trifera & electuariũ hamech defuerint, propinabis diaſenæ loco triferæ, & diamanna, uel ſuccũ roſarum loco electuarij hamech modo prædicto. Experientiam feci, & multæ utilitatis ſecuritatisq; hanc compoſitionem reperi: Sume triferæ perſicæ, pulpæ caſiæ ana unciam dimidiam, reubarbari, diamãnæ uel electuarij hamech drachmã unã. Sed ubi natura ualida eſt & uenter ſtipticus, dabis diamnãæ uel electuarij hamech drachmas duas, diſtẽpera cum aquis buglosſæ, endiuiæ, cũ decoctionib. ſupradictis & aquis

Medicina Perſarum.

predi-

prædictis. Ego uerò reubarbarũ in uino albo & aquis endiuiæ cum modico ſpicæ teneo per horã quod do in ſubſtantia cõmiſcendo omnia ſimul, ſæpius etiam addo poſtmodũ mannæ unciam unam. Conueniunt & pilulæ de fumo terræ, aggregatiuæ pilulæ, partes æquales, robuſtis quidem in toto drachma una, alijs uerò in toto drachma dimidia, ſuprabibendo uinũ album cum aquis endiuiæ, uel roſarũ & ſcabioſæ. Etiam ipſæ ſolæ aggregatiuæ in omni tẽpore, præſertim minus æſtiuo drachma una uel dimidia. Notandũ ſi febris inhæret humorib. ſubtilibus et calidis, apparebit ſitis uehemens, gulæ ariditas, linguæ nigredo, acutus capitis dolor, phreneſis, uel ſimilia horrenda accidẽtia. Si aũt großioribus inhæſerit humorib. & minus furioſis, febris uidebitur lenta, et prædicta accidentia remißiora. Cõſidera eiuſcemodi ſigna, & ſcias quod in quocũq; humore cõuenit trifera cũ agarico, & pilulæ aggregatiuæ uel ſolæ, uel cum pilulis de fumo terræ. Syrupus etiã ſolutiuus quem dicemus inferius, ſi fuerit in materia furioſa, etiam cõuenit diaſenæ cum electuario hamech uel ſucco roſarũ. Itẽ caſia cum reubarbaro, item manna cum diamanna in decoctionib. frigidis. Si eſt in materia groſſa frigida & humida, cõueniunt robuſtioribus pilularũ aggregatiuarum ſcrupuli duo, pilularũ de agarico ſcrupulus unus,

Debilioribus uerò diacatholiconis uncia una cũ diafeniconis drachmis duabus, uel cũ agarici trochiſcati drachma una uel ſemis. Itẽ de pilulis contra morbum dictis ſuperius, drachma una uel ſemis: & fortè eiuſcemodi pilulæ conueniunt in quocunq; humore. Nota quod agaricus bene præparatus & trochiſcatus eſt ſingularis in hoc caſu in quocunq; humore & membro. Ideo quãdo certior eſſem de ſua præparatione, uterer eo in omni medicina, dando drachmas duas, uel unam, uel ſemis de eius trochiſcis, iuxta potẽtiam medicinæ, & iuxta cõplexionẽ hominis. Et ubi dubitarẽ de eius præparatione, infunderem eum in oxymelle ſquillitico cum ſalgemma, & poſtea colando ponerem ſuper medicinam abſq; expreßione. Item notandum quod pilulæ aggregatiuæ ſunt appropriatæ, & loco illarum debent adminiſtrari pilulæ. Si quibus, minus robuſtis. Et ſcias melius eſſe dare medicinam quàm pilulas in hoc caſu. Et ſi haberi poßit diamanna melior eſt ſucco roſarum & fortior. Et electuarium hamech melius eſt ambobus, ſcilicet & diamanna & ſucco roſarum. Demũ in omni humore mirabilis eſt iſte ſyrupus ſolutiuus loco medicinæ ad minus uncia una; & ad ultimum duæ, cum aqua roſarũ & uino albo. Sume corticũ citri, radicũ capparis, berberis, ſandalorum rub. ſpodij ana drachmas duas, cariophilatæ

Agaricus.

phylatæ

philatæ, meliſſæ, bugloſſæ, boraginis, cichoriæ ana manipulũ unum, acetoſæ, praßij, hepaticæ ana manipulum unum cum dimidio, ſcariolæ ſyluestris drachmas duas, ſeminis cucurbitæ, ſcilicet peponum, citrulli, cucumeris, uiolarũ ana manipulum unum, thymi, epithymi, agarici, reubarbari, ſenæ, polipodij ana drachmas duas, ſucci abſynthij, fumi terræ, ebuli & plantaginis ana drachmas ſex, myrobalanorum chebulorũ drachmã unam, citrinorũ drachmã dimidiã, diagridij drachmas duas, ſacchari albi libras duas, fac ſyrupũ cum aceto cydoniorum. Iſte ſyrupus à Doctorib. uocatur diuinus in cõſeruando & curando, quia ſtatim abſcindit humores putreſcibiles, confortat membra principalia, pellit uenenũ ad extra, et de eo plures uiſæ ſunt experiẽtiæ. Inter cæteros Doctores Petrus de Tußigniana, & Gentilis Fulgineus, eum mirum in modum cõmendant, & mihi uidetur eum factũ eſſe ad intenſionem triferæ perſicæ, ſed magis ſolutiuus, & mihi ſummopere placet in perſonis non debilißimis, & non habentibus uentrẽ ualde lubricum. Sumatur ſemel in hebdomada à ſanis & ægris. Nota quod poſt operationem medicinæ, aut phlebotomiã, ſi medicinam nõ adminiſtraueris die ſequẽti, propinetur theriacæ drachma una, cum aquæ roſarũ uncia una, cũ modicõ aceti roſati. Nec timeas theriacæ calidita

tem, quoniã tam modica portio parum calefacere poteſt, eò quod qualitas elementaris, qualis eſt caliditas, & ſimiles, quũ ſint ualde materiales, haud multũ operatur, niſi multa cum materia. Verũ ſpecifica uirtus, utpote quæ donũ ſit cœleſte, et quaſi ſpiritale, multũ operatur ſecundũ Galenũ pauca etiã cũ materia. Theriaca autẽ à proprietate ſpecifica operatur contra uenenum, ac præter hoc, caliditatis ſecundum uix perficit gradũ, ideò longe potentior eſt, ad uenenũ expellendũ, quàm ad calefaciendum. Febris item peſtilentialis multo magis uenenoſa quàm calida: at exhibẽda eſt theriaca cum aqua roſarum, & etiam in cæteris curandum eſt, ut tendant ad quandam frigiditatem, quatenus hac ipſa uti ualeas. Poteſt etiam dari Mithridatũ loco theriacæ, ſed multo potiores ex theriaca uiſæ ſunt experientiæ. Ideò inquit Moyſes Ægyptius narratum ſibi eſſe à ſapiente quodam Medico, ſe dum tempore peſtis in Antiochia artem exerceret, ipſa re uerum reperiſſe, cætera remedia cuncta fore debilia, at ſolum qui monitu ſuo theriacam aſſumebant, tutos & ſuperſtites euaſiſſe, cæteri nequaquam. Et hi tantum qui ea poſt morbi inuaſionem uſi ſunt, liberati fuere, alij uitã morte cõmutarũt. Per hoc cõfirmatur quod inquit Galenus in lib. De theriaca ad Cæſarem, eam eſſe omnibus uenenis per aduerſam, fore que

poten-

potentē,ubi cætera deficiunt ac ſunt debilia. Hoc autem habet à uirtute quadam miraculoſa. Sunt etiam qui urinam potu exhibeant, uel lixiuium: item ſuccum ceparum albarum cum aceto, haud ſcio quid mihi dicendum. Hoc moneo,ne confidentiam habeas in purgatione poſtquam eam feceris,etiam ſi ex ipſa melius ſe habeat infirmus: ſed quum æger melius habere uidebitur, tertia die aut quarta poſt purgationem. Si multa adhuc adſit ſanguinis ſuperfluitas, extrahe parum de ſanguine, & reitera eandem medicinalem purgationem. Quod ſi non admodum abundat,repete ſaltē pulueres et medicinā, ne recidat in peius. Quidam exhibent euphorbiū cum maſtice ac gumma elemi. Sume euphorbij drach. quinq;,& ſcrupulum unum,gummi elemi uncias duas,maſticis unciam unam cum dimidia, dabis robuſtis ad pondus drachmā unam,debilibus ſcrupulū unum,cū aquis endiuiæ & ſcabioſæ. Eſt quidem periculoſa medicina, nec niſi robuſtiſsimis appropriatur, ac niſi in principio. Aſſerunt nonnulli gummā elemi fore gummam arboris cedrini. Sciendū quod hoc in caſu non debilis exhibenda eſt medicina,id eſt,quæ exilem faciat operationē,quoniā natura ipſa ſi prima medicina nō bene ſit operata,ſecundam non expectat. Nec tamen decet nimio impetu ſoluere, nam ex hoc reſoluerentur ſpiritus,

iſtudq;

iſtudq́; malum mage cõſiſtit in qualitate quadã uenenoſa, quàm in quantitate materiæ. Inquit Gentilis Fulgineus ſe multa expertum cum ſupradicto puluere, ab initio ſic ipſum adminiſtrabat: Sume euphorbij drachmam dimidiam, maſticis drachmã unam, dabat ex his ſcrupulos duos, & multum plethoricis drachmam unam. At mihi multo magis placet agaricus, quia ut aiunt Democritus, Galenus & Auicenna, *ab omnibus membris aliquem trahit humorem, ſimiliterq́; habet uirtutem quaſi theriacæ, aduerſus omne uenenum cor roborat, idq́; ab omni ueneno expurgat groſſos principaliter purgat humores, nec relinquit tenues quoq; intẽtatos. Sit albus, poroſus, rotundus, nec non & fractu facilis, dulcis ac leuis. Sit quoq; modicæ amaritudinis & ſtypticitatis, bene tritus, et mixtus cum ſalis gemmæ parte tertia, & ſic corrigatur cum ſalgẽma, melle roſato colato, oxymelle ſquillitico, & uino infuſionis zinziberis, & ſic præparetur introchiſcatũ.* Et debilibus *tutius eſt ut detur permixtus alijs rebus, quàm ſolus & melius in decoctionibus, quàm in ſubſtantia, quoniã frequenter lõgos producit uomitus, uentriſq́; dolores, niſi bene electus & præparatus ſit.* Quod *ſi debile fuerit electus & præparatus, eſt medicina ſancta & familiaris ſecundum* Democritum & Meſue. *Felices nanque fecimus (modo & ordine*

Agarici boni ſubſtantia qualis.

dine dicto) ipſo cum agarico experientias. At circa euphorbium cõpertum habuimus, quod ualde bonũ nonnunquã fecerit opus, at ſæpiuſcule contrarium. Vniuerſaliter & in ſumma, ſis celer in euacuando & frequens, obſeruatis modo & ordine. Frequentius infirmũ recrea, quoniam ſpiritus aliâs plurimum reſoluuntur, nec tantum ea dato, ſiue cibaria, ſiue medicinalia, quæ ſolum mollificant, ſed his permiſce refrigeratiua, deſiccatiua, & cordis confortatiua, quæ etiã ueneno reſiſtãt.

¶ De cibatione, & regimine ægrotantis. Caput X.

Cibus eſſe debet, ſecundum Raſim & Auicennam quarto Canonis, frequens, modicus, leuis, elixus, ac multi & humidi nutrimenti, condîtus cum rebus acetoſis & frigidis, ut ſcilicet cum endiuia, acetoſella, aceto, agreſto, malis granatis, arancijs, limonibus, ceraſijs acetoſis, prunis. Cibi ſubſtantia ſint pulli, perdix, phaſianus, contuſum, conſummatum, deſtillatum, oua recentia. Hœdinas quoq; carnes non prohibeo. Summa, nutriatur rebus liquidis, humidis, & multi nutrimenti. Sic tamen nutriri debet ut natura toleret, nec febres multiplicentur: plus enim multò quàm cæteris hoc in caſu uberiori opus eſt alimento. Inquit Auicenna quarto Canone, quod **Diæta peſte corrupti.**

uena

uenarum repletio per nutrimentum prohibet uaporis uenenoſi aeris & humoris tranſitum, & quod hi frequentius liberentur qui intrepide nutrimẽto adiuuantur. Nota, *quod facto clyſtere ſolutiuo, de quo ſuprà mentionẽ fecimus, ſi reſtauratione opus ſit alia, ſumat aliquid per os, facies ſolutionẽ uel cũ enemate uel ſuppoſitorio, inde ad horas quatuor adminiſtrabis aliquid nutrimenti, de quo paulò ſuprà diſſeruimus.* Vinum *ſit albũ, ſubtile, odoriferum, dilutum cum aqua ferrata, recenti ſaltem parte æquali.* Melior *uerò eſſet aqua aurata in qua aurum ignitum extinctum ſit, uel etiam extingui poteſt aurum in uino.* Non *ſinas eum pati ſitim, nec os exiccari, ſed continue fac ipſum gargarizare cum uino albo bene diluto.* Res *teneat in ore humidas, frigidulas: frequẽter bibat de acetoſitate citri, & iuleb roſato ana partes æquales cum uino granatorum & aqua ſiue ſucco acetoſellæ.* Vtilis *eſt ſyrupus acetoſæ ſimplicis cum aqua ferrata, & pariter ſuccus cedri uel limonum ſiue aranciorum expreſſorum: hæc dabis cum aqua & ſaccharo fini, uel fortè melius cum aqua hordei uel ferrata.* Item *ſaccharum roſatum aut diamarenatum uel diaprunis et diacydoniten diſſolutum in aqua, colatum & expreßũ, uel roſas, ceraſa acetoſa, myrobalanos, tamarindos, pruna, cydonia, perſica ſicca, trita &*

infuſa in aqua, poſt colata, expreſſa et cũ ſacchato & aqua recenti exhibita, utilia ſunt. Cõuenit etiam acetum albũ cum aqua ferrata & ſaccharo ægris ſimulatq; ſanis. Cõfert etiã oxyſacchara compoſita cum aceto albo, ſucco granatorum acetoſorum, & ſaccharo. Prodeſt quoq; ſuccus granatorum medij ſaporis uel ſuccus ſiue uinum acetoſorũ cum modico ſacchari, & aqua ordei cum uino granatorum. Bonum eſt annulos aureos in aqua tandiu confricare, aliquantulum rodantur per aquam. Item bullire aquam cum auro, & ea uti in cibo & potu bonum eſt. Secundum Gentilem fieri fortaſſe poteſt, ut aurum ad formam reducatur liquidam aptam ad potãdum, hoc modo: Sume auri unciam unam, argenti uiui uncias duas, miſce, & ſimul mixta maneant quouſq; aurum diſſoluatur, deinde imponas alembico cum igne lento, in tantum quod argentum uiuum alembicum exeat. Poſtea excipias aurum ex fundo alembici, & adde aquarum bugloſſæ uncias quadragintaſeptem, ponas in alembicum uitreum bene obturatum. Continuabis ſub eo ignem per tres dies et noctes, ignem dico bene proportionatum. In fine ſi callueris artem, inuenies aquam minime conſumptam, & aurum liquefactum, & hoc eſt aurum potabile cordialiſsimum, & digeri poteſt. Aurum quidem alia forma parum eſt

utile,

utile, quia digeri nequaquam poteſt, Adminiſtrabis bis in die ieiuno ſtomacho ex his ſyrupis, ſcilicet de acetoſitate citri, de limonibus, de cichoria, de fumo terræ ana drachmam dimidiã, cum uncia una aquarum meliſſæ & ſucci acetoſellæ. Itẽ ſyrupi de agreſta, de ribes, rob berberis, de cydonijs, de granatis medij ſaporis, de granatis cũ aquis endiuiæ & bugloſſæ. Itẽ ſyrupi de endiuia cum aquis endiuiæ & acetoſitate citri, cum ſucco acetoſellæ, & uino granatorũ acetoſorũ: item ſuccum limonũ, uel citri, uel aranciorum expreſſorum exhibendum cum aqua & ſaccharo. Non diſpliceret ſi loco aquæ adminiſtrare brodiũ pullorum, quod appellari uulgariter ſolet Piperata, *aut perdicem coctam cum agreſta & endiuia, exinde colata, cui mixtum ſit aliquid ex memoratis ſuccis cum dulcibus contemperando acetoſa, ueluti natura facit in granatis medij ſaporis. Etiã mâla granata acetoſa cum uino & ſucco ſuo ſola, uel etiam cum alijs ſuccis, condiantur bene omnia. Item ſuccum roſarum, myrobalanos, tamarindos, ſaccharum roſatum & diamarenatum, diaprunis, diacydoniten, diſſoluta in aqua, & colata & expreſſa, bibenda ſunt cum aqua recenti. Item oxyſacchara cum iuleb roſato & aqua ferrata. Item ſuccum roſarum & acetoſitatem citri cum uino granatorum. Nota, ſyrupus acetoſæ*

ſcilicet

ſcilicet in quocunq; utilis eſt ſyrupo. Vbi non habeatur acetoſitas citri, exprime limones uel arancios, & cum ſaccharo tempera, & ubi maior adſit caliditas, maiori quantitate dabis acetoſa: ubi minor, minori. Et ubi non habeatur ſyrupus acetoſus, dabis acetũ, aquam & ſaccharũ ſimul permixta. Albũ acetũ melius eſt rubro. Item ſyrupũ hunc optimum: Sume ſucci meliſſæ, boraginis, bugloſſæ depurati ana uncias tres, aquæ roſarũ, aceti albi ana unciam unam cum dimidia, acetoſitatis citri et limonum unciam dimidiam, ſacchari albi libram unam, ex hoc propinabis uncias duas cum aquarum bugloſſæ & acetoſellæ uncijs duabus & dimidia, ex his utere quo placet: Et ſimul dato duos trochiſcos de camphora. Quidam ſapientum loco ſyrupi hanc dant potionem: Sume aquæ roſarum libram unam, uini albi odoriferi libram dimidiam, boli armeni optime pulueriſati & cribrati unciam dimidiam, pro uice una exhibeto drachmas duas: eſt enim remedium & antiquum & potens. Experimentatores duobus potiſsimum utuntur, uidelicet ſucco florum arānciorum cum uino in caſu & poſt caſum, & ſemine Cardonis benedicti cum uino, quia hæc ſunt experta aduerſus uenenum fungorũ. Solent & hæc dare ſapientes: Sume ſucci ſcabioſæ uncias tres, terræ ſigillatæ drachmam unã cum modico uini:

ſeminum citri drachmas duas cum uino bono. Item ambram & charabe cum uino: item ſpecierum coagulorum drachmã unam cum uino. Coagula ſunt mucilagines quædam in certis ueſicis, appenſæ in uiſceribus hœdorũ & leporum. Item radicẽ palmæ Chriſti cũ uino. Hæc quibus (ut tradidimus) ſapientes utuntur, remouent uenenum à corde. Conueniunt ad conſeruandum & curandum hæ confectiones. Multum confide in hac noſtra compoſitione ſimplici, ſecura, efficaciſsima. Accipe boli armeni drachmas duas, terræ ſigillatæ, corallorum rubeorum ana drachmam unam, corticum citri, zedoariæ, croci ana drachmam dimidiam, ſacchari roſati, roſis rubeis conditi uncias ſex, acetoſitatis citri uncias decem, dabis ſemper cum uino albo & aqua roſarũ: quandoq; commiſcendũ eſt parum aceti roſati. Ex his etiã confi cere poſſumus pilulis, ſi loco ſacchari roſaii accipiamus roſarum rubearũ unciam dimidiam cum acetoſitate citri quantum ſufficit. Quidam dant iſtas compoſitiones: Sume ſacchari roſati, trium ſandalorum, diadraganti ana uncias quatuor, folia auri numero decem, margaritarum, hiacynthorum, oſsis de corde cerui ana drachmã unam. Item cape margaritarum ſcrupulum unum, ſapphiri, hiacynthorum, ſmaragdorum drachmas duas; terræ ſigillatæ, trium granorum, ſerici crudi

triti

triti ana drachmam dimidiam, ſmaragdorum dra chmam unam, manus Chriſti roſati quãtumlibet, aquæ roſarum in qua confricentur anuli aurei uel uaſa aurea huiuſmodi quantum ſufficit. Item *aquæ roſarum, ſacchari albi ana libram unam, ſandalorum rubeorum & alborum, corallorum rubeorum, ſpodij ana drachmam dimidiam, margaritarum drachmam unam hiacynthorum, ſmaragdorum, ſapphiri, oſſis de corde cerui ana ſcrupulum unum.* Omnia *aromatica conueniunt ad conſeruandum & curandum, maxime quæ attinent frigiditati & caliditati.* Et *ſi non conueniant ad febrilem calorem, ualent tamen aduerſus uenenũ ipſius, & maxime ſi contẽperentur cum frigidis, ita ut ad frigiditatẽ aliquam declinent, & plus declinent ſtante uel temporum uel complexionum uel febrium acutarum caliditate.* Item *nota quod inter terram ſigillatam, & bolum armenum hæc eſt diſtantia quod quamuis utraquẽ ualeant contra uenenum & morbum, nihilominus plus utuntur ſapientes terra quàm bolo in cæteris uenenis: at in morbo peſtilentiali potius è conuerſo faciunt.* In *hoc conueniunt omnes, in cæteris uenenis nil melius eſſe terra ſigillata, maxime exhibendo eam cum modico boli armeni, & granorũ iuniperi, et aceto diluto ſecundũ modum* Galeni, *quia ſtatim conſtringit, clauditq; uias pectorales,*

Terræ ſigillatæ facultas.

ita ut uenenũ per eas tranſire non poßit, eijcitq́; uenenum per uomitũ. Pariter & uenenum quod per ſolutiua educibile, id facit adminiſtratã tam poſt quàm ante caſum, ſed ſecurius ante. Similiter conſentiunt omnes, quod quum ad cõſeruandum ſe à peſte tum etiam expellendum ipſam bolus armenus cætera ſimplicia ſuperet omnia, maxime exhibitus cum uino albo & aqua roſarum, ſecundum ordinem Galeni, Serapionis & Auicennæ, qui aiunt ſe eſſe expertos tempore magnæ peſtilentiæ fuiſſe cum hoc faciliter & conſeruatos & ſanatos humores. Eſt enim bolus armenus rubeus parũ croceus, delicatus, frangibilis. Terra uerò ſigillata aliquantulum ſit rubens, guſtui parũ acetoſa & arida, nonnihil uiſcoſa, nec tamen adeò tenax ut digitis adhæreat. Aduerte quod nonnunquam initium capit morbus cum ſputo ſanguinis abũdante, hoc in caſu non datur bolus, neq; aliud huiuſce uenenoſi ſanguinis ſtrictiuũ: Imò coadiuuatur iſte fluxus cum rebus pectoralibus, extrahiturq́; ſanguis ex ambabus uenis ſaphenæ, in qualitatẽ cõplexionis. Quod ſi ægrotans eſt multum ſanguineus, fit etiam minutio poſtmodũ ex media na. Nec ſunt prætermittendæ fricationes ſtomacho ieiuno. Fac ut admoueat naſo ſpongiã intinctam in aqua roſarũ & aceto roſarũ, & cum uino odorifero, quibus etiam ſæpe lauet omnes pulſus &

ſus & faciem. Vbi adſit de futura phreneſi ſuſpicio, admoueas quandoq; fronti aquã roſarũ cum aceto roſarum. Et niſi nimiam metuas ſomnolentiam, addas parum camphoræ. Cura ne infirmus in profundum nimis deueniat ſomnum: ſufficiunt enim horæ ſex uel quinq; per diem & noctem, ſi quidem dormitio multa retrahit uenenũ ad intra. Ventoſæ à tergo poſitæ, frictiones & ligamenta circũ extremitates, conferunt ad phreneſim pariter & ſomnolentiã. Item confert ſuppoſitoriũ ex ſapone duro cum modico ſalgemmæ. Somnus modicus in principio morbi utilis eſt, nec ideò tantũ uigilandũ eſt ut inde ſpiritus reſoluantur. Camera euentari debet ſæpe aperiendo & reſerando: ex hoc enim uariatur aer: ſic tamen euentari debet, ne ob id ſentiat ægrotãs & patiatur frigoris quicquam. Debent tendi per latera lecti lintea aceto madefacta. Aſperge parietes ac ſolũ cameræ aceto aqua permixto: ſpargantur hincinde, et per angulos & parietes apponantur frondes, pampini, cannæ, ſalices, roſæ, plantulæ & folia citrullorũ & alia quæq; uiridantia, floſculi & poma odorifera. Facies ſuffitum ex ſandalis & roſis, mirthillis & camphora, terebinthina, thure, corticibus citri, corticibus granatorũ & pomorum communium, additis modicum cariophilorũ & croci. Super omnia curæ ſit, quod ſingulis horis ſex opor-

tet te mutare & renouare infirmo camiſiã & omnes pannos, linteamina, fumigia, una cum uaſe pro fumigio. Si cõmode fieri poteſt mutabis ſingulis uiginti quatuor horis ſtratum & camerã. Antea aũt quàm introducatur, ſit camera bene emundata, ac bonis (ut cõuenit) odoribus fumigata. Aliter enim amictus, lectus & habitatio ueneno inficiunt. Nec uolo cum ſilentio præteriri, quod ubi inſolita appareat caliditas, ſtomachi robur, dolorumq; ab inteſtinis ſecuritas, cõſueuerunt Raſis & Iohannitius ſemel tantũ ad potandum dare aquã frigidam & recentem multa cum quãtitate. Ego uerò ut ſecurius agerem, darem aquæ hordei recẽtis libras tres, cum uncijs tribus ſacchari. Et forte darem etiã ſucci cucumeris libram dimidiã cum uncia una ſacchari bene ſimul permixta, poſtea ſucci aranciorũ uel granatorũ unciam unam, & drachmã unam ſacchari. Quidã compatriota noſter uir robuſtus, quamprimũ hic ipſum morbus inuaſit, immerſit ſe aquis frigidis, perq; duas horas ſic ſtetit, exiẽs liberatus eſt: uerũtamẽ fallaciſſimũ hoc eſt experimentũ. Forte ſecurius eſſet ſedere in aquis tepidis, quæ pectoralia nõ attingerent, quoniã hæ partes nõ ſunt aperiendæ, nec ad ipſas prouocandi ſunt humores. Nonnulli hoc in caſu aſſumpſerunt uenena, & maxime quæ frigidæ naturæ, & fortaſſis etiam ea quæ calidæ natu

ræ,

ræ,prius uel poſt theriacam uel terram ſigillatam cum bolo armeno & aceto aqua permixto,& ſimilia quæ contra uenenum ſunt. Inter quos quidā phyſicus liberatus fuerat. Videtur tamē mihi res admodum periculoſa.

¶ De cura per artem chirurgiæ. Caput XI.

HOc in caſu non expectandum, quouſque appareat inflatio aut bulla, ſed facta purgatione uel phlebotomia ſis celer & promptus ad uenenum extrahendum, faciendo cum fermento & cantharidibus ruptorium, uel aliud ex his quæ inferius narrabimus. Applices muſculo dextri brachij ſub cubito interiori à parte uel ubi tangi ſolet pulſus, non tamen ſuper proprio pulſu. Similiter facies ſuper talo pedis dextri quatuor digitis ad intra, ut fiat ueſica, quam aperi, apertamq; teneas. Si ſolitum apparuerit ſignū, & incommoditas breuitasq; temporis obſeruandum ordinem impediant, fiat phlebotomia atq; purgatio. Quibus factis uel ſaltem phlebotomia, facies ruptorium, & applicabis eidem lateri ſex digitorum ſub ſigno diſtantia. Sunt qui temporis uarietati non confidant, ſed & præter ordinem primo & poſt, ſimulq; quò melius poſſent remedijs curæ ſtudēt. Modernorum talis ordo quorundam eſt, ut ubi nil expediat, primo purgatur

infirmus cũ clyſteribus, pulueribus, phlebotomia & medicina. Poſt uerò applicanda ut diximus (etiam non apparente ſigno) ruptoria, ac tutius eſt confeſtim (appareat ſignum uel non) ponamus ruptoria & reliqua huic morbo appropriata. Si uideatur apparens, ſic facito. Si enim apparuerit circa aures ſubito ruptorium applica collo in poſteriori parte, eiuſdem tamen lateris in quo ſignũ. Si ſub brachio, muſculò ruptoriũ apponatur eiuſdem brachij, uel prope pulſum, non tamen ſupra. Si in inguinibus, pone iuxta cauillã, hoc eſt ſuper talo pedis eiuſdem lateris. Quũ alibi appareat, applica ruptorium ſub ſigno per diſtantiam ſex digitorum, uel ſextantis, ne tamen ponatur, utcunque ſit, ſupra pectus. Et ſi fuerit in gula, uidelicet à parte anteriori, ponatur ruptorium à poſteriori uidelicet in collo: ſi uerò in poſteriori parte eodem in loco fuerit, non debet in anteriori applicari, ſed potius ſub loco ſigni, ſicq; tandiu permittes ibidem ruptorium donec ueſicã fecerit, quam aperias, & ſupraponas butyrum & folia caulis: item ſpongiam hac intinctam decoctione. Sume camomillæ brictanicæ, meliloti, ſcabioſæ ana manipulum unum, bulliant in libra dimidia aquæ ad conſumptionem dimidij: hanc quia uenenum trahit renouato, teneto ſæpius in finem uſq; curæ.

Simpli-

¶ Simplicium deſcriptio ruptoriorum.
Caput XII.

RVptoria hæc ſunt, uincetoxicō, uitriolū, flos æris, nux rancida, cordumenium, arſenicum, calx uiua, antipharmacum, cuſcuta, calx cum ſapone fullonū, aura, cynogloſſa, fermentum cum lixiuio, galbanus cauda equina, euphorbiū, ſtercus columbinum, ſtercus accipitris, anſerum, anatum, naſturtium, limacia uiua uel ſuo cum cortice trita, rana excoriata & aſſata, calamentum, pulegium ceruinū, ariſtolochia, raphanus, uiſcū, centinodia, coſtum, piper, lapis ſpongiæ marinæ, flammula trita, urtica, ſinapis uitalba, mentaſtrū, ſcabioſa, canapis, canapatium, cātharides & ſalgemma, grana maſticata, pirethrum, uitellum oui cum multo ſalis, conſolida maior, & ſcabioſa, tritæ intra duos lapides mirabiles ſunt. Dicta ruptiora debent cito, ut dixeram, applicari, & fortè pariter ſuper ſignum apparens. In delicatis perſonis utendū eſt lenioribus et in alijs, fortioribus. Et tutius eſt ut ſub ſigno ponātur quàm ſupra, uel ſupraponantur minus fortia, ſub uerò, fortiora.

¶ Curandi apoſtematis rationes, modi, & conditiones. Cap. XIII.

HOc ſignum uocatur apoſtema, quod quum uenit ante febris acceſſum, indicat cor for-

té eſſe & potens ad expellendum uenenũ, et tunc eſt febris accidens apoſtematis. E diuerſo eſt quũ uenerit poſt febrim. Hoc enim apoſtema eſt duarum generationum, altera eſt bulla & nominatur anthrax & carbunculus: altera eſt inflatio, et uocatur bubo & glandula. Bulla communiter per emunctoria exit, & quanto plus à principalibus diſtat membris, tanto minus periculoſa eſt. Nigra eſt omnium peßima: ſecundo uiridis loco eſt paulò minus mala: tertio glauca, rubea quarto. Et quanto aridior, tanto peior eſt. Inflatio communiter in emunctorijs uenire ſolet, hoc eſt principalium membrorum purgatorijs, quæ tres ſunt: in locis ſcilicet poſt aures, ſub brachijs, in inguinibus. Cerebrum per emunctoria poſt aures demittit uenenum, necnon in collum. Cor ſub brachia mittit. Ad uel circũ inguina hepar. Hac de cauſa peior eſt inflatio quàm bulla, quoniam ueneni multum ad principalia decurriſſe mẽbra oſtendit. Et quanto cordi propinquior inflatio fuerit, tãto quidem periculoſior. Vtrorumq; ſcilicet bullæ pariter et inflationis quaſi ſimilis eſt cura. Sunt qui accedente apoſtemate ante febrem & procul à corde faciunt, ſubitò ligaturas inter locum doloris & cor, ſupraponuntq; repercutiendi cauſa res frigidas, ſiccas. At ſupra dolòris locum proprium, res ponunt calidas & humidas, reſolutiuas. Alij

Bulla.

Tria principaliũ mẽbrorũ emũctoria.

quàm-

quàmprimum apparere incipit apoſtema, ponũt ſupra ſimul & à latere uentoſas, ut diximus, & ruptoria, ſubitò hanc exhibendo medicinam. Sume hellebori nigri præparati, ſenæ, cinnamomi ana drachmam dimidiam, diagridij ſcrupulum dimidium, infundantur in uini granatorum uncias quatuor, & ſacchari unciam unam. Si ad multas horas in infuſione ſtaret, melius eſſet, poſtea cola & exprime: propinanda quum apparet apoſtema antequàm dormiat. Sic uerò præparant helleborum: Scindunt per longum in fruſta minuta, ponunt ipſum in pomo dulci, inuoluuntq́; pomum in ſtuppis prius aqua roſarum intinctis, ſicq́; coquunt ſub cineribus calidis, cocto ſemel proijciunt pomum, recoquunt helleborum alio in pomo, modo quo prius, ſeparatim à pomo conſeruatur. Dant robuſtiſsimis helleborum mixtis miſcendis, modo & ordine dicto. Cæteris uerò et minus robuſtis dant ſolummodo pomum ſecundæ coctionis. Præparant ſcamoneã coquendo ipſam in malis cydonijs uel in paſta farinæ hordei facta cum uino cydoniorum. Non reprobo iſtorum regulas, ſed ad noſtras regredimur.

¶ Regulæ & modi applicandorum ruptoriorum. Cap. XIIII.

QVum opportunũ non eſt ut extrahi poßit ſanguis cum uentoſis uel ſanguiſugis, nec incendi ſignum, poni debent ſub uel ſuprà, uel ſimul utrobiq; ruptoria ex dictis, & his etiam quæ in ſequentibus dicam cõpoſitionibus. Exhibes autem prædicta, ſi uideatur temporis adeſſe cõmoditas, poſtquàm extractus eſt ſanguis, ac parũ quieuit ægrotans, uel ſaltem poſt aſſumptionem medicinæ, & eius perfectam operationẽ, & nõ præſtò affuerit qui manu operetur dato puluerem, quem ſi non habeas, exhibe medicinam. Si nec medicinam habueris, applica ſine dilatione ruptoria ſupra & extra ſignum, cum moderatione, ut diximus, & ordine: & ſi tempus inſtet, nec quicquam adhuc factum ſit, exhibe ſimul purgationem & ruptaria, nec ceſſes unquam à remediorum admi niſtratione, nec differas ut ſperes te omnia cũ temporis commoditate facturum. Aduerte, ne ſuper ſigno ponas res adeò frigidas & ſtipticas ut uenenum ad intra repercutiant. Vtere his quæ apte ad trahendum et reſoluendum, ut ſunt res calidæ. Ac aliquantulum temperandæ ſunt quandoq;, ſi ſis eas continuaturus cum rebus frigidis, ut nimia euitetur inflammatio, nec tamen ita frigidis ut inde reſtringant. Nec multum metuas dolorem, quoniam uenenum trahit ad poſtrema. Nolo tamen toleres exceſſum, quoniam uires adderet ueneno.

no,

no, augmentaret pariter & febres, naturámque nimis laſſaret. Locum *ruptorij nolo per artem in totum conſolides, donec tres elapſi ſunt menſes: hoc uerò quum facis reitera purgationem.* Quidam *Florentinus noſter hoc uere incidit bullam: quod cum inde ab hoc morbo ita liber eſſet, ut non diuerſus foret à ſanis, haud ita multo poſt quàmprimum plagam conſolidauit: trãſactis uerò pòſt diebus quadraginta iterum morbo infectus bidui ſpacio interijt, maxime hoc quia ſine purgatione plagam reſtrinxerat.* Hoc *etenim ſcias, quod qui poſt ſeptimum perit diem, mala potius cura id euenit quàm huiuſce natura morbi.* Scito *quod poſtquàm uenenum in tantum decurrit ad apoſtema, ut principalia membra per hoc ſint alleuiata, niſi tu perbene & cõtinue idipſum trahas, rectifices, & purges, intrinſecum apoſtematis uenenũ plus exaſperatur, contractum uaporat ad intra & occidit.* Idcirco *continue cor ipſum fortifica conſtringendo uias eius intus & ab extra, humores ſæpius euacua, uenenum plagæ rectifica, purga.* Nil *ſperes certi ex illorum præter rationem ſanitatis ſpe, quinimò nec ad inſtans ob hoc à remedijs ceſſes, maxime ſi adhuc ſeptimus non elapſus fuerit dies.*

¶ *Compoſita ruptoria & emplaſtra quædam fortia.* Cap. XV.

Multifa-

MVltifariàm ſunt ruptoria compoſita, for tiaq; in trahendo uenenũ ad extra. Enarrabimus multa, ut ſecundum opportunitatẽ cuiuslibet auxilio commode uti poßis. Sume ficus, ireos, & grana tritici contuſá, parte æquali, maturat hoc citò ac rumpit. Item fermentum cum oleo & ſale. Item pix cum paſſulis & melle. Item ſtercus paſſerinũ cum axungia porci. Item uitrũ pulueriſatũ cum terebenthina. Itẽ niſi abominoſum foret ſtercus humanũ, ualet multum ante & poſt rupturam, ſupraponendo medullam panis feruenti oleo intinctam. Item oleum cum cineribus bullitum. Item cantharides numero decem, cum uncijs paſſularũ una, fermenti una et ſemis, ſcabioſæ, cynogloſſæ, cõſolidæ maioris, antipharmaci ana unciam unam, incorporentur cum oleo liliorũ. Et ſi fortius facere uolueris, adde ſal & columbinã herbam, rutam ana drachmas duas. Item naſturtium cum oleo & ſale. Item auripigmentum, piper ana drachmas duas, caricas numero decem, fac emplaſtrum cum melle quantum ſufficit. Item baurach, ſalis ammoniaci, ſcabioſæ, antipharmaci, allij, piperis ana partes æquales, fac emplaſtrũ cum ſucco ſcabioſæ. Item galbanum, radices liliorũ alborum, ſtercus humanũ, cõſolidam maiorem tritam inter duos lapides. Item fermenti uncias quatuor, ſinapis, rutæ ſcabioſæ, abſynthij ana manipulum

Ruptoria compoſita multa.

unum

unum, radicum liliorum alborũ partem tertiam, uitrioli drachmas duas, canthárides numero decem, galbani unciam unam, nuces rancidas numero tres, olei liliorum quantum ſufficit, coquantur herbæ & radices in oleo, & fiat emplaſtrum, addendo cætera ingredientia ſecundum artem. Item canthárides cum oleo ſaponis. Item cineris quercini, quo tinctores utuntur partes quatuor, calcis partes ſex, miſce, & quum uteris ſuprapone prædictum emplaſtrum. At iſtud nunc dictum emplaſtrum facies cum oleo oliuarum nigrarum, & fortius eſt, ſi oleum cineribus bulliat. Item fermenti, urticæ, pinguedinis carnis exiccatæ, barbæ maluauiſci, maluæ, partes æquales. Quinq; ſunt herbæ hoc in caſu tum omnibus emplaſtris tum etiã intus ſumptæ ualde conuenientes, quoniam tam intus quàm extrà ueneno reſiſtunt, & ſunt quaſi temperatæ, ſcilicet conſolida, ſcabioſa, agrimonia, brictanica, ariſtolochia.

Emplaſtra fortia.

¶ De emplaſtris temperatis. Cap. XVI.

Emplaſtra temperata.

FOrtia ſunt admodum ſupradicta ruptoria et emplaſtra, cum ad rumpendũ, tum etiam ad extrahendum citò uenenũ. Sed non ſunt cõtinuanda, quoniam nimis inflãmarent, attamen eis plus uti quis poſſet, ubi apoſtema nõ eſſet coloris multũ

uiridis

uiridis aut rubei uel nigri. Ac etiam ubi non mul ta foret corroſio, temperatiora quædam adducam & mage conuenientia, ubi de magna metus eſſet inflãmatione. Sume barbæ maluauiſci uncias duas, caput unum liliorũ alborũ, farinæ ſeminis lini ana unciam unam cum dimidia, bulliant in aqua cõmuni, & piſtentur eum fermento & axungia ueteri, applicetur calide. Item ſume furfuris non penitus expurgati à farina manipulos duos, coquatur in aceto. Item columbina cum aceto & oleo roſato. Item farina hordei cum ſucco brictanicæ uel conſolidæ. Item cepas cum butyro coctas, addendo pòſt caricas, & fermentum cum oleo camomillino dulcorari poteſt (ſi opus ſit ob odoris uehementiam) addendo poma cocta, aut maluauiſcum, & maluã, ipſarumq́; mucilagines. Quod ſi maiori adhuc opus ſit dulcoratione, accipe cæpas coctas et poma cocta, ſcilicet cum butyro & oleo camomillino. Item maluæ, barbæ maluauiſci, ſcabioſæ ana manipulũ unũ, bulliant herbæ in aqua cõmuni, cum qua incorporetur farina. Piſtentur aũt herbæ & cõdiantur ſimul omnia cum uncia una pinguedinis gallinæ, & totidẽ olei camomillini, croci drachma dimidia: eſt enim delicatiſſimũ emplaſtrũ. Itẽ ſcabioſa, pes colũbinus, cichoria, conſolida maior. Conuenit poſt hæc emplaſtrum ex apio, brictanica, farina orobi cum prædictarũ herba-

herbarum ſuccis,ſecundũ aliquos etiam cum theriaca. Item emplaſtrum ex opoponaco trito cum paſſulis. Item aſſa, ruta, & nitrum cum melle. Bonum quandoque fuerit unctum eſſe cum theriaca, ſuprapoſitis cæpis & malua coctis. Supraponunt etiam nonnulli flores aranciorum, & folia contuſa cum axungia & maluis. Quantum uerò ad ipſam theriacam, uolunt aliqui non eſſe ei quicquam ſuperponendum, quoniam remittit uenenum ad intra.

¶ Emplaſtra temperatiſſima. Caput XVII.

QVum bulla multũ nigra eſt, & ſupra modum ardens, ac perquàm citò accẽdit, corrodit, & dilatatur, temperatoria debent eſſe ea quæ adminiſtras, deſiccatiua cum aliquali frigiditate, temperatáque caliditate reſolutiua. Exempli gratia: Sume plantaginem & gallas cum aceto coctas: item lentes cum pane mixto, cum cribratura furfuris. Item granata acetoſa & medij ſaporis in quatuor partes ſciſſa & cocta in aceto uſque ad eorundem diſſolutionem, conterantur & applicentur, conueniunt ab initio morbi uſque ad declinationis ſtatum. Conuenit alterum hoc emplaſtrum ante bulcerationem cauſatam à bulla. Sume acacij, draganti, opij, corticum gra-

natorum ana drachmam unam, uiridis æris, hioſcyamum album, fac emplaſtrum cum uino & ſerua ad uſum. Quando uideas iam factam hulcerationem, ſuprapone id aliquãtulum deſiccatiuum: Sume eſdram cum uino & rob grauato & ſimilibus: aduerte ne partes ſigno circumſtantes putrefiant, defende ipſas cum bolo armeno, aqua roſarum, oleo roſato, aceto roſato, & cæteris. In receſſu inflammationis, hulceratione remanẽte, pone emplaſtrum ex litargyrio, & ea quæ ad malignas & corroſiuas plagas conferunt, id eſt, quæ refrigerant, deſiccant, repercutiunt, ex quibus aliqua ſuperius commemorauimus. At temperate facito cuncta, & repete ut expedit, purgationns ad intra.

¶ De modo mitigandi dolorem circa ipſum apoſtema. Cap. XVIII.

QVæ ſuperiori tractata ſunt capite in bullis multum nigris & corroſiuis uerificantur, at in cæteris non tantæ inflammationis temperatior eſto maturiorq; in repercutiendo. Ardorem doloremq; partim à morbo, partim ab ruptorijs ſiue ab inflammatione prouenientem, ſi mitigare ſtudeas, circumpone ſigno medullam panis calidi recentis primum excepti è furno, uino acetoſo uel ſucco plantaginis intinctam. Item coque prædictam medullam, necnon & lentes in aceto,

to applica & ſæpius muta, & ne deſiccetur emplaſtrum illico ſuprapone folia plantaginis. Quã do emplaſtrũ deponis lauetur plagæ ſuperficies cum uino pontico ſiue acetoſo, ſuprapone farinã hordei cum melle. Intelligo autem poni debere iſta non ſupra, ſed circum plagam, quamuis ſecundum Petrum de Tuſsigniana aliosq́; & doctos et expertos, hæc quæ diximus non multum repercutiant, uerum pellunt caliditatem, confortant doloris locum, & tẽperato quodam calore reſoluunt. Remanentẽ poſtea plagam his rebus curato quæ ad uenenoſas corroſiuasq́; attinent plagas.

¶ De modo incidendi putrem ipſius apoſtematis carnem. Cap. XIX.

QVando eſt mortificata plaga, cura ſubitò ut triſtis illa caro decidat. Sume brancæ urſinæ, barbæ maluauiſci, herbæ peruincæ, foliorũ maluæ ana unciam ùnam, coquantur, piſtentur et miſceantur cum axungia porci non ſalita, & cum butyro ueteri, ſic ſimul ad tres dies permittãtur, poſtea colentur, exprimantur, addendo colaturæ parum ceræ & maſticis, ſerua ad uſum. Vtq́; competentem faciat plaga cruſtam, quam poſtea bene diuellas, quũ dicto uſus es emplaſtro, ungatur cũ butyro & oleo. Cruſtam autem nulla cum uiolentia depone (id quidẽ multũ obeſſet) morare donec

natura id per ſe facere incipiat, quam poſtmodum cum ſupradictis adiuua. Interea *ne corrodat uenenum, perq́; ſanas corporis partes diſcurrat, hunc in modum ſuccurrere opus eſt.* Habeas *uentoſam amplam, ita ut totam (quum applicatur) plagam hoc modo ambiat, uidelicet ut ſuprapoſita tangat circumcirca tantummodo carnem ſanam, ita ut plaga nulla ex parte contingi queat à uentoſa.* Hanc *igitur uentoſam applicato ſic trahendum uenenoſum ex profundo ſanguinem pro bibendumq́; ne intrò reuertatur.*

¶ De *modo mundificandi plagam.* Caput XX.

R*Vpto apoſtemate extractaq́; ueneni materia, propinanda ſunt conſtrictiua ſimulq́; mundificatiua.* Sume *farinam ordei cum melle & modico ſalis, ſuprapone folia caulium.* Item *ſarcocollam pulueriƷatam, & mel parte æquali: ſi fortius uolueris, coque in primis ipſum mel, poſt uerò adde ſarcocollam.* Eſt *equidem ſecundum* Gentilem *de* Fulgineo & Petrum *de* Tuſsignia*na ſolennis compoſitio, quoniam omne uulnus mundificat, omnemq́; ſanioſam plagam.* Commendo *pariter ad hanc rem emplaſtrum diaquilon.*

¶ De modo regenerandi carnem bonam. Caput XXI.

MVndificata quum fuerit plaga, ad bonam carnem regenerandam, accipe folia baſiliconis optime contuſa. Item recipe xanthos, centaureæ maioris, herbæ pentaphyllon, conſolidæ maioris ana partes æquales, deſtillentur in Vere per alembicum, uel facito his ex herbis ſuccum, ſicq́; ſimul permitte donec bene permiſceantur. Poſtea adde illis aquæ uitæ partem quintam, ſerua ad uſum: iſtud enim mirabile inuenies in regenerando carnem. Item confert ad hoc barba aſphodeli, hoc eſt lappa, cocta cum fecibus uini. Item emplaſtrũ ex coriandris uiridibus cum melle & paſſulis.

¶ De uarijs modis extrahendi ſanguinem à ſigno. De modo cauterizandi per incendium. Cap. XXII.

OMnis circa ſignũ prædicta cura, quæ (ut antea narrauimus) fit cum ruptorijs ſimplicibus & compoſitis: Laudabilior fieret Italicorum omnium Doctorum ſententia, modo quem iamiam dicemus, poſtponendo ipſa ruptoria, & ſic faciendo: Pone cauteria diſtantur à ſigno quẽadmodum iam diximus, & ſimul ſupra ſignum magnam pone uentoſam, qua depoſita tange ip-

ſum uarijs in locis cum roſario et lanceola, poſtea uentoſam repone, ut ſanguinem attrahat, eamq́; ceſſante ſanguinis attractiõe amoue. Deinde tres *bene purgatas ſanguiſugas applica, hisq́; iam repletis & amotis, gallorum uel pipionum columbarumq́; pullos ſcinde per medium, & ſic calide unum poſt alterum appone.* Pòſt *ſecundum quoſdam debet inungi cum theriaca, dein uerò permittas eum quieſcere.* Nonnulli *iſtorum loco deplumant locum circa anum galli, & accipiunt ſaponis aliqualiter obſcuri ac quaſi uiridis unciam unam, opij ſcrupulum dimidiam, piſtantq́; bene, et cum ſale albo pulueriſatiſsimo faciunt ſuppoſitoriũ gallo, & totum in ſimul ſuperponunt.* Quo *peracto reſtaura ægrotantem, et poſtmodum eum leniter cauteriza.* Non *dico cum cera nec oleo feruenti quia oppilant, ſed cum auro ignito, aut argento uel ferro, ipſumq́; inſtrumentum in ſummitate rotundam habeat planitiem ad formam unius ſatis magni quadrantis, ſitq́; in medio huiuſcemodi planitiei acies ſiue acumen ad formam adamantis, non nimis acuti.* Et *poſt incendiũ inunge cum butyro, & cooperias locum folio caulis, & permitte eum quieſcere.* Hoc *multo eligibilius eſt ruptorijs, eò quo citius operatur, magisq́; pellit uenenum, meliorem inſuper qualitatem in membro relinquit.* Poſthac *utuntur rebus plagæ ſuperponendis.*

nendis, & circa quas ſuperius commemorauimus poſt ruptorium adminiſtrandas & eodem modo. Nonnulli peſtilenti morbo laborantes, non aliud oſtendunt ſignum quàm maculas, ueluti morbilli, per corporis cutem diſſeminatas. Iſtiuſmodi debẽt inuolui panno coccineo calido, & cuſtodiri à frigore, apponãturq; duæ magnæ ſpongiæ dorſo cũ renibus, & pectori calide, intinctæ decoctioni meliloti, camomillæ & lentis, & bene expreſſæ, & ieiuno ſtomacho: ſæpius mutentur. Dabis etiam in potu decoctionem caricarum, lentis granorum tinctorum, & croci.

¶ De cura ſecundum morem Hiſpanorum & Catelanorum. Cap. XXV.

DIctum à nobis in præcedentibus de iſtiuſmodi morbi cura ſecundum Græcorum, Latinorum, necnon et Barbarorum intentionem, maxime uerò ſecundum uſum Italorũ, at in præſentia iuxta Hiſpanorum morem pariter & Catelanorum, de hiſce medicamentis conſiderabimus. Itaque ſecundum iſtos fit ſtatim clyſtere: poſt uerò, ſi ſanguis abũdat, phlebotomia. Sin minus. exhibetur iuxta peccantis humoris qualitatẽ medicina. Ab initio applicãt epithema deinde facta aliquali euacuatione, ſaltẽ cum clyſtere, ad curam procedunt apoſtematis. More etiã iſtorũ, nihil ex

inflammationibus ardentibúsque ſuperponi debet apoſtemati, quia ſpaſmum inducunt, febres accendunt, malignius reddunt uenenum, maxime ſi in emunctorijs fuerit apoſtema. Aiunt item nõ *eſſe in principio adponenda maturantia multum ac maceratiua, quoniam glutinant, oppilant, putrefaciunt, referuere faciunt, pelluntq́; uenenum ad intra.* Nec *frigida quoque dicunt adminiſtranda, nec quicquam (quia deſiccat) cum ſpongia, neque cum panno, quia intus claudunt uapores, ſtringitq́;.* At *uerò cum lana mũda, ſiue cum ſtuppa (maxime ex cãnabo) laudabile eſt.* Præſens *decoctio eſt maxime familiaris, his præcipue qui ſunt natura delicati, ac etiam in emũctorijs:* Acci*pe flores camomillæ, melilotũ, capillos* Veneris, *bulliãt in aqua, imbibe lanam ſiue ſtuppam, exceptam manibus exprime, applica tepidam uel parum calidam, ſingulis horis renoua, donec reſoluat uel aperiat.* Poſt *uerò apexturã tranſacto die quinto utere maturatiuis & quæ mundificant, et regenerant.* Bullis *autem ut rumpantur ſecure ſuperponitur ſcabioſa piſta uel ſola uel cum ueteri axungia porci, et ſalita. Si uiridis eſt bulla uel nigra, nec tamen eſt in emunctorijs, aperias eam ſubitò uarijs in partibus cum lanceola, uel raſorio, ut inde citò exeat uenenum.* Deinde *laua bullam cum aqua ſalſa: ne ibidem remaneat ſanguis coagulatus,*

gulatus, applica ſanguiſugas. Poſt quũ fuerit rupta et ueneno expurgata, tranſacto (ut ſuprà) die quinto ſuperpone maturatiua, mundificatiua, regeneratiua. Præter hæc (niſi admodũ tenellæ ſit ætatis ægrotans) debet nõ ſupra ſed ſub bulla per ſex digitorũ diſtantiam poni ampla uentoſa. Poſtea fieri debet apertio cum lanceola uel raſorio, & iterum apponi uentoſa ut ſanguinẽ attrahat, uidelicet uncias duas uel tres, uel plus etiam iuxta tenorem cõſenſumq; uirtutis. Aduerte ſigno in emũctorijs exiſtente, ne proprio ſigno applices uẽtoſas, nec incidas, nec nimis ipſum moleſtes frequentando uentoſas, quoniã ſic rugetur ſpaſmus, multi trahuntur calidi humores, peius efficitur uenenũ, & multi ſic faciendo pereunt. Verũ ſi circa aures, uel in gula huiuſmodi ſignum appareat, applica uẽtoſam retro ſub ſpondilibus colli, nõ ſupra uel in ſpatulis. Si uerò appareat ſub brachijs, applica uentoſam ſub eodẽ latere, declinando uerſus deorſum. Si in inguinibus, applica uentoſam in coxa, uel retro ſub clunibus. In quocũq; horum caſuũ ſic facito: pone per ſex digitorum ſpacium procul à ſigno (ut diximus) uentoſam & ſcarificando trahas ſanguinem cum uentoſis uel ſanguiſugis. Sed ſupra ſignum, ſupradictam pones decoctionem, ut temperate leniat atque reſoluat. Vnà cum decoctione bonum eſſet ſi poſſes apponere la

pidem quempiam ueneni tractiuũ pulueriſatum, uel integrum, ut ſunt ſmaragdus, hiacynthus, topazius. Tamen ſecundum aliquos iſtorum poſſumus ſuperponere ſigno ſanguiſugas. & quandoq; etiam uentoſas, Eſto quod ſit in emunctorijs, nulla tamẽ fieri debet cum uiolentia, poſt uerò lauando cum aqua ſalſa. Hoc fit quando ſignum ſumme inflatũ eſt, uel mali caloris: & quum eſt apertum ſignum, tranſacto die quinto utuntur maturatiuis. Quod ſi hæc ipſa decoctio minimam faciat operationem, reduces eam ad formã docciæ uel guttæ. Quãdo ipſum apoſtema plus ſolito eſt inflatũ, quidam poſt diem tertiũ fortiter incidunt ipſum per longum eius membri in quo ſignum apparet, per interuenia ſcilicet, euitãdo uenas & arterias. Et ſi nimis flueret ſanguis, obuiãt cũ ſtuppa intincta uitello oui, & oleo roſato, non uerò in albumine, quia frigidum eſt & uiſcoſum. Eo tempore confortant ægrotum cum cordialibus intus & extrà. Verum ſapientiores inter iſtos non approbant hanc inciſionem, iudicando ipſam maximi eſſe periculi, præſertim in emũctorijs. Poſt uerò quintum diem ſi febris non eſt ardua, ac ſignũ non multum eſt uenenoſum, nigrum, uel uiride: ſi etiam approximat rupturæ, corpore bene purgato, incipe cum maturatiuis, poſtquam feceris quæ diximus, ad maturandum apoſtema. Sume barbæ

malua-

maluauiſci,barbæ liliorum,enulæ campanæ,cucumeris aſinini,cæparum ana librā dimidiam,caricarum pinguium, ſeminis fœnogræci,ſeminis lini ana unciā unam,foliorū maluæ maluauiſci,brācæ urſinæ, herbæ uiolariæ ana manipulū unū,coquantur cū impetu in aqua,bene piſtentur. Si pro delicatis hoc maturatiuum fiat, colētur prædicta, coquātur,piſtentur,& exprimantur. Poſtea addatur axūgiæ porci recētis,liquefactæ,colatæ,libra una uel quantum ſufficit. Aliqui addunt limacias bene piſtas,unà cum cortice:hoc enim cōuenit ubi cutis multum denſa eſt, ueluti in inguinibus, & poſt aures. Alij addunt fermenti panis groſſi ana uncias duas aut plus,uel minus,ſecundum opportunitatem trahendi & rumpendi,quæ res conuenientior eſt in bullis, quàm in inflationibus emunctorium. Sunt & alia quædam leuiora maturatiua, ut eſt farina tritici cum oleo & aqua ſimul bullita,donec ad aliquantulam tenacitatē perueniant,uel cum medullæ panis furfurei,& cum caricis pinguibus ſimul coctis & poſtea piſtis. Poſſumus addere oleum oliuarū,,uel oleum amygdalarum dulcium,& axungiā porci recentem. Si talis axungia uetus eſſet,& ſalita, foret hoc emplaſtrū utile ad leniter rumpendum bullas. Etiam addere poſſumus pinguedinem gallinæ recentem, ſi tali cum pinguedine,axungia,& butyro recenti,oleo

uio-

uiolato, barbis liliorum coctis fiat emplaſtrũ gratum delicatis. Huiuſmodi *maturatiua (ut ante diximus) fieri debent poſt purgationem ceſſante febre, & poſtquam ſignum eſt apertũ, expurgattumq; ueneno, tranſacto etiam die quinto, deinde utuntur mundificatiuis, poſtea regeneratiuis, ultimo conſolidatiuis ſigni. Si bulla fuerit nigra uel uiridis & corroſiua, nec eſt in emunctorijs, incîde cum profundatione lanceola uel raſorio. Poſtmodũ adminiſtrabis docciam cum aqua ſalſa aliqualiter calida, ne ſanguis (ut diximus) coaguletur: deinde applica uentoſam aut ſanguiſugas, uel anum galli deplumatũ. Quidam applicãt limaciã uiuam, nonnulli ranã uiuam: hoc autem fieri poteſt quando ſignũ nõ ſit in emunctorijs, poſtea apponi aliquod facile ruptoriũ quod ſuprà tradidimus, uel etiã iſtud: Sume uitellũ oui cum modico ſalis, nec fortius, quia bullam malignaret: mutetur aũt iſtud ſæpius. Quod ſi & hoc bullã nimis conturbaret, utere ſola ſcabioſa piſta, uel ueteri axungia porci ſalita, uel ſimul utriſq;. Sunt quædã ruptoria admodum fortia, quæ non debent poni ſuper emũctoria, nec ubi grauis adſit febris: quæ etiam ſi ponantur, ubi non minus ſit fortis, minime cõducunt. Sume caricas crudas, et fermentũ. Item ſi hoc non ualet, faciunt hoc fortius, obſeruatis tamen modo & ordine narrato: Sume cantharides*

bene

bene tritas,et tertiam partem axũgiæ porci, hoc pone ſuper bullam malignatã ter uel quater. Dicunt chirurgici hoc eſſe ſæpius expertũ. Quando adhuc fortius hoc ipſum habere uolũt, addũt quartam partẽ ſaponis fullonum, quod quidem dicunt in malignata bulla,& in homine robuſto mirabiliter operari. Itẽ aliud forte pro bullis. Sume pulueris nitri bene pulverizati unciam dimidiã, granorum tritici tritorũ uel dentibus maſticatorum unciam unam,uitella ouorum numero duo,croci drachmam unam, terebinthinæ unciam unam, bene cõmiſceantur & ſuperponantur cum ſtuppis mundis. Reliqui apponunt calcem uiuam cum ſapone. At quoniam huiuſmodi ardentia & uiolenta frequẽter malignius faciũt apoſtema & febres, ideò ſecurius eſt ante hulcerationem aduertere, ne materia intro reuertatur, etiam ne quaſi rabida efficiatur his cũ rebus acutis,in debilibus præſertim complexionibus, uel multum cholericis, ideò his intentionibus utile eſt emplaſtrum Galeni toti membro ſuperponere. Sume plantaginis, lentis,panis furfurei ana partes æquales,coquantur in aqua donec ad quandã ſoliditatem perueniant,ſuperpone loco doloris & circumcirca per latum ſpacium. Auicenna addit galas,ubi plus de ſubtili ſanguine apparet quàm de compacto. Item ad iſtud utile eſt emplaſtrum granatorũ dulcium,

&

& acetoſorum coctorum in aceto & aqua, præſertim ubi apparet materia incenſa. Poſt uerò quàm ceſſare incipit ardor, conuenit emplaſtrum Auicēnæ, ex caricis pinguibus, paſſulis, nucibus, farina hordei, ſimul coctis ad maturandũ & rumpendum. Poſt uerò factam rupturam, mundificetur plaga cum ſuccis apij, abſynthij, plantaginis, melle roſato, farina, coctis cum modico terebenthinæ lotæ, deinde conſolidatur ſecundum ordinem aliarum plagarum: circumponitur uerò unguentũ ex bolo armeno, & oleo roſato. Quidam ab initio cauſa fortis attractionis, ponũt inter muſculos tibiarum, uel brachij, uel ſuper ſpatulis herbam flammulam, id eſt cuſcutæ tritam, quæ quidem faciendo hulcerationem emunctoriorum ad ſe trahit humores, & membrorum principalium. Iſtud remedium in robuſtis corporibus, & ubi nulla adeſt febris, utile eſt, non alibi nec aliter. Nonnulli actuale faciunt cauterium ſuper ſigno cum ferro ignito, quod quidem plus conuenit robuſtis, & ubi non eſt ardua febris. Raimundus inquit, quod theriaca & bolus armenus non trahunt ad ſe uenenum, ſed procul depellunt: ideò dicit non eſſe aſſumenda per os poſt ſecundum uel tertium diem, quando materia iam uenenoſa eſt, et cor ipſum attigit, niſi bene euacuata ſit & correcta. Itẽ prohibet ne unquã ſuper ſigno ponãtur, nec etiã

uult

uult ut apponantur, niſi ſignum extra emunctoria fuerit, & quoque ante tertium diem, & in circuitu, non ſupra: Poteſt adminiſtrari bolus armenus etiam poſt ſeptimum diem, plaga ueneno expurgata, ungendo in circuitu. Sic igitur conuenit in tertio antequàm plaga ſit facta uenenoſa: & conuenit poſt ſeptimum poſtquàm plaga ueneno expurgata eſt: in circuitu autem ungi debet cum oleo roſato, aceto roſato, & aqua roſarum ad defendendum membrum. Hactenus Hiſpanenſium & Catelanorum narrauimus opiniones unà cum correctionibus Arnoldi & Raimundi medicorum ſingularium: uera res eſt, & Raimundus huius eſt ſententiæ, ſcilicet quod non debeat purgari infirmus cum phlebotomia, medicina, aut uomitu, quando apoſtema repletum eſt admodum, & uenenoſum, hoc eſt, tranſacto die ſecundo, ne uenenum tali motione intro reuertatur. Hæc quidem opinio uidetur corrigēda ſecundum alios, & ſic uidelicet purgari debet ſi opus ſit (cū dictis obſeruantijs) etiam poſt ipſum diem ſecundum, ſic tamen quod dum purgatur applices uentoſas & ſanguiſugas, ſub & ſuper ſigno, et quod cor defendatur intus & extrà cum cordialibus frigidis: & hic quoque modus non prorſus eſt alienus ab intentione præfati Raimundi.

De

¶ De aſtantium conſeruatione qui infirmum regunt. Caput. XXIIII.

HVius aſtantes prӕterea quӕ dicta ſunt in principio pro conſeruatione (ſcilicet theriacam, pilulas & ſimilia) niſi uacui fuerint ſanguinea ſuperfluitate, debent aliquantulum ſanguinis extrahere ex uena communi, facta bona purgatiōe cum dictarum pilularũ drachma una, uel ſaltem media. Vtile eſt ſӕpius ſumant pulueres & medicinam contra morbum, ut in prӕcedentibus dictum eſt, & maneant quò magis procul poſſunt ab infirmo, prӕſertim quũ ſunt ieiuni. Euentetur ſӕpe locus habitationis, et fiant fumigia, ut ſuprà dictum eſt, nũquàm prӕtermittẽdo terebẽthinã: geſtẽt in manibus faces ardentes, & carbones bene ſuccenſos bonis odoribus fumigantes, lauent uniuerſum corpus cum aceto tepido bis in die ſcilicet manè & ſerò. Sӕpenumero mutet indumenta, & frequentius remouet fumigia, maxime cum thure, terebenthina, iunipero, myrto, ſandalis, roſis, et camphora uel roremarino, lauro & ſimilibus. Teneat in manibus arantiũ et faciſculũ rutӕ uel quercul ӕ maioris et mẽtӕ ac meliſſӕ cũ myrto et floſculis recentibus: ſit ſemper bene purgatus ab omni humorę et cibo ſuperfluo. Iterũ repete ſalutiferũ illum odorẽ cum

aqua

aqua roſarũ, aceto roſato, uino maluatico, zedoaria uel corticibus citri: ſuper omnia lauet ſæpius cum his manus & uultum. Cuius etiam cõpoſitionis pauculũ bibat, & teneat etiã admotã naribus ſpongiam in eadem iam dicta mixtura intinctam, ligatam in ligno fraxini: quoniã tantam habet fraxinus contra uenenum potentiam, ut nullum animal ueneficũ eius appropinquare audeat umbræ, ſuo neq; odori: potius enim ſeſe ſponte ad concremandum igni concederet, quàm ut huic proxime adhæreret arbori. Faciant ſæpiuſcule ignes & focum per uniuerſam domum, maxime cum lignis & rebus odoriferis. Nec putet qui ſemel ab hoc morbo liberatus eſt, ſeſe deinceps non poſſe hoc in caſu perire: quia præſenti anno ter unũ ex Florentinis noſtris hic morbus inuaſit, qui ſecũdo perfecte liberatus, tertio mortem euadere non potuit. Eodem iterum anno in menſe ſeptembri muliercu lam liberaui quadam à peſte: ſana equidem erat, ut cæteri qui ſemper ſoſpites extiterant: at quum inter morboſos uerſaretur, poſt dies xviij. iterum infecta periјt. Nulli confidendum eſt in hoc quod cæteris ſit fortior & magis ſanus, quoniam uenenum ita fortes interimit ut debiles. Imò uenenum iſtud plus quàm reliquos offendit ſanguineos atq; robuſtos, eò quod apertæ ſunt illis pectoris uiæ, habent & cor ualde ualidum, multumq; ſangui-

A

nem calidum & humidum, ideò cordis ipſa caliditas per meatus apertos multum trahit aerem perniciosum, & quidē ſubitò trahit, antequàm temperari trāſitu poßit. Etenim ſanguinis caliditas perquā citò ſuccenditur & inflammatur. Confeſtim putrefactioni ſubeſt humiditas, inq́; uenenū cōuertitur: quippe ut quanto plus in uaſe uini, & quanto potentius, tanto etiam in plus, tumque in mordacius uertitur acetum: ſic potens uenenum, tanto quidem abundantior, quanto calidior fuerit in pectore ſanguis, quando equidem ſanguis fit ipſe uenenum, perquàm faciliter paruoq́; ipſius contactu tranſmutatur ad idem. Conuertunt enim ſe alterutrum contactæ inuicem partes ad uenenum. Nec te prætereat ô qui patientis curā geris, quod quanto illi es propinquior, tum cognatione, tum complexionis uel naturæ ac conſtellationis ſymboleitate, tanto quidem maiori contagionis ſubiaces periculo: quia lationis quædam ineſt qualitati promptitudo, ut ſimilis ad ſimile adimpleri tranſmutatio poßit ueluti ignis ad aerē, ad aquam aeris, huius ad terram. Et quum duæ cytharæ, binæ uel fidiculæ uerſu modulantur eodem, tunc quidē reſonat motus, uoxq́; huius in illam. Si uerò petis, quas intret per uias uenenum? reſpondeo, quod omnes per corporis poros, maxime qui magis aperti. Citius autem offendit quando per nares, per os, perq́;

perq́; pulſus ingreditur, & multo quidem fortius ſi uias adinuenerit in calidis, humidis ſubtilibusq́; apertas humoribus, & ſi quoque à ſimilibus prouenit humoribus, ſiq́; influentia Martis cum diuerſo euenit, & modo contrario, cumq́; Saturnio influxu ſe quidem eò tardius demonſtrat. Multoties immanet ueſtibus diu & cute uijs patentibus & uenis cordi propinquis, nec inde quiſquam grauari uidetur, quia pauculus eſt, leuisque uapor, nec eam habet cæteris ut cordi partibus contrarietatem, ſed ipſi tantillum quum primum cordi contiguum efficitur, manifeſte non occulte lædit. Similiter rabidi canis uenenum, nec non & alia ſuam longo etiam poſt tempore detegunt offenſionem. Hæc deniq; ſcias uelim, quod ſcilicet per bimeſtre ſpacium remanet uenenum in perſonis. Parietes, ferramenta, & quæ ſunt ex lignis conſtructa, niſi corrigantur cum lotionibus, fumigijs, ignibus, per annum uel plus fortè ſuam reſeruãt uenenoſitatem. Veſtes quoque laneæ, & id genus niſi euententur, lauentur, ſæpiusq́; fumigeutur, uel ponantur ad ignem, ad uentum, ad ſolem, tribus annis & ultra remanent infectæ. Noſti quidem mucidi odorem arancij, in qua muceſſerit capſula, multos ſeruari per annos. Similiter ſuo quo prius erat bombace muſci diu permanet odor. Equidem ut ignis oleum, ſic nutrimentum huius eſt la-

na ueneni: & quidē ita enutrit hæc lana uenenū, ut non modo conſeruet ipſum, ſed & augmentet ſimulq́; fortificet. Non eſt utendum pro cibi uel potus diſpoſitione uaſis illorum qui infecti ſunt, nec tangi debet quicquid adhæſerit illis. Iucunde tibi uiuendum eſt, eô quod lætitia uitalem confortat ſpiritum. Continenter & ſobriè uiuas, ſiquidem tanti eſt ualoris ſobrietas & continentia, ut ea ſola mediãte in multis & quidem grauibus (Athenis quæ fuerant) peſtilentijs Socrates philoſophus ſeſe ſeruárit incolumem. Inquiunt ideò Ariſtoteles atq; Galenus talem eſſe in puris corporibus diſpoſitionem, ut fermè nunquam ſentiant peſtem uel ea ipſa (& ſi infecti) ſaltem non pereunt. En tibi iam duo, ut conſerues ſingularia trado. Parato ut bibi poſſit ſmaragdū, ut tangi, ut ore teneri ſuſpendiq́; collo, cuius tanta eſt aduerſus ueneri ſuſpendiq́; ueneна uirtus, ut teſte Raſi, Auenzoar Serapione, tyris & bubonibus eius conſpectu ex ſeſe ſtatim lumina cadant. Pauperibus dare ſoleo raphanum ſylueſtrem, parum pro uicene ſanguinem incendat: tantam enim habet contra uenenum efficaciam, ut ſcorpionem eius contactu crepari faciat, et dicit Dioſcorides, quod trito cum aceto eius ſemine lotis manibus, tangendo ſerpentes, nocere minime poſſunt. Lapis bezoar (ſi quis poſſet habere eum) ſuper omnia ualet aduerſus uenena: quamuis

uis enim Perſico idiomate id omne bezoar ab antiquis appellari ſolet, cuius eſt proprietas uirtusq; pellendi uenena: ſecundum tamen Serapionem, & Raſim principaliter uocatur bezoar, lapis quidã omnibus uenenis tũ calidis tum frigidis morſibus, cunctisue hulceribus uenenoſis ſua uirtute reſiſtens, & confert ſiue ſumatur per os, tum etiam ore teneatur, uel è collo ſuſpenſus, tum deniq; quo uis modo applicatus ad extra. Oritur in Syria, in India, in partibus Orientis, eſtq; diuerſi, diuerſus trini coloris. Nam quidam glaucus eſt & fuſcus, quidam glaucus, fuſcus & uiridis, alter uerò albus & aliqualiter glauculus uidelicet ſimilis colori uini albi, clari: hic inter cæteros eſt optimus, leuis, delicatus, mollis, abſque ſapore, ſplendens ut lumen. Doſis eius quando per os recipitur eſt grana duodecim. Teſtificantur Raſis & Serapio ſæpius ſe ſuis compertum habuiſſe temporibus, quod præcioſiſſimus iſte lapis omnes tam ſimplices quàm compoſitas medicinas, tum etiam compoſitas theriacas propria qualitate ſuperauerit in reſiſtendo uenenis. Inquit Habamed, ligetur in anulo, inſculpaturq; ſcilicet lapidi ſcorpionis imago, quum luna eſt in Scorpione, reſpiciendo ipſum aſcendentem. Quo facto ſigillentur cum eo thura, quando fuerit in ſigno Scorpionis. Quod ſi poſtmodum huiſcemodi thuris pulueri-

Bazoar lapidis efficacia contra uenenum.

ſati ad debitam quantitatem uenenato in potu dederis, tantum ualebit aduerſus uenena, quantum proprius ipſe lapis. Inquit Abdallahamarac hunc ſe uidiſſe lapidem, quem comparaſſe ait filium Mamari, ſeq́; in ſolutionem lapidis Cordubæ palatium dediſſe. Serapion ait eundem mirabilia operari nō ſolum in hominibus, ſed & in cæteris quibuſdam animantibus: primum quod contingendo hoc lapide ſcorpionis aculeum deperdit pungendi potentiam. Præterea tritum mixtumq́; cum aqua ſerpentisq́; ori impoſitū, occidere eū aſſerit.

¶ Fuge citò, procul, ac tarde reuertaris.
Caput XXV.

RESeruare uiſum eſt ad libri calcē principalium hac in materia regularum declarationem. Fuge quantum potes hominum conuerſationem, & maxime quando es ieiunus. Sis ſemper remotus à ſocio ad minus per ſpacium bicubiti, & in loco, aperto: & ab infecto (quum ſecum loqueris) remotior ſaltem per ſex cubitorum interſtitium, & ſub diuo uel loco aereo, & caue ne uentorum flatus ab eo uerſus te ſpiret. Inter te & ipſum ſit ſol, ignis, odores, uel tendens ad ipſum uentus: loca enim anguſta ſimulque turba hominum, ualde periculoſa ſunt. Hoc etiam commemoro, quod parietum procinctu ac domuum contingen-

tingentia & continuatione multiplicatur morboſa contagio. Super omnia ſuadeo ut citò ac procul fugias ab his locis quibus imminet peſtis, tardeqúe redeas. Dixi cito, hoc eſt quam primum apparent ſigna proximæ peſtis: quæ quidem ſigna ſunt, quando eius loci aer extra naturalem ſuam diſpoſitionem eſſe uidetur, declinando ad calidum & humidum, quando nebuloſus, nubesqúe denſæ, puluerulentus apparet, uenti groſſi & tepidi, ac etiam quando aquæ & agri fumant & olent, ſic pariter & piſces mali ſunt ſaporis atque odoris: Quum multa ſuper terra ex putrefactione nata apparent animalia, fungorum & putridarum herbarum copia, terræ fructus & animalia inſipida ſunt & parum conſeruantur, turbida efficiuntur uina, multa & terreſtria & aerea animalia ab eo loci recedunt, inſolitæ oriũtur febres, latentes, furioſæ, continuæ, fallaces, cum pectoris anxietate, cum pulſus proſternatione, phreneſis, urinarum turbulentia, palati inteſtinorum excoriationes, oculorum rubedo, uermes, morbilli, multæ fœminarum conturbationes, iræ rabidæ, rixæ, dira bella, monſtra naturæ, mirandàque uel naturæ uel à Deo ſigna, inuiſa multum & rara. Hæc enim quæ diximus præſagia ſunt propinquæ peſtis. Tunc igitur fuge antequã unus efficiaris de duodecim mille ſignatis. Id uerò dupliciter

Propinquæ peſtis præſagia.

fieri poteſt, ſcilicet uel quia iam captus eris contagione infectorum, uel quia triſtem infecti aeris qualitatem iam receperis, ſic quod pedetentim fiat ille tibi familiaris aer, ita quo nec aeri natura, nec aer illi reſiſtet: uerum ſi alienam ſubitò quæſieris auram abibit primus aer, illiq; natura reſiſtet, & hic naturæ, prouenit unde peſtis origo. Et etiã ut procul aufugias moneo, uidelicet ut ea te ad loca conferas quibus res, nec perſonæ, nec ſoni, ſtrepitus, rumores quicunq; infecti loci ad te peruenire ualeãt. Sicq; remotus eſto, ut alti intermedient montes, quibus uaporũ prohibeatur acceſſus, ne uentorum flatu, uel aeris dilatatione te poſſint contingere. Conſidera loci ad quem curris diſpoſitionem & ſitum, uidelicet ne peſtilenti quouis modo ſit ſimilis aeri, utpote in calido, frigido, humido, ſiccoq;, nubibus, pluuijs, uentis: ſis deniq; tali in loco firmatus, ut uenti, nubes, pluuiæ, ſpirare, dilatari, abinde ad te moueri nequaq̃ poſſint. Nec te hoc fugiat, quod horoſcopus ſiue Aſcẽdẽs alicuius urbis uel caſtelli infectæ uel infecti ſæpius ad ea loca omnia peſtem extendit, quæ illi ab initio ciuitati uel caſtello ſubiacẽt, & quæ aliqualem eo cum Aſcendente conformitatẽ habent. Tertio dicimus ut tarde reuertaris, quoniã pauxilula trãſacti morbi remanens infectio, potẽs eſt ad eos per quàm ſubitò maculandũ omnes, qui etiã haud

intempe-

intẽpcſtiuo fugam tẽpore cœperunt, quia maiori ſubſunt periculo, qui locũ frequentant infectum quũ prius aufugerint, quàm hi qui ſemper ibidẽ, cũ cautela tamẽ, permanſerunt, quoniã ſubita nouaq; male tolerat natura accidẽtia: & præter hoc diutiſsime quidẽ remanent hæ (ut ante diximus) qualitates in parietibus, lignamẽtis, ueſtibus, pannis quibuſque & cæteris. Quantum uerò ad ſolius aeris diſpoſitionem una ſufficit angaria, ita ut ubi ad tres menſes immunes ab hoc morbo omnes quicunq; ſunt perſtiterint, iudicari poteſt aerem iam fore purgatum. Sed eſto cautiſsimus in appropinquatione & contactu eorũ quæ plus aere uenenum retinent. Procinctus fornacium in muris diutius ſeruãt quàm ligna uenenoſam caliditatẽ: uerũ purificãdo (ut ſæpius diximus) uidelicet cum ignibus, lotionibus, euentationib. fumigijs, odoribus, & reliquis. Purificantur homines cõmuniter ſpacio quatuordecim dierum, domus, lignamenta & cætera in uiginti uno. Panni, ueſtimenta et huiuſmodi ſpacio dierum uiginti octo. His habeas temporibus ſeparata ad bibendum pariter & manducandum uaſcula & lectiſternia quæq;, uel ſaltem ſi cætera non poßis linteamina reliqua lotionibus & fumigijs purificato. Equi, pecuniæ, ſupellectilia, ſarcinulæ & huiuſmodi, niſi admodum caute egeris, uenenũ diu ſeruare ſolent: qua

re uigil, cautus & prudens eſto, cunctisq́; ordinatim prouideas.

MARSILII FICINI EPIDEMIARVM ANTIDOTI FINIS.

PAVLI AEGINETÆ DE VICTVS RATIONE

quolibet anni tempore utili.

PErpulchrũ fuerit etiam anni tẽpora in uictus ratione conſiderare. Hyeme quidem & fortiori exercitatione, & pleniore cibo utendum eſt, præcipue ſi tempeſtas Aquilonia fuerit, Si uerò auſtralis, ſimiliter exercitari oportet, ſed cibo potioniq́; aliquid demere: atq; in totum per tempus humidum, omnino aridum reddere corpus: perfrigidum uerò, calidius, ac tum carnes eſſe oleraq́; calidiora, atq; uinum bibere meracius. Aduentante uere, alius quidem per uomitũ, alius per uentrẽ uacuetur, alius ſecta uena ſanguinem mittat, prout cuiuſq; fuerit uel cõſuetudo, uel animi promptitudo. Æſtate cõfert quies, exercitatio remißior, atq; cibus exiguus, qui quidẽ ex frigidiore genere deligendus eſt:

tum uerò potioni adijcere, atq; quicquid refrigerare humectareq́; poſsit, adhibere oportet. Per autumnũ, maori cautela opus eſt, quippe qui uſquequaq; & inæqualis & inordinatus eſt, multiformesq́; inducit morbos. Itaq; ne circa refrigerationem quid peccetur cauendum eſt: à Venere quoq; & frigida potione abſtinendum. Neque uerò aeri quis ſe credat, uel per matutinũ frigus, uel per ardorem meridianum. Pomis impleri noxium eſt, non ob ſatietatẽ tantum, uerumetiam quoniam uitioſi humores inde naſcuntur atq; flatum quoque excitant, ſiquidem omnium fructuum optimi ficus uuæq;, & flatum pariunt, & alimenta corrumpunt, niſi ante alios cibos aſſumantur: præaſſumpti uerò neq; inflant, neq; corrumpunt. Quum frigeſcere cœperit aer, corpus pro frigoris ratione calefacere oportet, atq; omnia facere ut quum hyems iam proceſſerit. Nec ab re fuerit reuoluto æquinoctio uacuare corpus ex aliquo eorum quæ diximus, ne redundantia quædam per heymẽ retenta, moleſtiam inferat.

DE VICTVS RATIONE FINIS.

DE RATIO NE VICTVS SALVBRIS, AVTO RE GVLIELMO INSVLA NO MENAPIO GRE VIBRVGENSI.

Cum præfatione paulo longiore, ad inſtar iuſtæ Declamationis. In qua laus & utilitas quoq; diætetices continentur.

AMPLISSIMO CLARISSIMO-
que uiro Ioanni Vlatteno Eccleſiæ Xantenſis
Præpoſito, et illuſtriſſimi D. Gulielmi
principis Iuliæ, Geliiæ, Cliuiæ, &
Bergis, à conſilijs Guliel-
mus Inſulanus.

S. P. D.

ARTIVM *ſcriptores omnes excellentes, ampliſsime clariſsiméque uir, duplicem ferè uiam in ſcribendo mihi tenuiſſe uidentur.* Nam *aut cœleſti ſorte quadam & ingenij induſtriæq́; felicitate res ipſi nouas per ſeſe inuenerunt, aut ab alijs inuentas, minus aut dilucide copioſeúe traditas, ſcriptis ſuis explicuerunt, auxerunt, & prout cuiusq́; captus fuit, in aliam atq; aliam formã ordinemq́; retulerunt.* Eundem *tamen utriq; finem ſecuti: nempe ut & utilitatẽ ipſi publicam inuarent ſtudiorum, & ſuis poſterisq́; ſeculis nomen ſuum commendarent.* Id *quum ubique artium nos uſu ueniſſe uideamus, tamen haud ſcio, an certiore maniſeſtioréque exemplo, quàm in libris medicorum ſalubritatem uictus profitentium.* Nam *quantum longiſsimè ſeſe mens mea porrigere poteſt, ante* Hippocratem Coum *medicinæ omnis profeſſorem, neminem unum fuiſſe inuenio, qui uictus ſalubris deſcribendi formam ac ratio-*

raitonē ex profeſſo ſibi ſumpſiſſet, aut ſi quid eius extitit, ita totam tamen eius artis gloriā & ſplendorem occupauit Hippocrates, unus ut ipſe omnium, qui ante ſe fuerunt, nomen & memoriam facilè obſcurauerit. Quanquam non defuerunt poſtea, qui ſiue inuidia, ſiue ignoratione librū eiuſdē ſalubris uictus præcepta et obſeruationes quaſdam continentem, alijs aſtruxerunt: quidam Ariſtoni, Philiſtioni quidam, Pherecidi etiam nonnulli. Sed utcunq; tandem ſit, totus ipſe liber Hippocraticam mentem ſententiamq; referens noſtram hunc in antiqua poſſeßione tituli gloriæq; facilè conſeruat, ut non immerito ipſius eſſe ſtatuamus. Verum quia nonnulla ab hoc ut in primordijs artis illius ſubobſcurè, quædam ſuccinctè nimiū tradita fuerunt: ſubſecutus hunc eſt ſingulari fatorum opinor, clemētia, fauoreq; erga genus humanum. Galenus Pergamenus, qui quaſi face quodam prælucens uiam ad medicinæ patefaceret adyta, & reconditos quoſque ſenſus Hippocratis euolueret illuſtraretq;, edito libello ſub ſanitatis tuēdæ titulo, in quo quidē tu dubitare poßis, maior ne fuerit felicitas Hippocratis, tam fidelem & commodum nacti interpretem: an Galeni talem tantumq; patronum & autorem ſortiti, ad quem omnia ſua decreta tuto referret, Quanquam fateor, inter Hippocratis & Galeni ætatem alios quoque medicos

Meminit huius Gal. in cō. ſuper 1. aphoriſ. Hipp. partic. 6.

Huius mentionem facit Plin. in 7. nat. hiſt. li. ca. 37. et li. 26. ca. 3.

diete-

diæteticos (ut ſic dicam) interueniſſe, Polybum uidelicet, Dioclem Cariſtiũ, Aſclepiaden, & Themiſonem. Verũ Polybi opus apparet imperfectũ, nec ſatis bona fide ubiq; redditum. Diocles item ſuccinctus eſt, & qui ſuorum præceptorum minus horæ ſpacio peritum faciat lectorem. Aſclepiades aut quamuis multa in rem noſtram uiſus fuiſſet, præſtitiſſe ingenti etiã edito uolumine, quoad cõmunia quædam auxilia præceptaq́; totam medendi rationem aſtrinxiſſet, abſtinentiam uidelicet modo cibi, modo uini, frictionem, ambulationem, geſtationem, tamen obtinere homo nouus in profeßione medicinæ non potuit, qui prius rhetor parum quæſtuoſus fuiſſet, ut in artis alienæ tractatione parem perſuadendi uim & gratiam cõſequeretur. Quum alioquin inſignia experimentorum aliquod edidiſſet miracula, grauißima etiã & difficilima ſponſione in ſe recepta, ut fides ſcriptis eius abrogaretur, ſi repertus unquam inualidius in uita fuiſſet. Verum huius monumẽta ſimul cum autore deſiere, ſuccedentibus ſtatim, qui contradicerent. Tametſi magno bono publico accidiſſe uideri poterat Aſclepiadis libros incolumes in ulteriora tempora manſiſſe. Namq; tantus ſcriptor æquiorem ſenè iudicem inueniſſet poſteritatem, tepefacta iam inuidia. Præterea fructum aliquem ſubſequutæ ætates ex tanta uarietate ſcripto-

fuit hic autor contemporaneus Cn. Pompeij Magni Eodem Ciſe ſcribit et amico & medico uſum lib. 1. de Orat.

rum,

rum, & ex eloquij facultate uoluptatem percepiſſent, ut in argumento parum capaci ſermonis elegantioris. Nam Themiſonis, qui poſtea in eadem profeßione Aſclepiadi ſucceßit, nihil præter nudum nomen retinemus. Omnium igitur ante ſe laudem, quod fateri liceas, ſuperauit Galenus, induſtria, copia, nitore, uarietate. Et quamuis hæc gloria merito debetur Galeno, uiſi tamen plerīq; ſunt ſimul cū breuitate (quod difficile habeatur) faciliorē tradendi modū in eo deſideraviſſe. Cæterum quod modum ipſe ſtilo imponere non didicit, eſt hoc quidē ipſi cōmune cum doctis & ubere præditis ingenio uiris, qui quāuis plus iuſto interdum in dicendo ſcribendoq́; prouehantur, ipſi tamen ſibi parcè locuti fuiſſe uideantur. Et accedit ad difficultatem captus intelligentiæq́; mediocrium & inexercitatorum ingeniorum circa lectionem Galeni: quod in eo de ſanitate tuenda libello ſubinde miſcet alia quædam, dum modo pharmacis medendi rationē oſtendit, modo ad balneorum, unctionū, frictionumq́; ſua tempeſtate plus ſatis frequentium ſuperſtitionem nos reuocat, innocentioribus & ſanctioribus poſtea temporibus interdictā. Quod niſi quis reliqua Galeni quoque præcepta meditataq́; habeat, tenuē ſanè cognitionē totius libri uideatur conſecuturus. Quo quidem in negocio minus nos eſſe ambitioſos uerè

Themiſonis nomen à Galeno, Celſo, & Plinio interdum cō memoratur.

fateri

ſateri poſſe uidemur, ut illud quoq; commemoremus, diſtinctiorē quendam ordinem & uiam paulò plus habentem cōpendij ac facilitatis nos ſecutos. Dum de rebus illis ſex non naturalibus ex ordine tractamus: nēpe aere, exercitatione, ceſſatione ſiue quiete, cibo & potu, ſomno & uigilia, inanitione & repletione, ac poſtremum de affectionibus animorum. Quæ quidem res coniugatione ſui ſex numero, alioquin plures uulgo dictæ ſunt non naturales, non quia ſint præter naturam, ſed quia ſunt quodammodo noſtræ electionis & arbitrij, extrinſecus aduenientes, quodq́; uſu, effectibusq́; ſuis aut iuuant, aut impediunt naturam, eiusq́; facultates. Sequor autem hic communem loquendi modum, quem ſi cum bona medicorum omnium pace liceat in meliorem uertere, res non naturales dixerim neceſſarias quidem, ſed diuerſitate uſus ſui ſalutares aut noxias. Verum quia hæc periſtaſis nimis apparet longa (nec tamen ſubinde uenit in neceßitatem & uſum mos iſte loquendi) ſuſtinebimus priſtinum illum efferendæ rei morem, quoad meliorem reperiemus. Iam uerò, ut me etiā conuertam ad poſteriores illos medicos longiore relictos interuallo à Galeno. Nam qui proximè ſucceſſerunt, longo ipſi catalogo referendi, pro ſe quiſque lucis & utilitatis aliquid attulerūt ualetudini cognoſcendæ, inſtaurandæq́; : nemo tamen,

proprietatem ſermonis latini retineremus, & ad uetuſtiſſimorum probatiſſimorumq́; autorum ferè cenſuram, ceu ad Polycleti *regulam ſtatuarij, totam artem exigeremus, adductis interdũ ſententiæ noſtræ probationibus, ubi locus uidebatur. Atque hic ego malui ſubire crimen accuſationis, qua deferrer fidem & conſilium ſecutus alienum, ceu pedarius quidam ſenator, quàm mihi autoritatem iudiciorum tanquam propriã ſumere, & per hoc quoque parum confirmatum relinquere imperitum adhuc lectorem, id quod uideri potuiſſet, partim arrogantis & temerarij ſcriptoris, partim de ſtudijs malè meriti. Quanquam ſi oporteat, exemplum noſtrum, alieno uidelicet confecta ingenio repetendi, compluribus alijs tueri poſſimus. Nec enim uerendum eſt, ne male ſcriptum habeatur, quod ſæpius ſcribitur, dummodo cum utilitate aliqua legentium ſcriptum fuerit. Quod ſi quis rurſus erit, qui operam noſtram hanc tanquam tumultuariam, & ex multis partibus temerè collectam exiſtimabit, idem uelim, ſumat ſibi cogitationem hominis ſobrij & prudentis ad punctum temporis ſecumq́; expẽdat, poſſit ne unus aliquis multorum autorũ decreta & opiniones ſimul in eundem locum congerere, partim concordes, partim repugnantes, eaſdemq́ue interdum conciliare,*

cauſas etiã rerum dum neceſſe eſt, afferre, qui non in arte fuerit fideliter uerſatus. Vt enim eruditionem excellentem mihi non uendico, ita nec ſtuporis aut ignorantiæ omnis crimen in me recipiã ſine manifeſta cõteſtatione factæ mihi iniuriæ. Tametſi hic quoq; parcius mihi loquẽdum intelligo, ne ea, quæ ad defenſionem cauſæ negotijq; mei, parata certe ſeſe obtulerunt, ad laudationis propriæ opportunitatẽ adhibita fuiſſe uideantur, de quo tamen poſtea uiderint legentes. Nam opus artificẽ, ut eſt in prouerbio. Itaq; conuertemur ad mentionem argumenti, cuius ea ſanè natura conditioq́ue eſt, ut uel eius ſolius gratia commendationeq; æquitatem animorum nobis maiorem futuram ſperemus. Nanq; ea tractamus, quæ amœna lectu, iucunda cognitione, neceſſaria ſunt uitæ, rationem uidelicet ſanitatis tuendæ demonſtrantes. Ad cuius quidem operis lectionem, nulla excitatione opus uideo, quum natura inſtinctu omnes ſanitatem intelligam appetere. Enimuero ſanitate carentes, quid reliquũ habemus, cur in uita manere uelimus? Aut tanta amœnitate orbatis, quæ tandem conſolatio ſupereſt, niſi à ſpe ſumpta recuperandæ ſanitatis? Iure igitur Plato in ſuis legibus enumerans bona humana, quatuor numero uidelicet: primum locum dat ſanitati, proximum formæ, tertium uiribus, ultimum diuitijs, Recto quidem ordine,

dine, ſapientiq; uſus iudicio uir diuinus, quod intelligeret, dempta ſanitate, nullo uobis uſui futura reliqua illa tria bona ſtatim recenſita. Sed heu pudor, tam precioſum & amabilem theſaurũ, rebus omnib. plerunq; neglıgẽtius aſſeramus et tuemur, & ut ferè fit in rebus quibuſq; nobis chariſsımis, non niſi amittendo cognoſcımus. Cæterum poſſe nos ſalubritatem corporis noſtri tueri inſtaurareq́ue uictus certe moderatione legeq́;, quoad ſanè per naturam licet, magno conſenſu à priſcis philoſophis medicisq́; receptum olim eſt: quam quidem ſententiam inſecuta poſteritas, quoque comprobauit, æditis alijs ſuper alios libris, quẽadmodũ retro monuimus. Quo quidẽ in negocio nec à me expectabat aliquis, quod hactenus nondũ uidemus fuiſſe præſtitũ, ut certam unius generis legem uiuendi ſtatuam, cui ſinguli, qui obediant, uitam ſalubriter agere queant: id quod factu ſit ἀδύνατον *in tanta uarietate naturarum, ætatem temperamẽtorum, regionum, conſuetudinum, ſtudiorum, exercitiorum, ac reliquarum item rerum, ut ne interim illud omittam, ſingulos propemodum homines ſemet ſibi ſubinde immutare. Ad firmiorẽ ergo certudinem artis noſtræ faciet, ſi unuſquiſq; in conſilium ſe ſemet adhibeat, exploretq́; naturam ſuam, ut quibus illa rebus potiſsimum iuuetur offendaturue. Nullius quippe ſenſus tam eſt ſtupi-*

Monuit & hoc Hip. in lib. de uictus ratio. 1. & in lib. de priſca medi. Et Gel. in 5. li. de ſa. tu. Princeps horũ Pla. in 5. lib. de legibus, & Ci. parum lib. 1. Tuſ. quæſt.

dus aut hebes, opinor quin facilè percipiat leuamenta nocumentaúe naturæ. Tametſi doloris ſenſum neſcio quomodo teneriorem eſſe, quàm uoluptatis, quorundam eſt philoſophorum diligentia obſeruatum. Verum de his, quum opus erit. Ad præſens autem, expetibilem omnibus cognitionem uictus arte quadam caſtigati oſtendam, ſi prius redarguero uanitatem certorum hominum utilitatem artis noſtræ eleuantium. Quod quum peractum erit, ante oculos proponam conferamq́; artis pharmacis medentis commoda cum noſtris, ut ijs ſimul perſpectis, tandem pro induſtria prudentiaqúe tecum deliberes ac iudices, utrius tu potius commoda in uulgaribus iſtis ac facile ſanabilibus malis eligere debeas, pharmaceutices ne an diætetices. Sed audiemus prius rationes, uel nugas potius artem noſtram calumniantium. Sic enim ferè argumentantur. A Deo ſunt unicuique hominũ certa uiuendi præſcripta ſpacia, quæ nulla nos arte induſtriáue præterire ualeamus. Quibus breuiter reſpondeo: Non hoc quæri à nobis, ut præfinitum uitæ terminum tranſeamus, (tametſi nonnullis ſcio ſententiam modo propoſitam diſplicere, ſed uelimus eam eſſe rectam.) Non enim adeò ſumus amantes, ut aduerſus neceſſitatem fatorum uelimus luctari, quibus ne dij quidem repugnant, ut dici prouerbio ſolet. Verum

id

id efficere conamur, ut intelligat unuſquiſque, cui noſtræ inſtitutiones erunt curæ, qua ratione conſtitutum uiuendi tempus non anticipet, quod quidem rectè fiet ab eo, in cuius erit libertate & arbitrio, hinc electio & uſus ualetudinis commodorum, illinc euitatio periculorum. Quot nanque homines credas interijſſe ante diem legitimum cibo & potu tam nimio, quàm alieno tempore modoqúe ſumptis? Quot enectos labore immodico? Quot confectos uigilijs, curis, angore, triſtitia ſpiritum ante tempus exhalaſſe? Quot luxu, mollicie, deſidia, torpore reſolutos emarcuiſſe? Quot ex aeris iniuria uel contagione grauiſſimos & interdum lætales morbos contraxiſſe? Plena eſt uita noſtra huius generis experimentorum, quò minus neceſſe habeo fidem petere, uel ex hiſtoriarum exemplis, uel ex demonſtrationibus naturalibus. Quod ſi eiuſmodi caſus omnes ad ineuitabilem fatorum legem referre uolumus, nihil dico amplius, quàm parum utiliter nobis datam libertatem arbitrij uerſantem circa diſpenſationem uictus & functiones naturales: (Nam ulterius progredi nolo) Sin uerò ars eſt aliqua, ſicuti certe eſt, quæ cognitionē diſtinctionemq́; docet naturæ cōmodorum & periculorum, ſalutariū & pernicioſarum rerum, haudquaquam illa uidetur in poſtremis habenda. Sed quoniam in hanc diſputatio

Quo in numero ſunt Petrus Aponenſis et Marſilius Fic. Florentinus.

De crapula habes Ecci. 37. De triſtitia Prouerb. 17. & 25. ſi quis præter rationes & experimenta, fidem autoritatemq́; deſiderabit ſacrarum literarum.

dus aut hebes, opinor quin facilè percipiat leuamenta nocumentaúe naturæ. Tametſi doloris ſenſum neſcio quomodo teneriorem eſſe, quàm uoluptatis, quorundam eſt philoſophorum diligentia obſeruatum. Verum de his, quum opus erit. Ad præſens autem, expetibilem omnibus cognitionem uictus arte quadam caſtigati oſtendam, ſi prius redarguero uanitatem certorum hominum utilitatem artis noſtræ eleuantium. Quod quum peractum erit, ante oculos proponam conferamq́; artis pharmacis medentis commoda cum noſtris, ut ijs ſimul perſpectis, tandem pro induſtria prudentiaqúe tecum deliberes ac iudices, utrius tu potius commoda in uulgaribus iſtis ac facile ſanabilibus malis eligere debeas, pharmaceutices ne an diætetices. Sed audiemus prius rationes, uel nugas potius artem noſtram calumniantium. Sic enim ferè argumentantur. A Deo ſunt unicuique hominũ certa uiuendi præſcripta ſpacia, quæ nulla nos arte induſtriáue præterire ualeamus. Quibus breuiter reſpondeo: Non hoc quæri à nobis, ut præfinitum uitæ terminum tranſeamus, (tametſi nonnullis ſcio ſententiam modo propoſitam diſplicere, ſed uelimus eam eſſe rectam.) Non enim adeò ſumus amentes, ut aduerſus neceßitatem fatorum uelimus luctari, quibus ne dij quidem repugnant, ut dici prouerbio ſolet. Verum

id

id efficere conamur, ut intelligat unuſquiſque, cui noſtræ inſtitutiones erunt curæ, qua ratione conſtitutum uiuendi tempus non anticipet, quod quidem rectè fiet ab eo, in cuius erit libertate & arbitrio, hinc electio & uſus ualetudinis commodorum, illinc euitatio periculorum. Quot nanque homines credas interijſſe ante diem legitimum cibo & potu tam nimio, quàm alieno tempore modoq́ue ſumptis? Quot enectos labore immodico? Quot confectos uigilijs, curis, angore, triſtitia ſpiritum ante tempus exhalaſſe? Quot luxu, mollicie, deſidia, torpore reſolutos emarcuiſſe? Quot ex aeris iniuria uel contagione grauiſsimos & interdum lætales morbos contraxiſſe? Plena eſt uita noſtra huius generis experimentorum, quò minus neceſſe habeo fidem petere, uel ex hiſtoriarum exemplis, uel ex demonſtrationibus naturalibus. Quod ſi eiuſmodi caſus omnes ad ineuitabilem fatorum legem referre uolumus, nihil dico amplius, quàm parum utiliter nobis datam libertatem arbitrij uerſantem circa diſpenſationem uictus & functiones naturales: (Nam ulterius progredi nolo) Sin uerò ars eſt aliqua, ſicuti certè eſt, quæ cognitionē diſtinctionemq́; docet naturæ cōmodorum & periculorum, ſalutariū & pernicioſarum rerum, haudquaquam illa uidetur in poſtremis habenda. Sed quoniam in hanc diſputatio

Quo in numero ſunt Petrus Aponenſis et Marſilius Fic. Florentinus.

De crapula habes Ecci. 37. De triſtitia Prouerb. 17. & 25. ſi quis præter rationes & experimenta, fidem autoritatemq́; deſiderabit ſacrarum literarum.

nem forte deuenimus, libet rem totam paulò repetere altius. Deus ipſe omniũ autor, nihil uſquàm fruſtra produxit, ad ſalutemq; ac utilitatem generis humani res cunctas creauit. Indidit ergo certis hominibus mentem, monſtrauitq; artem, qua & præſentibus mederentur morbis, et præſeruarent quos uellent, à futuris. Eos qui id probè diligenter que præſtarẽt, honorandos quoque præcepit, uel quod illis tanquam organis ipſe utitur ad tutelam ualetudinis noſtræ, uel quòd ijdem benefica liberaliq; mortales iuuandi uoluntate Dei Opt. max. numen & benignitatem in terris quodammodo referre uidentur. Nec uerò ijs ſaltem finibus hæc dei bonitas liberalitasq; conſtitit, homini ſoli, ut notitiam diſcrimenq; concederet rerũ ſalubrium & noxiarum, ad bruta quoq; animantia hæc eſt liberalitas extenſa. Nam pleraq; eorum affrictu herbarum certarum & elabendi induſtria, tum aduerſus uenenatorum ictus animalium, tum impetus uiolentorum ſeſe tuta præſtre norunt. Conceſſit quoq; alias artes, quibus ſe fœtusq; ſuos tegãt. Quæ certe facile nos admonere debebunt, noſtrã ſalutem & incolumitatem Deo optimo maximo curæ eſſe, quod quum ſanguinem & uitam dediſſet, artem etiam nos noſſe uoluerit, qua inſtructi fretiq; uitam ſalubriter ageremus. Nam alia ſumma & incomparabilia dei beneficia in nos colla-

Ecci. 38.

ta ſingulare argumentum & tempus amplius deſi derant. Nec uerò tam pulchræ artis cognitionem ipſe conceßiſſet, niſi utilem & neceſſariam nobis fore iudicauiſſet, ſicuti reliqua quoq; ſua munera omnia. Sed ſum nimiũ hic mutus, ut in re manifeſta facileq; perſuaſibili. Nunc igitur aliam obiectionem audiamus, quàm cum aduerſarij noſtræ artis uelint plurimum ualere, tantum abeſt, ut hoc obtineant, ut uanitatem ipſi ſuan multò reddant manifeſtiorem. Aiunt uerò plurimos homines partim intemperantioris, partim negligẽtioris uictus in multam uſq; perdurare ætatem, nullis quæſitis adminiculis artis. Quibus ego respondeo: Sanum perfectè hominem ſanitate exquiſita me nolle certis aſtringere uiuendi legibus, interdico tamẽ tum intemperantiam, tum damnatarum à nobis rerum frequentẽ uſum. Nam & ſi noxa fortaßis ad tempus occultabitur, exeret ſeſe tamen poſtremo, & grauißimam certißimamq; pœnam afferet neglectæ ſalubritatis curæ, ſi Galeno credimus. Rurſus lautam & moroſam ſalubritatem improbo, quod quatenus faciã ſuo loco intelliges. Illud ſaltẽ dico, ſi ijdem bene pauci longæui, quorũ ſtatim eſt mẽtio facta, legẽ aliquã ſibi didiciſſet præſcribere tẽperantiæ elegantiæq;, uitam profectò longius continuare potuiſſent. Quanquam ſimili quoque argumento tibi proferre poßim multos natura de-

Lib. 3. de cau. ſym. et in com. ſuper prothe rica Hippoc.

les ad maturam uſque ſenectutem perueniſſe artis noſtræ beneficio fretos. Quod ſi in periculum contētionis de numero ſuffragiorum eatur, apud peritos adhuc dubia maneat ſententia, uiuaciores ne fuerint, ſintq́ poſteſteriores hi perpetuò ualetudinarij, an ſuperiores illi ἄνομοι, ut modo paria paribus referantur, hoc eſt, ut robuſtiſsimi quique natura, ſed tota uita incōtinentiſsimi, cum maxime debilibus ſed frugalibus & temperantibus in comparationem ueniant, idq́ue ſingulis obſeruatis circunſtantijs. Autor eſt Ariſtoteles in libro Problematum ſuorū fuiſſe philoſophum ſuæ ætatis Herodicum quendam omnium id temporis infirmiſsimum habitum, ſed qui arte & induſtria uictus ſingulari centeſimum uitæ annum impleuerit. Et Galenus aliquoties ſuammet imbecillitatem fatetur quidem, ſed artis præſidio ſuſtentatam uix ullum morbum ſenſiſſe, niſi quod febri ephemera correptus ſemel aut bis ſit, oborta uidelicet à laſsitudine, dum fideliter & ſedulò nimium amicorum uacat curationi. Sed quid non præſtitutum uitæ ſpacium conficiamus artis adiumento? quum repertus olim fuerit philoſophus auſus illi promittere uitæ æternitatem, cuius ab ineunte ætate uictum fuiſſet moderatus: Cuius quidem philoſophi ut confidentiam et uanitatem tanquam abſurdam & longius aberrantem à communi

Li.5.de Tu. Sanit. Narratur à Gal. in li. de maraſ. ſiue Tabe. et in 1. de ſan. tuenda.

muni ſenſu opnioneque merito damnat Galenus: ita certe laudauiſſet induſtriã prorogatæ in quàm longiſsimum tempus uitæ humanæ. Nam ut inge*nium & induſtriam commendes philoſophi, cuius meminimus (nam erroris patrocinium mihi non ſuſcipio) ſuomet exemplo facile comprobauit.* Enimuero *quadragenarius ipſe adeò exhauſtus ſucco & ſanguine, ut nihil quàm oſſa & cutem habere crederetur, arte tamen in moderatione ſingulari uictus obtinuit, ut non niſi lentiſsima tabe confectus tandem occumberet.* Ex quo illud *tandem colligo, quod facile iam omnibus patere opinor, per magnam olim artis noſtræ fiduciam & uſum inter doctos homines fuiſſe, ut qui manifeſtum & inſignem ex ea fructum utilitatemque ſubinde ſeſe percipere cognouiſſent.* Audiſti *uir ampliſsime clariſsimeq; cõprobatum diætices noſtræ utilitatem, & refutatas inutiles quaſdam cauillationes paucorum forte contradicere nobis uolentium.* Nunc *quid ipſa poſsit amplius præſtare, quàm medicina pharmaceutice, cognoſce.* Nec *enim illud uereor, ne prolixitate ſermonis mei tibi faſtidium afferam, quem de rebus iſtiuſmodi coram tecum uerboſius ac forſan intempeſtiuius loquentem diligenter auſcultare conſueſti.* Etſi *enim epiſtolaris anguſtiæ fines egredior, facile me tuebitur ſiue ſtudium & amor ſuſceptæ profeſsionis*

ſiue

ſiue magis neceßitas artis commendandæ attollendæq́; quam intelligo non omni carituram æmulo. Primũ quidem & ſi multi ſunt eius generis morbi, qui ſubitariam opem medicinæ deſiderant, quo in numero ferè ſunt ſynanche, peripneumonia, pleuritis, affectiones coli, ileos, uteri, caſus epilepſiæ, breuiter morbi omnes peracuti. Sitq́; ſatius in ſummis periculis uitæ, ſicuti quidam dixit, anceps auxilium experiri, quàm nullum. Sunt tamẽ morbi plurimi, qui præuiſi quidem antea, ſed nondũ inchoati, uel inchoati utiq́;, nec dum tamen confirmati tutius, facilius, iucundius artificioſa diæta, quàm ulla re alia curentur, cuiuſmodi ſunt ferè morbi chronici. Quod quidem quãuis nemo uel mediocriter doctus facile negauerit, exemplis tamen & teſtimonijs optimorũ quorundam ſcriptorum confirmabimus. Plinius autor probatißimus narrat certum equitem Romanũ Iulium uiatorem origine Vocontium in pupillaribus annis laborantem hydrope abſtinentia potus, caſtigationeq́; uictus conſecutum maturã ſenectutem fuiſſe, conſuetudine uidelicet in naturam cõuerſa. Refert item Cornelius Celſus cõtendiſſe duos excellentes medicos, de ſanando quodam hydropico amico Antigoni regis. Ac concepiſſe quidem utrunque fiduciam liberandi ægroti, & futurum etiam fuiſſe, ut liberaretur, tanta ipſe cura diligentiaque cuſto

lib. 2. natu. hiſt. c. 18.

lib. 3. c. 21.

dieba-

diebatur à medicis, ſed illorum ille decepit induſtriam fruſtratusq́; eſt conatum omnem, malagmata propriámque deuorando urinam, unde ſtatim pernicies ſecuta eſt. Et ne quid interim dubites de artis quæ uictum inſtituit, ui & efficacia, paulo poſt ſubiungit non eſſe difficillimam morbi curationem, ſi inter initia corpori, quies, inedia, ſitis imperentur. Iam uerò ictericiusmorbus an nõ multis hominibus fuit lætalis? At Galenus teſtatur à ſe liberatum quendam eo laborantem morbo, obſeruata, quam ipſe tradiderat, uictus forma. Hippocrates quoque facilem eſſe morbi comitialis curationem oſtendit in corporibus iuuenum, non eam quidem à medicina petitam, ſed à mutatione locorum temporis & uictus acceptam. Quum alioquin hic morbus & periculoſus ſit, nec facile deſerat ægrotum, principium nanque & materiam habet craſſum pituitoſumq́; humorem. Sed quid? Quod Plato antiſtes ſapientiæ probibet, atram bilē medicinis irritari purgantibus, quodq́; nec morbos ullos, niſi periculoſiſsimi ſint pharmacis uult ſolicitandos? Satisq́; habet opportunum uictum ægroto conſtitui? An nõ latentia carcinomate boni medici chirurgiq́; omittũt (peiora uidelicet ſeipſis futura, ſiquidem exaſperentur) ſpem tamen aliquam leuandi mali reponunt in uictu. Quis non diffidat de paranda ſalute per medicinam

lib.5. de locis affecti.

apho. 45. parti.2.

ex ſenten. Hippocr. Apho. 38. parti.6.

Lib. 10. de mor. cur. et apho. 35. par. 2.

cinam homini pharmacis ſumẽdis exercitato aſſuetoq́;, nec tamen quicquam ſubleuato? Quis tabido præſertim circa imum uentrem laxare aluũ auſit? at huic lenta refectione tanquam nonnihil profutura iubemur ſuccurrere. Quis medicus bonus in acceßione uigoreúe morborum acutorum, aut alias robore naturæ deficiente pharmacis explorare uelit ægrotum? Quis prudens medicus libenter ſumat curandum hominem, uel delicatum natura, uel intemperantem? Quid de ætatibus attinet dicere? An non pueris & ſenibus periculoſa medicatio? Quid de temporum obſeruationibus? An non inſignes repentinæq́; uarietates cœli tempeſtatumq́;, ac certi lunæ ſiderumq́; curſus & circuitus triſtem ac ſuſpectam faciunt curationem? Quis libenter medeatur corporibus humanis, in medijs uel ardoribus caniculæ uel rigoribus brumæ? Quis curandũ ſuſcipiat mulierẽ utero gerentem à primo menſe cõcepti fœtus uſq; ad quartũ, & ſeptimo uſq; ad tẽpus partus? Et ut quis modo ſit, qui molliter eam accipiat, à pharmacis tamen purgãtibus abſtinebit. Quid de generibus morborum refert loqui? An non multas febres diſcuſſerunt cibi potionesq́; ſimul alentes et uentrem mollientes? An non ſtulte faciat pharmacis exhaurire uolens laborantem leuiore catharro, ut pote quem bidui triduiúe abſtinentia poßit ſanare? An non breuiſ-

Aphoriſ. Hippo. 1. parti. 4.

Celſ. li. 21. cap. 31.

breuiſsimi temporis bſtinentia ſæpe inflationes Idem in 3.
ſplenis & crapulam ꝯluit? Poſtremo, quis ſa-
piens medicus homini ſano, ſed leuiter caput do- Idem li. 4.
lenti medicinā infundat? An non plus effecerit ma cap. 2.
li quàm boni, carnem uidelicet eliquando, maxi-
mosqúe dolores & cruciatus inferendo? Atqui
hos omnes ſimul, quos commemoraui, abſque ul- Aphoriſ.
lo diſcrimine, diæta reficiendos curandosq́; ſu- Hip. 37.
ſcipit, & ita ſuſcipit, ut ad integram interdum ſa parti. 2.
nitatem reducat. Quod ſi morbi malitia perti-
naciáque medici curam detrectant, in meliore ta-
men conditione ægrotum iuſta uictus diſpenſatio
relinquit, quàm propinatio pharmacorum. Rur-
ſus ſi morbis tantum conferre poteſt diæta, quid
non efficiat ualetudine ſibi utcunque conſtante?
Et accedit quod peculiaris eſt omnibus medica-
mentis natura ſtomacho aduerſandi. Ex quo etiam
fit, ut qui crebro multumqúe purgantur ἀτροφίαν
incidant & decolore uultus ſpecie cernantur.
Vt enim incidente magna aliqua neceſsitate cor-
pus recte uacuatur, ita non ſuo loco adhibita ua-
cuatio multis nos moleſtijs & incommodis af-
ficit. Et ut interim loco pharmaca nobis inter-
dum miniſtrentur, animo tamen metum & pauo-
uorem obijciunt, horrorem inferunt guſtui, iniu-
cunde aſſumuntur, & iam aſſumpta ſtomachum
& præcordia uellicant, tumultum uniuerſo uen-

tri

tri excitant, laborioſe difficlterq́; plerunq; emigrãt, et ſi fortè moram in crpore faciunt, in uim & naturam ueneni ſubeun; nouo iam tum ac uiolentiore indigentia pharmco, quo ceu clauis clauo propellantur. Horum *omnium nihil in legitima uictus adminiſtratione, quod ſi quid in ea difficultatis apparet, id ꝑus accidit uel intẽperantia conſueta, uel mollicie nimia, qui ſeſe tradiderit forte curandum.* Quamuis *eam quoq; cõmoditatem in diæta interdun reperio, ut quemadmodum natura ſeſe habente æquabiliter abſtinendum à pharmacis eſt, ita tum quoq; nobis minus ſuperſtitioſis eſſe licere circa uictus obſeruationem.* Sicuti *rurſus error hic cõmiſſus, ferè minor eſt cum periculo, quàm illic.* Ac *uereor quidem plurimum futuros, qui me fingant prædicatione hac tanta uictus commoditatum medicinæ medicisq́; iniurium, tanquam ſi eorum ego autoritatem tacite diſsimulanterúe diminuam, his uel horum ſimilibus uerbis mihi inſultantes:* Vnde *nobis tu nouus* A*ſclepiades, qui ſaltem fretus commendatione dietæ, tanquam natura facilis & blanda, abuteris prima illa medicinæ pharmaceutices moleſtia ad opportunitatem eius utilitatum eleuandarum? quum res quæq; ut maxime ſunt ſalutares, ita ferè ſolent ſeſe minime iucũdas ad primum oſtendere occurſum.* Hac *ne uia te ingreſſum ſuadere oportebat*

& hac blanditie iudicia perſtringere multitudinis? quæ ut plauſibilia quæq; facile ſectatur, ita, peßimus eſſe conſueuit cognitor ueri. His ego reſponſum reddo, nihil me ipſis grauiter imminere, nec eorum profeßionē redarguere, nec rurſus malis artibus perſuaſionibusúe plauſum me captare multitudinis. Sic enim profiteor me tractare negocium medicinæ diætetices, quomodo Plutarchus olim, temperatis uel propemodum temperatis naturis ſalubrem ego diætam commonſtro, quamuis confero aliquid etiam ægris. Medicinæ porrò adeò nullam facere iniuriam certum eſt, ut ipſius dignitatem nobilitatemq́; nullis me uerbis aſſequi poſſe fatear. Doleo hactenus ſic tuliſſe fortunam meam, ut tam excellenti ſcientiæ ſolidam nauare operam nequiuerim, qui tantopere artem ipſam amo, nō poſſum nō profeſſorem artis amare. Tantum abeſt ut profeſſus hoſtis aut inimicus uelim haberi. Quanquam adhuc non uideo quî fieri queat, ut aliquem in me concitem medicorum, neminem eorum ſtilo cōfigere paratus, tum quod ex ſolis placitis optimorum medicorum confirmo, refuto, interpretor quæ uolo, tum quoque quod nec utilitatēs diætæ medicinæ fructibus habeo potiores, niſi quatenus interdum uſus pharmacorum aut inutilis fuerit, aut ſuperuacaneus. In huius igitur argumenti noſtri tractatione, ſi ſe-

liciter utcunque à me deſudatum eſt, (quod quidem, ut ſit, magis opto, quàm factum confido.) bene habet & lætor officij mei memoriam apud omnem ætatem repoſitam. Sin minus id efficio, decet me tamen impetrare, ut ſedulitatem diligentiamq; meam lector æquis animis ſuſcipiat. Atqui hic cuperem operis noſtri lectorem exemplum imitari boni facilisq; coloni. Cuius opinioni ſpeiq; quamuis interdum prouentus agrorum cumulate non reſpondeat, non ipſe tamen uel indignatur meſſi, uel pœnitentiam doloremq; concipit peracti laboris, ita in noſtro quoq; negocio uelim ſuccedere, ut quamuis lector quædam offendet minora expectatione deſiderioque ſuo, nec mihi de ijs quæ forte omiſſa ſunt, ipſe ſuccenſeat, & ſtudiorum ſuorum iacturam quantulocunq; percepto fructu compenſet. Quod ſi priſcis illis & obſoletis philoſophis Empedocli, Anaxagoræ, Democrito, Leucippo, Zenoni, Parmenidi, alijsq; eius farinæ, magnam olim gratiam habuit docta antiquitas, quod illorum licet craſſe ac perperam inuentis, multum tamē ad ueritatis inueſtigationē, & philoſophiæ cognitionē fuit adiuta. Mihi certe merito ueniæ patebit locus, ſi non ubique deſideriū expleo lectoris, quando nihil à me bene male ue excogitatis temere affingitur. Sed quæ probatiſſimi olim ſcriptores ſparſim ac uarie de tuenda

enda ualetudine prodiderunt, iniuſtã compendij formã reſtro. Nec etiam quicquã obſcuri abſurdiúe, ut quondam illi philoſophi, trado, quorũ alius neſcio quod confuſum chaos ante conditum orbem terrarũ fuiſſe imaginatur, alius ex atomorũ concurſu fortuito mundum cõponit: item alius repugnantia præliatione quæ primorũ quatuor elementorum mundi, quaſi ex bello pacem, ſic mundum conſtitutũ fuiſſe ſuſpicatur. Ad hanc tam abſtruſam ſubtilitatẽ nihil afferimus cõparandum, noſtra ſimplici docendi forma contenti. Quanquam ſi adhuc prouinciæ noſtræ non ſatis ſtrenue feliciterúe adminiſtratæ ratio exigatur, paratas ad manum plures habeam cauſas impetrandæ ueniæ. Succurrit mihi ſummus philoſophus Ariſtoteles, qui magna profecto iudicij æquitate deſinit tam eos uenia dignari nos debere, qui quid rei neceſſariæ inter ſcribendũ omiſerunt, quàm gratiam habere de recte inuentis traditisúe. Accidit eo, quod ad ſcribendum uenerim in media difficultate mearum occupationum, quæ cum & multæ fuerint, & uariæ ac inter ſe quoque repugnantes, attamẽ à me neceſſario ſuſcipiendæ, nihil iam mirum, aut à ratione alienũ uideri debet, ſi negocio præſenti non omni ex parte ſatisfecerim. Ocio enim & ſeceſſu opus eſt, ſi quid in literis eximium præſtare debeas, alioquin ſudabis plus ſatis,

In Elench. ſophiſticis.

ut ait Comicus ille, & de ingenij doctrinæq; laude periclitabere. Tametſi quæ culpa hic in æditionis acceleratione commiſſa eſt, ea tecum mihi eſt communis futura, uir ornatiſs. Recordor enim te in ſuprema congreſsione noſtræ hortatorem mihi fuiſſe ad euulgandum, quæ tum forte pararem. Itaq; dum nihil me remorantur interuenientium ſtrepitus occupationum, quin tibi quũ optimo amico, tum tanto uiro paream in aleam fortunæ famam mitto. Sed nullam profecto tam anceps erit aut graue periculum, in quod ſeſe non uelit & audeat dimittere Inſulanus, dummodo gratificaturum ſeſe intelligat Vlatteno, hactenus ſaltem occaſio & facultas ſtudio defuere. Ecce autẽ contigit materia digna, ea quidem ab altioribus tractari ingenijs, digna tua, hoc eſt hominis philoſophi lectione & ex cuius tu perceptione id conſequaris, ut longe iucundiſsimo ſanitatis beneficio quàm diutiſsime perfrui poſsis. Quod ut magis etiam te confidam conſecuturum, proceritas iſta planè heroica membrorumq́; grata, decentia quædam oſtendit, et natiuum quoq; robur promittit, ut quod multis grauiſsimisq́; obiectum laboribus, nihil adeò frangatur debilitetúrue. Nemo facile reperietur, cuius ſit exercita iuuentus, uel pluribus, uel longioribus, uel honoratioribus legationibus, quàm tua Vlattene. Itaq; hoc merito tuo

obtinui-

obtinuiſti, ut illuſtriſsimi principes noſtri, & alter ille defunctus, & qui nunc uiuit fauorem liberalitatemq́; ſuam tibi large declarauerint, & ſupremum locum honoremq́; Magiſtratuum eccleſiaſticorũ, qui quidem apud nos ſunt, prompte ultroq́; detulerint. Factũ igitur cum ratione, quod præſentis libelli editionem tibi nuncupem, tuoq́; committam patrocinio, ut uelis cauſæ noſtræ patrocinium ſumere, ſtudiũ noſtri tuum facit, quod ſummum & ſingulare perſpexi, & quibuſdam etiam officijs humanitatis declaratum. Vt poßis quoq; autoritas nominis tui facit: partim ea quidem, quum rara quadam facundiæ gratia dignitateq́;, tum omnis generis optimarũ artium cognitione comparata: partim commendatione fidei, pietatis, grauitatis, induſtriæ, conſilij, ſapientiæ parta, ut planè ſtatim ab initio mei operis intelligerem, nec cum ſurdo mihi ſermonem futura, nec cum eo, qui non poſſet ſolus propemodum totius patrocinij molem ſuſtinere. Ingratus igitur ſim et de Muſarum ſtudijs male meritus neceſſe eſt, niſi te cupiam & amoris tui erga me, & tot ornamentorum tuorum teſtimonium ex me referre ampliſsimum. Habes epiſtolam bene longam. Sed quid epiſtolam? Cui tandem illud adijcio: Cupere me officium meum ſubinde probare, tibiq́; cõſtare uolo, me nullum omnino laborem uelle ſubterfugere,

quem tua tuorúmue cauſa intelligam ſuſcipiendum. Atque ut hæc officij mei delatio, tibi etiam grata ſit, oro. Vale uir ampliſsime, Duſſeldorphij, Calendis Auguſti.

M. D. XL.

GVLIELMVS INSVLANVS MENAPIVS GREVIbrugenſis, Præpoſitus Eccleſiæ diui Adalberti Aquenſis, de Ratione uictus ſalubris.

Caput primum, quo commode autor interpretatur ſententiam Cornelij Celſi, qua docetur homo ſanus nullis ſe obſtringere legibus uiuendi debere.

IN libro quē de re medica Cornelius Celſus ſcripſit, autor eſt, homini ſano, ſuiq́;met iuris, nullis ſe legib. uictus obligandi. Libro 1. cap. 1. *Hic ſi ille ſanitatē abſolutiß. perfectiſſimamq́; intellexit, paucißimis admodum ac difficillimis inuentu hominibus eam conceßit immunitatē, quum eiuſmodi ſanitatē uix quiſquam conſequatur: aut ſi quis usq̃ tã integræ firmæq́; ualetudinis eſt, breui tamen admodū tēpore in ea duret, eò q̧ quotidie noſtra corpora recipiant immutationes. Sin uerò promiſcue qualēcunq́; ſanitatē deſignauit, qua qui fruuntur, eatenus ſaltem apti habentur ad actiones negociaq́; ciuilia obeunda: rem profectò per ſe certam ueramq́;,* ὁμωνυμίαν

De hoc etiam Gale. lib. 1. de ſan. tuend.

confuſione fecit egentem interpretationis. Nam quum corpora noſtra uarijs ſubinde modis afficiantur ab æſtu, gelu, humore, ariditate, labore, quiete, à ciborum potusq; natura, ſomno, uigilijs, alieno tempore modoq; corpori conceſsis: itemq; ab affectionibus animi neceſſe eſt pro modo affecti corporis totam nos uictus noſtri rationem inſtituere, & temperamenti inæqualitatem, (quatenus fieri poteſt) per contrarias res ad æqualitatem aliquam reuocare. Niſi forte uoluit Celſus ſanum hominē inutiliter ſibi certa præſcribere interualla & numeros, eundemq; minime ſinat trepidum, & anxium circa uictus obſeruationem, ſed ſecuritatem fiduciamq; remittat: quippe ſano utcunq; homini, nec ullus medicorum imperauerit cœnam cōtractiorem, cibos ſubtilis nutrimenti, concoctioniq; ſtomachi ſtatim paratos, leuiores ſaltem exercitationes, uacuitatem omnem curarum, & id genus alia imbecillioribus obſeruanda naturis. Itaq; ſi in hac perſtabimus opinione coniecturaq; ſumpta de ſententia Celſi, ſicuti uere uidemur poſſe, apparet non magis remiſſam immunitatē à legibus inſtitutisq; uictus robuſtioribus naturis, quàm damnatā lautā iſtam & exquiſitam curioſitatē. Quam & nos quoq; magnopere deteſtamur. Nam quū domi familiæ ſit odioſa moleſtaq; domini curioſitas ſuperſtitioq; circa
appa-

apparatũ ciborum reliquarumq́; rerũ exhibitionem: tum uerò fortis periculoſa ſanitati, ſi in conſuetudinẽ deducatur. Nam ſi quando peregrinandum diuertendumúe nobis ad hoſpitẽ aliquẽ erit, profecto facile offendemur ijs, quæ exhibentur, niſi ita planè reſpondebunt ad animũ noſtrũ, faſtidio erit modo rudis apparatus, modo parũ artificioſe cõditũ uidebitur eduliũ, alias aliud offendet. Quamobrẽ rectè ſapienterq́; præcipit Hippocrates, debere nos interdũ à conſuetis ad inconſueta tranſire, ut ſi quando caſus aut neceßitas tulerit, ut contrà quã conſueueramus, ſit uiuendũ, minus inde lædamur. Et accedit, quod curioſitas nimia puſillanimitatẽ & formidinem perpetuã animo conciliat, dũ uiribus naturæ diffiſi omnẽ nos utilitatem & præſidia tuendæ ualetudinis foris quærere conſueſcimus: ut interim iam paruifaciamus ſumptuum magnitudinem, ad quam moroſa uictus ſuperſtitio frequenter iſtos Apitios impellit. Laudatus olim Cato Porcius quòd uictu fuiſſet haud ita multũ differente à uictu comitũ ſeruorumq́;: laudatus itẽ Cæſar Auguſtus, quòd cibis plerunq; conſuetis & uulgaribus cõtentus uixiſſet. Et quouſq; Roma peregrinis coquis & cupedinarijs caruit, & Reſpublicas in meliore ſtatu fuit & ciues ſalubrius haud dubie uixerunt. Abijcienda igitur, ſicuti ſtatim dixi, moroſa con

Plutar. in uita Cat. ſenioris. Sueto. in uita Cæſ. Aug. attigit huius etiã aliquid.

Ti. Liui. li. 9. de bello Macedo.

ſuetudo omnis, & ad frugalitatem, temperantiam, modeſtiamq́; noſtra comparanda domus. Ne uel mollicies domeſtica diffluere corpora faciat, uel curioſitas timiditatem illiberalitatemq́; perpetuam animo pariat: uterque autem ingratos et inutiles nos ubique faciat. Itaque Celſi ſententia non increpita quidem, quis enim hoc auderet? ſed commode explicata, continuo noſtrum aggredimur negocium.

Caput II. De aere.

AC primum quidem aeris nobis mentio facienda, quod principē quodammodo facultatē obtineat in noſtra corpora agēdi. Nanq; nobiliſſimum ſimul ac tenerrimū corporis membrum, cor uidelicet, per expirationem inſpirationemq́; pulmonis aerem ſubide cōcipit, in ſinumq́; ſuū colligit & refundit. Ex quo iam facile intellectu fit, ab aeris ambientis natura & cor in primis & ſanguinē uniuerſumq́; corpus affici. Sed ſcire te uolumus, lector, de aere nos hic diſputare nolle, tanquàm de corpore elementari, quatenus ipſius nobis ſubſtantia opus eſt ad inſpirationis reſpirationisq́; facultatē, quod uel ipſe ſenſus nobis manifeſtat non poſſe nos quidē aere carere uel ad punctū temporis. Nam quum cæterarū rerum ad uſum uitæ neceſſariarū ad tēpus carere poſſimus,

aere

aere ſi ad puſillũ temporis ſpacium careamus ſpiritus intercludatur ac ſuffocetur neceſſe eſt. Narrat Plin. inædiã non eſſe lætalem homini ante ſeptimũ diem. Idem autor eſt. C. Mæcenati cuidã ſupremo uitæ triennio nõ contigiſſe ſomnũ ullo horæ momento. Sint hæc miracula naturæ ut lõgiſſimo peruigilio aliquis corripiatur, aut inediam diutiſsime quis perferat. Aut etiã ualeat efficere philoſophia, ut ſingulari patientia roboreq; quis euincat omnẽ animi ægritudinẽ planeq; hominẽ exuat. At prorogaſſe uitã ſibi aliquem ſine aeris hauſtu iugi aßiduoq;, ipſius iudicio ſenſus abſurdum uidetur. Tantum abeſt, ut uel in communi uita, uel in libris hiſtoricorum reperiamus. Nos igitur nõ de aeris ſubſtantia in præſenti libello, ſed de qualitatibus agemus, quatenus has ſuſcipere aptus eſt, ſuſcipitq; quotidie. Porrò quod qualitatis nomine hic utimur, ſicuti ſæpius utendũ nobis eſt, nemo mihi indignabitur paulo moroſior, eò quòd Cicero timide & cũ præfatione ueniæ qualitatis nomẽ expreſſerit in quæſtionibus Academicis, tãquàm prius inauditum: quum poſteritas omnis Ciceronem ipſum tanquàm rectißimũ linguæ latinæ autorem ſecuta, nomen qualitatis communi ſit amplexa conſenſu. Quæ quidem æmulatio & uſus frequens hominum doctorum nobis pro regula eſſe bene loquendi debet. Et hæc quidem

In 11. lib. nat. hiſt. In 7. lib. nat. hiſtor.

dem elocutionis noſtræ tuendæ gratia putauimus ad præſens dicenda. De qualitatibus igitur aeris quum agemus, ſimul ad nos pertinebit, de regionum, locorum, tempeſtatum, uentorum, naturis et proprietatibus dicere: idq; breuiter, & quantum noſtra conſequi intelligentia memoriaq; repetere ualemus, quæ ab alijs in eam ſcripta accepimus.

Caput III. de notis optimi aeris.

OMnes propemodũ qualitates in aere nobis percipere datur, ad earúmque naturam & uim noſtra corpora ſimul & animi uariantur. In primis autem optimi notas aeris indicabimus. Probat medicorum genus omne liberum et purum aerem, non præſeptum iugis mõtium, non cauis reſtrictũ anguſtijs, non paluſtrem, non eum in quo perpetuæ inſident nebulæ caliginesúe. Improbatur & ille ad tempus, qui fluminibus eſt uicinus ſecum niues trahentibus, quod eiuſmodi flumina craſſam ſpirent auram. Quorum in numero præcipuus eſt Phaſis fluuius Moſchorũ. Damnatur item aer ſtagnis & immotis propinquus aquis, quod hæ plerunq; tetrum & bonæ ualetudini inimicum ſpirent halitum. Omnia quippe immota facile putreſcunt, præſertim aduentante calore, ut autore didicimus Ariſtotele, alibi in Meteorologicis, alibi in Problematis: quo quidem in

Moſchos uult eſſe Moſchouios Paulus Iouius Nouocomẽſis

loco

loco mirifice commendat de ſalubritate ſua, quæ placide aſpirantur loca, quam etiam ſententiam ſuam clarius exequitur, poſtea alia quadam ſectio ne, & poſt hunc Galenus. Sed quamuis ſimul con currant, antiquiorem tamen audiamus Ariſtotelem, altero minime neglecto. Loca aperta editaq; incolentes, inquit prior ille, (ſi cætera æquabiliter ſe habeant) tardius ſeneſcunt, quàm qui paluſtria & caua. Nã putret omne, quod quieſcit. Nullo modo aut certe minùs, quod mouetur. Cuius rei nobis argumentũ ſumere licet ab aqua libere profluente & circumquaq; cohercita quietaq;. Igitur ut locis editis aer undiq; afflante ſpiritu agitatur, ita in cauis locis manet immotus. Ad hæc locis apertis purus ac diuerſus aſsidue propter agitationẽ aer habetur, paluſtribus impurus, idemq́ue ſemper emarceſcit. Auicẽna certe totus eſt in laudandis ijs locis, quæ multis & mundis & celeriter fluentibus aquis perluuntur. Pro quo ut ego quoq; faciam grauior autor monet Plato in legibus ſuis, uetans in ea ciuitate nos pernoctare, quã non percurrit fluuius, & ubi leges exulant, hic morum bonorum, illic ſalubritatis habita ratione. In eodem quoque libro deligit urbi ſuæ locum aſſurgentẽ paulatim circum ſe in ſublime, id profuturum ratus & ad ſalubritatem & ad firmiorem munitionem. Damnatur præterea ab Heſiodo

multæ uir lectionis doctrinæq;.
Probl. 54. Secti. 1.
Probl. 7. Sect. 14.
de differen. febrium.

do totaq; medicorũ natione aer proximus agris ſtercoratis,uel locis, qui ſimorum cumulis cõſter nantur. Repertusqúe eſt,qui ob excrementorum multitudinem , quibus ſerè ſora & uiæ militares in urbibus redundant, à frequenti equorum & iu mentorum conuentu, locum auerſum in urbe delegerit,tanquam ea ratione ſalubriorem futurũ. Qua ratione quoq; haud propè adhabitabit carnarijs & piſcarijs tabernis, qui recte conſultum uolet ſuæ ualetudini. Certe Galenus docet omnem aerem eſſe uiciosum coinquinatum putredine animalium,holerum, uel leguminum: grauius tamen olet à piſcium , quàm carniũ corruptione fœtor, quanto aquatilium quàm terreſtrium animalium caro facilius citiusq; corrumpitur. Aſſeruatur abſq; condimento ſalis integra in plures nonnunquam dies caro mactatorum terreſtrium animantium,maxime ſylueſtrium & exercitatorum. At piſcium caro facilioris corruptionis eorum,præſertim quæ non degunt in aquis ſalſis.

Lib.2.de ſanit.tuen.

Caput IIII. Quanta uis ſit contagionis.

NEc uerò ſolum habẽda cura proxime nos ambientis aeris, ne contagione ſua nos inficiat,ſed ulterioris quoq;, maxime ſi nullis diſtinguitur montium interuallis ab aere noſtro domeſtico, quo contagionis uis intercipiatur. Affert

autem

autem uicinus quiſq; aer contagionẽ & affectionem ſapit contigui, niſi contingant forte tantam eſſe diſtantiã aut magnum interuallũ rei contagioſæ, ut uериſimile ſit interceptã mõtibus aut diſtantiæ longitudine diſsipatã ueneni uim. Cautior hic Auicenna monuit cauendum eſſe flatum ex domibus ægrotorũ in noſtras ſpirantẽ ædes, uel ſi longiore ſpacio diſsiti ſimus ab illis. Nam niſi ueneni uiolentiã in ſeſe reciperet, de ſeq; rurſum remitteret aer, nec baſiliſcus uiſu ſuo interimeret hominẽ nec lupus nos prius contẽplans, quàm ipſe cõſpiciatur, uocem adimeret ad præſens. Quin mittimus bruta animantia, ac etiã quæ de purgatione menſtrui ſanguinis, & tinctura ſpeculi parũ uerecunde narrãtur à quibuſdã. Tradit Plin. ex narratione Iſogoni uetuſti cuiuſdã ſcriptoris tanquàm rem credibilẽ, fuiſſe quaſdam gẽtes apud Illyrios & Triballos, quæ uiſu quoq; effaſcinaſſent interemiſſentq;, quos diutius intuerentur, iratis præſertim oculis, atq; id malum facilius ſenſiſſe puberes: quod certe non accidiſſet, niſi intermedio affecto aere. Sed uenio ad probabiliora. De hominib. quibuſcunq; febre putrida laborantibus compertum habemus, quod ſi quis ipſos cõtentius intueatur, ſentiri quendam in oculis dolorẽ perceptũ, uidelicet ex reuerberatione uaporũ tenuiſsimorũ, ex oculis ægroti proiectorũ. Quod ne mirũ tibi uidea-

1. Fen. 4.

Cauſam attribuunt uiſui tãquam noxio, narrante Plin. in 8. nat. hiſt. cap. 22. lib. 7. cap. 3.

uideatur, & febres putridæ inter contagioſas numerantur, & oculorū quoq; ſenſus facilimus habetur, quapropter & ὀφθαλμία contagioſus mor
Probl.4. *bus habetur. Cauſam affert in prob. Ariſt. quod*
Sect.7. *quum oculus ſit pars noſtri corporis nobiliſsima, cæterarum omniū rei ſibi obiectæ ſimilis reddi poteſt: quippe qui facile ab eo moueatur, quod mouet. Itaq; fit, ut perturbatum oculum cōſpiciens,*
Ex eodem *facile etiā ipſe perturbetur. Quod autē putridæ*
loco. *omnes febres contagionem de ſe reddant, minus adhuc mirū uideri debet. Nam celerrime omnes morbis corripiuntur ſpiritu concepto alieno. Appropinquans autem ægroto, cuius ſit ſpiritus ab humoribus maleficis corruptus, talē profecto ſpiritum haurit, qualem reddiderit ægrotus. Fit autem id intermedio aere. Ex quo iam colligitur aeris magnam eſſe uim in noſtra corpora qualitates acceptas refundendi. Nam quod aliqui contagionem non uitant, ſolaq́; ſe tutos animi fortitudi*
Li.1. de dif *ne putant: ego certe contagionis inefficaciam ma*
feren. feb. *gis attribuo diſsimilitudini naturarum, quæ ſit inter ægrotū et alium appropinquātem ac etiam puritati humorum eius, qui forte non lædatur, au*
In commē. *torem ſecutus Galenum. Cæterum & ſi contagio*
ſuper pro- *non ilico ad primā appropinquationē in corpus*
rhetica *uicinum peruadit, conſueuit tamen noxam relin*
Hippoc. *quere in futura tēpora, & uim ſuam ad extremū*

mani-

manifeſtare. Fieri nanq; poſſe, ait Galenus alibi, ut materia cõtagione infecta lateat in corporibus noſtris multos menſes, imò annum integrũ, priuſquàm uires ſuas longè lateq́; expandat, & in uenas membraq́; prorſus incumbat. Sed enim reperti ſunt philoſophi, qui docuerint procul nobis eſſe cõmunionem & conuentus uitandos hominum impudentium & malignorum & infeliciũ, quod ipſa propinquitas corporum animatorum putatur eſſe cõtactus propter efficacem uaporum exhalationem foras à calore, ſpiritu, affectu manantem. Fiunt autẽ hæc omnia intermedio aere. Relinquitur ergo tanquam ſatis edoctum, aeris eſſe cõtagionem fugiendam haud ita multo minus ſui gratia, quàm res contagioſæ propter ſuãmet uim & uiolentiam inficiendi corrumpendiq́; nobis ſunt uitandæ.

Horum unus Marſilius Fic. in lib. de uita cœlitus cõparanda.

¶ Caput V. Quæ ſint aeris iniuriæ magis obnoxia corpora, & in eam ſententiam alia quædam.

INiuriæ aeris magis patẽt corpora meatus pororum apertiores habentia, quæq; gracili & tenui conſtant compage, ex decreto Galeni. Verum ſi ſint eadem corpora mediocriter carnoſa, non ad tabem uergentia id ex ſententia Ariſt. rurſus cœpiunt commodi, quod facilius citiusq; ſuſceptas euadunt noxas ac minus ferè à rebus intro-

Li. 1. de tu. en. ſani.

Prob. 22. Sect. 5.

ſumptis læduntur. Cõtraria ratione corpora denſam cutẽ copioſamq; carnem habẽtia, ut grauate afficiũtur: ſic ſuſceptis affectionibus magis ſuccũbunt difficiliusq; reſurgunt. Sed enim quum corpus uniuerſum ab aeris ſæuitia tutum reddere debeamus, capitis tamen tegendi ſeruandiquè priorem nobis curam eſſe uoluit Galenus, Ariſtoteles etiam ceruices muniri à frigore uoluit. Effectus autẽ læſionis à frigore factæ loco dicemus cõmodiore. Cur aũt caput à frigore præſtare tutũ debeamus, in promptu ratio eſt, quod tenuiſsima pars ea corporis oſsium ſit, & ferè multæ ſuturæ ſeu compaginum, & quod ob molliciem humiditatémque cerebri facile recipiat affectiones cœli. Et eſt quidem carnium tenuiſsimum & in commiſſuris ſuis molle, ſubtile, & quaſi adapertile. Quin ſcribit Galenus uidiſſe ſe, quibus caput fortè raſum fuerat inter mandendum cõmiſſuras oſsium capitis manifeſtè fuiſſe motas. Ex quo facile conſtare uult laxam & raram eſſe capitis oſsium compoſitionem, eoq; facilimum illic eſſe ſenſum calefactionis uel refrigerationis. Si tamen caput aliquod reperietur ſolidum abſq; ſuturis, id ſanè perraro fieri annotauit Celſus. Sententiam Galeni paucis additis Cœlius Aurelianus uetuſtus quidã medicus confirmat, teſtem ſibi adbibens Themiſonem, quod caput natura carnis non

Li. 6. de ſa. tu. & in li. de longi. et breu. uitæ.

Lib. 13. de morb. cur. rand.

Li. 8. ca. 1.

Lib. Chroni. 1.

non multum habeat, & quia ſit neruoſum & dura cute, & capillis contectũ & ſpiramentis difficilibus natum, tum ſenſibus quoq; uniuerſis formatum, inſidens toti moli corporis, atq; eius cunctas excipiens exhalationes. Vnde tandem infert, ualde ſubtilem eſſe ſenſum capitis à rebus omnibus tam internis, quàm externis affecti. Cæterum nos ſaltem de iniurijs aeris agentes, admonemus unũquenq; noſtræ fidei curæq; ſeſe credentẽ, idq; ex decreto Celſi, ne in æſtu meridiano ſoleúe feruido ambulet, conſueuit enim æſtus ille deſtillationes grauedinesq; capitis ſuſcitare, maxime ubi ſubito frigori quis ſe cõmiſerit. Quod ſi accedat frigus uehementius, ut glaciei et niuiũ, ueretur Hippocrates tuſsim & ſanguinis quoque eruptiones præter ſtatim dictas deſtillationes, Ariſt. in ſuis Prob. tam feruorẽ ſolis, quàm frigus nocere uult pectori: faceſſant igitur pectus ſuũ quotidie denudantes, nec id ad laudẽ uelint roboris natiui pertinere: quod incommodo redimũt ualetudinis. Præterea inæqualitas illa inſignis cœli frigus calorẽque ſubinde uariantis multis modis eſt naturis noſtris incõmoda, maxime ſi frigus calori ſuperueniat. Cuius de effectib. audiemus Gale. in com. ſuper Apho. Hippo. ſic loquentem: Frigus ſuperueniens calori, ueluti manus quædam extrinſeca capiens & premens quandam uti ſpongiam

Li. 1. ca. 3.

Apho. 22. parti. 5.

Probl. 54. Sect. 1.

Apho. 12. parti. 3.

exprimit eam, quæ in cerebro continetur, humidi tatem. Hæc uerò delata alias ab uno loco ad aliũ, ex his, qui faciles ſunt ad patiendum multos generat morbos, atq; ita ex his, qui oculos habent natura imbecilles lippitudines accidunt. Nihil uerò ex ipſis exterius defluet, propter aeris ambientes frigiditatem denſantis ſuperficiem exteriorẽ. Vnde legimus Hannibalem altero captum oculo fuiſſe ab intemperie uerna caloris frigoriſq́;. Eandem, quam ſtatim citauimus ſententiam, accuratius perſequitur Gale. in lib. de cauſis morborum. Maxima conſtipatio inquit, (intelligens condenſationem à frigore factam) & graues ſopores et ueternum & apoplexian aſſerre ſolet. Idem quoque alio loco docet inæqualitatem aeris, cui maximus intermixtus æſtus ſit, uertiginoſis in primis obeſſe, & Cœlius Aurelianus inæqualem aeris temperiem non ſolum male ſibi conſtantem ualetudinem efficere obſeruauit, ſed inſuper inſidioſam eſſe corporum curationibus, præcipue quæ uarie fuerint affecta & elanguida. Quin & Galenus non aliam cauſam autumni inſalubritatis maiorem docet, quàm inæqualitatem temperiei. Inde nanq; fieri uarias naturarum affectiones, utiq; maiores uehementioreſq́;, ſi inæqualitas illa aeris tempus per finem æſtatis, trahit. Præcipue uerò cauendum monuit Oribaſius, ne à matutino tempo-

Ti. Li. lib. 2. Deca. 3.

Libr. 4. de locis affe.

Libr. 2. chronion, idem uaria tis quibuſdam uerbis apparet Hippoc. apho. 8. part. 3.

In libello de temperamentis.

tempore per autumnũ æſtus meridianus quem ex cipiat, uehementer enim corpus hoc modo lædi. Ego rem ſic interpretor: Mutationes illas autum nalis intemperiei nocentiores eſſe, quæ repentinæ ſunt & uehementes ſæpiusq; reuertentes. Nam ut inquit Plato, Pathos præter naturam uiolenter & affatim incidẽs dolorẽ excitat, quũ uerò ad na turalẽ habitum redit, idq; rurſus affatim, delecta tionẽ inducit. At quod ſenſim paulatimq; fit, ſen ſu non percipitur: &, Erunt autem impotenti us eiuſmodi caſus, ſeu affectiones ferentia corpo ra ſenum, tabidorum & melancholicorum, hæc ſiquidem inſigniter offenduntur à ſubitarijs et ue hementibus mutationibus. Et hæc quidem de in iurijs & inclementia cœli, certarumque natura rum offenſione ac nocumentis ad præſens ſatis explicata ſunto.

Lib. 1. Euporiſton, ſiue facile parabiliũ rerum.

In Timæo.

¶ Cap. VI. De locis & regionibus.

AEris naturam ſequi non corporum ſolum craſin, ſed etiam mores animorũ, plures præclari medici & philoſophi tradiderunt, utpo te Plato, Ariſtoteles, Hippocrates, Galenus, Cice ro. Nã quod olim Athenæ tot excellentibus inge nijs claruerũt, quodq; Thebani ſint obtuſiores ha biti, pleriq; cœlo cauſam attribuere ſunt auſi. Ariſtoteles quærens: Cur efferis & moribus & aſpe

5. lib. de legi. prob. 1. Sect. 14. in lib. de aere aqua & regio. 3. li. de locis affectis de fato

ctibus ſint, qui loca incolunt nimio uel æſtu torrida uel gelu rigentia. Reſpondet ipſemet, optimã temperiẽ nõ corpori ſolum, ſed menti quoq; pro deſſe, diſceſſum autem longiorẽ à bona temperie dimouere omnes, et ut corporis, ita etiam mentis temperamentũ peruertere. Idẽ quoq; uidetur Hippocrati, ne quis omniũ hic ſuſpicetur diſcrepantiam aliquam eſſe ſcriptorũ rei medicæ ac philoſophicæ. Conſentaneũ igitur eſt rationi, cõſiderare nos in definitione temperatarũ regionũ ingenia, mores, habitudinẽ corporis & colorẽ incolarũ. Quod ſi hæc omnia ſe æquabiliter habere cõpertum fuerit, argumentũ inde ſumere ſalubritatis licebit. Præterea regiones & loca obuerſa ad ſolis ortũ mane excipiendũ ſalubriora iudicantur ab Hippocrate & alijs quoq;, quam ad ſeptentrionem uergentia, & quæcunq; urbes, oppida uel domus ad anguſtias & fauces montiũ protenduntur, qua frequẽtius auſter inſpirat, ſunt inſaluberrimæ, præſertim ſi uentus ex alto ceu in uallem labatur. Faciunt enim naturæ locorũ, ut uerbis utar Ciceronis, ut in alijs inſint ſalubres, in alijs pituitoſi, & quaſi redundantes, in alijs exiccati & aridi. Sed quamuis aeris exquiſite puri habenda ratio eſt, certis tamen corporibus propius quidã conuenit aer. Nã orthopnoicis, hoc eſt recta ceruice ſuſpirantibus uideatur inimicus aer concluſus

In libr. de aere, aqua & regio.

Idẽ propemodũ ſentit Gale. li. 2. de ſan. tuen.

Ex libel. de fata.

&

& circumſcptus locis editioribus. Qui autem amœnos ambit colles & loca quæcunq; ſublimia flatu carentia cōferre uidetur Aetio ſtatim dictis orthopnoicis, itidemq; tabidis & quacunq; tandem capitis et pectoris ægritudine laborantibus. In plana uerò regione purus aer, ſi eidem credimus Aetio probatiſſimo ſcriptori conueniet ſenibus et quibuſcunq; facile ſolet accidere ſyncope. Maritimus autem aer ex uſu erit hydropicis & deſtillationē præcipue frigidam patientibus, neruorumq; affectibus, & proſtratam appetendi cibum uim habentibus. Cauſam conijcio, quod ſalſum illud maris frigus ſtimulet appetentiam edendi. Qui uerò lapidoſas regiones ambit aer, hyeme ob frigus nimium torquet, æſtate ſuffocat ob calorem. Vituperatur item qui è metallis efflat. Argilloſa autem incolentes loca ſtomacho exoluuntur prōptius, nec tuto ſub eo cœlo degitur, quod ignei uapores à terra exhalantes plus æquo calefaciant. Aliter ac paulo magis generatim rem attingens Hippo. Qui regionē, ait, incolunt, ubi terra eſt arida, ſubtilis, aſpera, ſicca, tetano & ſpaſmo ſunt obnoxij. Vbi crebra mutatio, uariantur et naturæ ex crebra mutatione aeris, ubi craſſum ſolum & humidum & aquoſum, ea quidem æſtate præcalida eſt regio, hyeme uerò intenſe frigida, intelligit autem paluſtria loca. Quia ue-

Li.3.ca.17

Libro citato prius.

rò paluſtrium locorum à nobis mentio fit, diſtin-
guendum paludis nomen putauimus. Paludes alij
intelligũt aquas nõ perpetuas, nec expedito fluen
4. Geor. et tes alueo, qua figura Vergilius Cocytũ, Stygen et
6. Æneid. Læthen paludes tardas & inamabiles undas uo-
cat, & nos quoq; eam nauigabilem aquarũ par-
tem, quæ trans pontum Euxinum eſt conſueta om
nibus ratione paludes Mœotides et Cymmerias di
cimus. In alia acceptione paludes uocamus prata
udoſa uoraginibus ſparſim referta ipſo etiam fir-
miore ſolo pedibus inter calcandum cedente tre-
menteq;. Certe prata hæc ſiue paludes paſtionibus
aptas inſalubres eſſe natura, ex eo facile manife-
ſtatur, quod craſſam & caliginoſam de ſe reddunt
auram. Quod ſi ad ſeptentrionem eaúe loca uer-
gant, ubi caligines craßitudoq; illa non ilico ui et
6. Æneid. calore ſolis diſpellantur abſumãturq;, cõſtat mul
to eſſe inſaluberrimas. At uerò quod terrenis &
Galeni te- herbidis paludibus eſt temporarium, id nauiga-
ſtimonio li bilibus eſt perpetuum ac multo uiolentius, ut uide
3. de locis licet craſſam et tenebroſam ſpirent aurã: unde ui-
affect. cu. 6 demus prouerbio locum feciſſe Cymmerias tene-
& lib. 2. de bras. Vergilius etiam miraculũ horroris & ina-
cauſis ſim- mœnitatis infernalis augere uolens, apte quidem
pto. prob. 5 ut omnia, Cocytum fingit paludem tenebroſam.
ſect. 25. Sunt quidem hoc corpori tenebræ, quod animo
melancholia. Quum igitur Cocyti nomine Poe-

tæ

tæ intelligant figurate luctum & mœrorē, aptiſſime tenebras cū mœrore cōiunxit Vergilius, tanquàm ſi res natura inſeparabiles poeticæ proprietatis figuræq́; neceſsitate cōiungere debuiſſet: ſed ualeant Cocytus, Styx & Lœthe cum ſuis nauckeris & remigibus, & rationem audiamus Ariſtotelis, quare paluſtrium locorum ſit aer noxius, ſic enim argumentatur. Quum omnis intemperies ſit præter naturam, paluſtre autem cœlum ſit inæqualis temperiei, conſequitur neceſſario ipſum eſſe aduerſum naturæ. Etenim paludes uehementioris ſunt frigoris per hyemem, itidemq́; caloris per æſtatem, præſertim iuxta fluuios, ut Hippocrates obſeruauit, quā pro natura ſoli cœliúe temperati, eoq́; omnibus aliqua diſcraſia laborātibus, ac præſertim per æſtatē aſthmaticis omnibus declinandæ, quod tum quaſi præfocantem calorē habeant. Aliam rationē affert M. Terentius Varro, quæ ſi locum habet, nemo ſanæ mentis, qui ſi ſuimet iuris ac libertatis ſit, facile habitabit iuxta paludes: quod illic animalia minuta quædā naſcūtur, quæ nec oculi quidē facile ſua conſequantur acie, per aera intus in corpus per os ac nares facile peruenientia, difficilesq́; parientia morbos. Hæc ille. Ea ſuſpicor animalia naſci, quod quū paludes nec ubiq;, nec perpetuo redundēt aquis, interdum uerò deſiccentur, à craſſo limo uaporeq́;

Lib. 2. de rat. uict.

Libr. 3. rei ruſticæ.

putida quædã prouenire animalcula. Laudatur autẽ plurimũ & antefertur regio calida ac modice ſicca ab Ariſtotele. Sũpto iudicio ab hominib. eas regiones incolentibus, quod uiuaciores plerũque reliquis reperiantur. Ratione autẽ propoſita, quod frigus propria & peculiaris ſit mortis qualitas, refrigerari aũt omnia ſoleant ab ambiẽtis aeris natura ac qualitate affecta. Vt enim calidis locis calet aer, ita frigidis friget, itaq; calorẽ interiorẽ aer præfrigidus ocyus magisq; corrumpit, maxime ſi humore multo permixtus fuerit: humiditas nãq; eſt qualitas putrefaciẽs. Quam etiã rationẽ intelligo ueris inſalubritatis, ſi frequens ſit pluuijs, quod ad natiuũ ueris humorem ſuperueniens humor exterior, corruptionis fiat cauſa, maxime ſi accedant auſtrales uenti, autorib. Hip. & Gal. Iam uerò de regionib. & locis nos dicturos pollicit neceſſitate quadã admonemur indicãdi formã ædificiorũ quæ magis expediat ad ſalubritatẽ. Plato certe in legibus ſuis urbẽ oppidũue cõſtrui uult in loco edito, qui circumquaq; æqualiter deſinat in accliuẽ ſpeciẽ. Profuturũ illud etiam ratus ad munimentũ. Domus aũt noſtra ſic ædificãda eſt, ut mane ſolẽ orientẽ ſtatim excipiat, quod ſi minus erit, ad meridiẽ obuertatur. Varro domũ ita conſtrui uult, ut æſtate umbrã, hyeme ſolem habeat, & ne aduerſus Eurũ ſit poſitio. Ædifican-

Proble. 9. Sect. 14. et in libello de long. et breui. uitæ.

De hoc legatur etiã Gale. lib. 1. de temperaturis.

Apho. 11. par. 3. & in libel. de tẽpera.

Libro 6. legum: lib. 1. rei ruſt.

ſicandam etiam in ſublimi loco, & hic quoq; cenſuit potius quàm in ualle aut planicie, ruſticã domũ ad radices montiũ. Cato monuit extruendã, ſed reſpexit ille ad utilitatẽ cenſus et cõmoditates operis ruſtici. Domui laxitas concedenda, quo in ambulationib. ſit idonea perpetuo ad omnes uariationes aeris tẽpeſtatumq;. Nõ optaſſet Socrates ſibi domũ in qua ſe nõ exercere ſaltãdo potuiſſet. Sed & M. T. Cicero ad ſplendorẽ & multas alias cõmoditates retulerit domorũ laxitatẽ. Salubrior omnino domus, mea ſententia, erit, ſi ſit anguſtior, multis & quidem amplioribus patens feneſtris, non ad teſtudinis coacta formam, ſed altis porrecta lacunaribus, ſic enim ædificata copiam aeris liberi melius hauriet. Subſternetur etiã domus pauimento ex lapide coctili, uel tabulatis. In obſcuris aũt & arctis domib. ac ubi nuda ſit humus, probabile eſt craſſum & putidũ eſſe aerem creantẽ deſtillationes uidelicet, grauedines, lethargos, aſthmata, et id genus mala: q. ſi neceſſitas nos aut caſus forte in eiuſmodi domũ coegerit deſcendere, bonus & clarus focus ilico eſt cõſtruendus ad corrigendũ aeris domeſtici malitiã. Sed ꝓhibẽdi frigoris cura habẽda quoq; in ædificationib. domorũ eſt. In domo nanq; immodice frigida et hyeme ac quocũq; nos ambiente frigido, inqt Galen. ſucci, qui crudi ſunt, ad concoctionẽ manẽt inepti

Plutar. in li. de tuen. bo. uale.

In 1. offic.

& iocinoris obſtructiones ſi uel leues hæ ſunt, augent: ſin uerò nullæ ſunt, eas craßitudine ſua hærentes impactiq; erant. Certe frigus omne Celſus docet uiſceribus eſſe inimicũ præſertim hepati, à quacunq; tandem cauſa frigus oriatur. Sed nec accendi frigoris modus paßim in Germania receptus, mihi uſquequaq; probatur. Quidam populi ſic cum ceſpitem incendunt, nonnulli carbonibus lapidoſis ſiue ſectilibus, ut ſic dicam, cõſtruunt focum, alij extinctis carbonibus, alij hypocauſtis ſe includunt. Certe laudãtur à Galeno & alijs ligna & ea quidem ἄκαπνα, tanquam nullum reddentia fumum ſic dicta. Carbones omnes capiti faciles dolores inferunt, ſicuti ceſpites quoq;, quamlibe deſiccati. Tametſi maius apparet imminere nocumentum à carbonibus extinctis quod in eis praua quedam & (quaſi diceres) nidoroſa qualitas remanſerit. Narrat Symphorianus Campegius in hiſt. ſua medica, ſuo tempore mercatores Lugduni in medijs hyemis algoribus, forte deueniſſe in diuerſoriam tabernam, quumq; fugandi frigoris ſtudio ilico in focum carbones inieciſſent ſeſeque calefeciſſent, ſtatim ad ſomnum conuerſos ac carbones accenſas in domo media reliquiſſe. Mane autem ſequenti ambos repertos mortuos: quem miſerabilẽ caſum non tam frigori immenſo, quod per iter ſuſtinuiſſent, quàm carbonibus aſcripſerunt.

Lib. 12. de mo. curan.

Li. 4. ca. 8.

In Campis hiſt.

*runt medici, quippe quorum fumus natura læta-
lis ſit ac peſtifer. Demitur tamen aliquid malitiæ
carbonum iniectu ſalis aut uini. Nam quod im-
probo æſtum hypocauſtorum eo eſt, quod calor
incluſus maneat, nec liberam habeat tranſpiratio
nē. Faciliore tamen animo ſuſtineo laxa hypocau
ſta, feneſtris multis diſtincta, quæq; clarus & faci
lis focus calefecit, factus uidelicet ex iunipero, fa
go, aut ſarmentis, uel ſimilibus. Nequaquā autem
ex lignis nucum, ſambuci, ficus, aut carioſis & hu
midis Plurimum autem referre quibus lignis ſuc-
cendatur focus hypocauſtorum, ex eo fit manife-
ſtum, quod reperti ſunt, qui defectionem animæ
paßi fuerint in balneis ab exhalatione maligno-
rum uaporum, quos de ſe reddiderant aquæ effer
uefactæ ab igne cui ſubiecta fuerant humida ui-
cioſaq; ligna. Vbicunq; tamen ad lucentem fo-
cum nos calefecerimus, melius erit auerſo corpo-
re nos calefieri, alioquin læſionem ſentiemus ocu-
lorum, & caput ipſum dolore aliquo tentabitur
expoſita facie ad ignem. Porrò quando in mentio
nem incidimus domorum ædificationis, obiter in
mētem uenit, quod Galenus monet cellæ uinariæ
feneſtras ad ſeptentrionem exponendas. Optat e-
tiam Palladius frigus internum & obſcuritatem
cellæ. Frigus nanq; melius conſeruat qualitatem
uinorum, mutat autem calor, præſertim uina in-*

In 4. li. de facult. ſimpli. medic.

Li. 1. rei ruſticæ.

ualida,

ualida, quæ quidem facile ſolent aceſcere, ſi recõdita fuerint in locis meridianis, ac quibuſcunque expoſitis ſoli. Fecimus mentionem aeris & regionum, & domorũ, hoc eſt, eorum quæ nos ambiũt: quo uerſus referenda quodammodo ſunt indumenta quoq; corporum, quibus niſi corpus probè muniatur aduerſus frigora, ſentiet nocumenta alias deſcripta. Noctu ſanè corpus probè tegendum, quod id tẽpus natura frigidius eſt diurno, & quia hoc pacto minus lædemur à frigore matutino, & quod calor magis recedet introrſum ad perficiendum melius actiones ſuas. Inter pelles calidior & humidior ouilla, inde facta coniectura, quod facilius concipit & alit fœda animalia. Vulpina arthriticis & paralyticis habetur cõmoda, quod calore ſiccitateq; ſua uim confortandi neruos habeat. Marſilius Ficinus contrà dicit agninas pelles à medicis probari, reprobari autem uulpinas: neq; tamen nominat aliquem medicorum ſigillatim, nec rationẽ affert. Quæ ſi ulla eſt, ea poterit eſſe forſan ducta à cõtagione animalis naturæ, uel quod pellis uulpina olidum aliquid ſpirare uideatur. Quod autem ab indumentorum natura corpora noſtra quoque afficiantur, Hippocrates eſt autor, oſtendens eos qui Lybiæ mediterranea incolunt uix unquam ſanari poſſe, ſi morbum comitialem incidant, eò quod non carnibus ſolum, ſed

In libel. de uita cœlitus comparanda.

In libel. de morbo comitiali.

ſtra-

ſtragulis, ueſtimentis, & calceis quoque utantur caprinis. Capras autem morbo comitiali facile corripi alias docebimus commodiore loco, in uniuerſum autem æſtuare ſanguis creditur à uelleribus animalium. Aptiſſimum corpori indumentum per hyemem ueſtis interior ex lino, uel byſſino, cui inſuta ſit mollior iſta delicatiorq́; lana ad ſpeciem centonum. Arcet enim uentos & calorem ſufficientem affert. Conſuetior tamen Italæ, quàm noſtræ genti horum indumentorum uſus.

¶ Cap. XII. De uentorum natura.

VEntos ſaltem quatuor numeramus, at partitione fiunt duodecim, ſapiunt autē octo uenti reliqui naturã & uim proximi cuiuſq; ex quatuor illis primarijs. Certe quocũq; flante uento melancholica corpora grauius & moleſtius ſe habēt in facultatibus ſuis, tam naturalibus, quàm animalib. Auſtrũ tamen magis damnant, tanquã obnoxia reddentem corpora noſtra corruptioni. Calidus nanque eſt & humidus, quin & naturæ uſq; ſuæ ueſtigia frumentis imprimit, eruginem faciens frumentorum. Narrat Petrus Aponenſis in commentarijs ſuis ſuper problemata Ariſtotelis: Vidiſſe ſe in Italia corruptas ſegetes menſe Maio, flante Auſtro, & aere tum exiſtēte turbido

Ex Sen. Ariſt. probl. 24. primæ Sect.

pulueru-

puluerulento, & nebuloſo. Salubriores tamē Au ſtri creduntur, quos mare miſerit, Hippoc. autore & alijs quoq;. Sicciores nanq; ſunt, humidiores Italiæ, Auſter & Aphricus crediti. Omnium tamen uentorum inſaluberrimi Auſtrales uerno tempore frequenter ſpirantes, alias quoq; nō admodum utiles, maxime ſi hyems anteceſsit ſicca & aquilonia. Hebetant enim, auditum, caliginem inferunt oculis, caput grauant, & pigritiem quandam membris afferunt. Sed & boreas quamuis in uniuerſum ſalubrior habeatur, haud tamen ſuis caret malis. Nam frigore ſuo facile lædit corporis partes magis exangues ac neruoſas, cōcitat item tuſſes, & quia condenſandi uim habet, aluū quoq; durā facere conſueuit. Quod ad ſummā anni attinet, ita iudico, uētos eſſe inſalubres plerūq;, ſi concordis ſint tēperaturæ cum anni tempore. Quod ad regiones pertinet, docemur ab Hippocrate uentos omnes à mari prorumpentes eſſe ſicciores. Qui de niuibus, glacie, gelu, lacubus, paludibus & fluminibus ſpirant, omnia animalia ſanaq; refrigerare humectareq; ſanioraque noſtra corpora præſtare, niſi frigiditate ſua modū excedant, qui tunc nocent, quoniam in corporibus caloris ac frigoris magnas mutationes faciunt, quas patiūtur maxime, qui loca paluſtria calida, ſecundumq; magna flumina habitant. Qui uerò de

Lib. de rat. uictus. Pli. li. 1. ca. 47

Apho. 5. 3. part. Hip.

Li. 2. de ra. ti. uictus.

Id etiam ſuperius annotatum.

de montibus in urbes ſpirant & perueniunt, non ſolum ſiccant ſpiritum, quo ſpiramus, ſed perturbant, corporáque hominum morboſa faciunt. Et Plato quoq; uẽtorum naturis plurimũ tribuit docens difficiles & proteruos homines reperiri, ubi frequentes uarietates ſint uentorum & turbinum. Nec id alienũ à fide, turbatis enim ſubinde humoribus & ſpiritibus, neceſſe eſt turbationem quãdam animis quoq; accidere. Quod ſi regioni alicui perpetua ſit & conſtans turbinũ uarietas, ut ferè ſolet ad fauces montium, neceſſe eſt turbationẽ ſpirituum ac humorũ in habitum ferri, conſimiliterq́; animos affici. Sed obſeruatum etiam eſt, quietem ac ſilẽtem auram haud ſalubrem eſſe habendam. Nam niſi aer ſubinde agitetur moueaturq́; quaſi flabris quibuſdam uentorum, non perpurgabitur: ipſe enim proprius aeris motus. (Mouetur enim aer quamuis ob ſubtilitatem corporis ſui noſtrum ſenſum ipſius motus effugiat.) Motus aeris, inquam robuſtiorem adhuc motum deſiderat ad ſui purgationem. Decreueram plura de toto hoc genere ſcribere, ſed breuitati ſtudendũ fuit. Qui diligentius rem inueſtigare uolet, legat Hippocratis tertium librum Aphoriſmorum, & Plinij librũ ſecundum naturalis hiſtoriæ, ac item alios ſcriptores, ex quibus nomina, naturasq́; uentorum omnium poterit cognoſcere. Quod proxi-

In 5. de legibus.

mum reſtat, de exercitationibus nunc agemus.

¶ Caput XIII. De commodis exercitationis.

Li. 2. tuen. ſanita. EXercitationis moderatæ cõmoda mirificè laudat Galenus in libello ſuo de tuenda ſanitate conſcripto, ſic ut tanto anteferat quibuſcunque tam cibis, quàm medicamentis attenuantibus. Quanto, inquit, ſatius eſt noſtri corporis incommodo exigi redundantia quæq;, quàm colliquatione aeris & attenuatione ſolidorum quorunque: quod nos ſic quidem autoris ſententia integra remanente aliter, et quidem latius tradidimus, ut ſtatim legiſti: et ſubiungit idem: Hæc nanque incommoda calidis extenuantibusq; medicamentis ſuccedunt. Exercitationibus uerò adeo nihil tale ſuccedit, ut etiam firmitas quædam membris ipſis accedat, quum & naturalis ipſe calor accenditur, & ex partium inter ſe attritu duricia quædam indolentiaq; comparatur. Certè tantam eſſe uim exercitationis ac laboris oſtendit Ariſtoteles in Proble. ſuis, ut pleniorem cibum plus nobis officere pleniore labore decernat. Nam quum omnis ægrotatio ſit ab excrementorum multitudine, hæc certè exuperat aut à cibo collecta, aut à deſidia et ignauia. At non uidemus animalia quæcunq; in ocio quieteq; degentia plus aceruare excre-

Sect. 1. prob. 47.

crementorũ, quàm quæ in ſyluis & pratis erran tia paſtũ ſuum quærunt? An non etiam ſentimus peius olere ſudorẽ, ac quicquid deniq; eſt ſordiũ deiectarum à corpore deſide ocioſoq́;, quàm frequenter ſeſe laboribus exercenet? Quod certè non accideret, niſi quia in otio, quiete, umbra plus colligimus humoris putridi. Sed elucent exercitationis commoda in eo quoque, quod tranſpirationem facit corporũ, qua prohibita neceſſe eſt collectionẽ fieri excrementorum & putrefactionem, ut Galenus quoq; annotauit in libro ſuo de cauſis morborũ. Porrò putredo omnis, mater eſt morborũ. Quæ etiam cauſa eſt, cur in hyeme maior iniungitur labor, quàm reliquis anni temporibus: tum enim denſior eſt cutis, quàm ut per poros corporis facilis ſit tranſpiratio. Sed neq; nimius eſſe labor debet ac tantus, ut roridus corporis humor abſumatur: nam hoc pacto citius homo ſeneſcet ex decreto Ariſtotelis, de quo poſtea ſuo loco copioſius dicemus. Exercitationẽ igitur corporis moderatã amate, & idoneo loco adhibete, qui longã & ſalubrẽ degere uitã cupitis. Exercitationumq; uarias ſpecies quærite, ut modo ruri ſitis, modo in urbe, interdũ nauigio euehamiui, interdũ uehiculo feramini alio, quãdoq; placeat uenatiò, plurimũ aũt aprica petatis loca. Siquidẽ quũ uarietas ipſa ſui interpellatione quandã comeſſatio-

Et in 11 Method. medendi.

In libel. de long. & breu. uitæ.

nis obtineat gratiam, tum uerò labor omnia membra corporis uegeta firmaq́; reddit, ut contra ignauia deſidiaque languorem & pigriciem perpetuam afferunt.

¶ Cap. XI. *De exercitationibus.*

IN *Timæo ſuo* Plato *præclare, ut aliàs ferè, præcipit, ne animum ſine corpore, neúe corpus exerceamus ſine animo.* Cauſam *annectit, quæ quoniam eſt cognitu digniſsima, narrabitur.* Nam *quãdo anima corpore admodum potentior eſt, exultat in eo quidem & effertur, ac totam ipſum intrinſecus quatiens languoribus implet.* Quando *enim anima ad diſcendum inueſtigandumq́; collectis in unum uiribus uehementer incumbit, liquefacit protinus corpus & labefactat.* Deniq; *quum ad docendum diſſerendumq́; priuatim & publice ambitioſa quadam concertatione contendit, inflammat corpus atq; reſoluit.* Nonnunquam *etiam deſtillationes fluxusq́; cõmouens medicorum plurimos decipit, cogitq́; ilico cauſas contrarias iudicare.* Rurſus *quando corpus grandi pigrioreq́; mole excedens puſillæ exiliq́; cogitationi animi copulatur (quum geminæ ſint hominis ſecundum naturam cupiditates, una quidem per corpus alimentorum, altera uerò per id quod diuiniſsimum eſt, prudentiæ) tunc ſanè potentio-*

tentioris illius præualentes agitationes, quod ſuum eſt, adiungent: quod uerò animi hebes, indocile, obliuioſum reddunt, atq; ita infirmitatem maximã, uidelicet imperitiam gignunt. Vna demum ad utrunq; ſalus & conſeruatio, ut ſimul exerceamus corpus & animũ. Sed enim ut Platonis *dogma noſtra conſequamur interpretatione hanc habere ſententiam illud fortaßis alicui uideatur, qua præceptũ appareat, ut in medijs corporis exercitationibus interiungamus animi exercitationes: ſed eiuſmodi forte, quibus feſtiuum aliquid et liberale inſit, qualis ſolet eſſe ambulatio philoſophorũ & poetarum gentis per aprica, uirentiaq; loca, & iuxta riuos, ac breuiter ſeceſſus omnes amœniores. Tum enim neſcio quomodo ſimul etiam ſerenari animus, ac altius in ſeſe quodammodo conſueuit euocari. Sed hanc tu exercitationẽ ludicram exiſtimare poßis, uel luſum potius, quãuis ad ſanitatis quoq; curam ſolet in primis adhiberi.* Hiſdem *olim aſſuetos ob ualetudinem curandam fuiſſe* Romanos, *elegantes ſplendidioréſque uillæ declarant: ut* Varroniana, Tuſculana, Liternina *inter multas præcipuæ. Vnde legimus* Scipionem Africanũ *dicere ſolitum ſe nunquam minus eſſe otioſum, quàm quum eſſet in otio, nec minus ſolum, quàm quum eſſet ſolus. Quæ uox declarat duas eas res, quæ cæteris languorem ſolent* Cic. libr. offic. 3.

& torporem afferre, illius exſuſcitauiſſe et acuiſſe mentem, otium uidelicet & ſolitudinem. Manetq; adhuc cõtentio dubia inter Catulũ & Craſſum apud Ciceronem, potius ne tot porticus olim apud Græcos ſeßionum, inambulationumq;, hoc eſt, exercitationis & delectationis cauſa, an ſtudiorum gratia fuerint conſtructæ. Quin accuratius rem totam penſitantes docent corpus perpetuò plus quàm animum exercendum, ut facile intelligas amandam ſecuritatem, tranquillitatemq; animorum eſſe homini longã cupienti uitam. Sed uelimus nos tanquam ſyluestri illius controuerſiæ adhibiti, plurimum porticus Græcorũ corporis gratia inſtitutas, ſed ita demum, ut corpore inter ambulandum factum uegeto alacriq;, pariter afficiatur animus ab ea quaſi interpoſita ſui quiete. Vnde Plato loco ſtatim citato omnibus dantibus operam mathematicis diſciplinis, aut uehementius ſtudentibus cuiuis mentis indagationi, imperat motum corporis, et exercitationẽ quoq; gymnaſticam. Certe ſeceſſuum & ruſticationis ocium fuiſſe priſcis temporibus, ſimul ad animi & corporis uegetationem inſtitutum, monumentis ueterum ſcriptorum ubique apparet, quò minus in re certa demonſtranda nos diutius laborare oportebit. Illud tamen nõ omittam, cura obſeruationeq; maiore traditum à Varrone: Olim morem fuiſſe genti

Cic. libr. 2. de Orat.

Lib. 2. rei ruſt.

genti Romanæ annum ita diuidendi, ut nonis modo diebus urbanas res uſurparēt, reliquis ſeptem ut rura colerent. Quod dum ſeruauerunt inſtitutum, utrunq; conſecuti ſunt, ut & cultura fœcundiſsimos agros haberent, & ipſi ualetudine firmiore eſſent, nec Græcorum urbana deſiderarent gymnaſia. Sed ſcire debebis lector, robuſtiores illas exercitationes adhiberi debere mutatis temporum uiciſsitudinibus non permiſceri cum exercitatione mentis. Non enim congruunt acribus & intentis contemplationibus rerum, præſertim ſubtilium & excelſarum labores ipſi, ſi uera narrat Plato in ſeptimo Reipub. atque haud magis quàm ſi è diuerſo in ſomno mēte quieſcente quis ratiocinari cupiat. Fit enim anima ſedendo & quieſcendo ſeipſa prudentior, ut alter ille in ſuis Auſcultationibus phyſicis inquit. Sed tamen eſt genus mollioris cuiuſdam exercitationis permixtæ illius quidem cum ſuaui quiete, ſi tamen corpus ualidum fuerit: equitatio nempe, quæ & ſpiritus ipſos ſupra reliquum exercitiorum genus corroborat, autore Aetio, & ſenſus purgat Lib.3. acutioréſque reddit, ſtomacho in primis apta. cap.7. Sed eſt hæc permixta quiete exercitatio: qui autem ualidus eſt labor, facit ut ipſo durante contemplationi fruſtra ſtudeas uacare. Præterea laborante ipſa natura circa facultatem digerendi

mens quieſcere debet, lædentur enim mens & intelligentia in primo illo concoquendi digerendiq́; labore. Vetus enim illud & communi philoſophorum medicorumq́; ſententia comprobatum. Remitti effectus facultatum naturalium, ſi animalis laboret facultas, & uerſa uice quoq; hanc lædi, ſi contentius laboret prior illa. Iam uerò uideo in uniuerſum damnari exercitationes omnes inæqualiter corpus noſtrũ dimouentes. Super quo audiamus uerba Galeni in libello de exercitatione paruæ pilæ ſic loquentis: Si ad ſanitatem reſpicias, quatenus quidem inæqualiter exercentur corporis membra, eatenus ualetudo læditur. Neceſſario nanq; fit, ut alia quidem defatigentur, alia autem omnino ſint otioſa. Horum quidem neutrum bonum, ſed utrunq; & morborum ſeminariũ, & uires in primis debilitat. Colligit igitur tandem Galenus exercitationẽ paruæ pilæ omnibus reliquis magis nobis accommodam, ſic continuans: Qua propter eam potiſſimum exercitationem laudo & probo, quæ & corpus conſeruare ualidum, & membra retinere integra compoſitaq́;, & animum præterea uegetum alacremq; reddere poteſt. Quæ profectò paruæ huic ſphæræ facultas adeſt. Illa enim quũ omnes animi partes permultum iuuet, tum etiam corpus ex æquo undiq; maxime exercet, ad ſanitatem plurimum confert, tem-

peratam

peratam reddit craſim, nec nimiam corpulentiam, nec exilitatem nimiam afferens, ad eas res quæ uiribus egent ſufficiens, ad eas quæ celeritatē requirunt, eſt. Sed quæ ſubſequitur poſtea de commoditate pilæ paruæ, quod tenerioribus imbecillioribúsque corporibus quoque omnibus apta ſit & ætatibus: id ego ſic accipio, ut uelim idoneum illis omnibus pilæ luſum, niſi ualidius & paleſtrico exerceatur more. Scimus nanque pilæ paruæ uſum, quæ trigonalis aliâs dicta, fuiſſe quondam ætati robuſtiori magis frequentem in uſu. Cui quidem iuuentus ita ſe aſſueuerat ab annis illis puberibus, ut utraq; noſſet uerſare iactaréque manu. Vnde exijt Martialis illud in Diſtichis:

Si me mobilibus ſcis expulſare ſiniſtris.
Sum tua, ſi neſcis ruſtice redde pilam.

Alij codices habent nobilibus, ſed mea interpretatione mobilibus, nomen ſubijcietur

Et in ſeptimo Epigrammatum ſuorum idem laudat Polybum quēdam ab agilitate ſiniſtræ manus in iacienda excipiendáq; pila.

Sic palmam tibi de trigone nudo
Vnctæ det fauor arbitrer coronæ,
Nec laudet Polybi magis ſiniſtras.

Cæterum quæ uento ceu folle quopiam intumebat ſpiritu pila, ſenibus & pueris aptior habebatur. Vnde in Apophoretis idem:

Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas
Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Hoc genere ludi & exercitationis pilæ turgidæ delectatum olim fuiſſe Cæſarem Auguſtum Octa uium narrat Suetonius, nequis omnium putet deſpectum genus ludi eſſe. Cuius de gloria priſcis temporibus publicè quoque certatum conſtat. Sed utrem noſtram agamus. Conſtat igitur differentem fuiſſe uſum & exercitationem pilæ ante Galeni tempora quoque. Sed ſicuti dixeram, niſi palæſtritarum more ſenes imbecilliore ſuæ certent, poſſe trigonalis quoq; pilæ luſum omni conuenire ualetudini & ætati. Illud quoque addam prius omiſſum, quod ad excitandum firmandumq́; ingenium & ſenſus, ſi forte ſtatueris expatiari pedibus, aut equo melius fieri borea flante, quàm auſtro. Hic caput & mentem grauat, & obtundit: ille tã naturæ, quàm animæ facit operationes meliores. Sed repetendum nõ ſine cauſa nobis uidetur, quod Plato reuocat indagãdis altioribus ſubtilioribusq; diſciplinis intentos ad gymnaſticam exercitationẽ. Quia igitur ipſe gymnaſticen diuidit in ſaltationẽ & luctationem, oſtendit ſaltationem liberali bonoq́; dignam uiro. Conſtat non intellectam ab eo Mimicam illam ſaltationem & indecentem, ac numeros & modos implẽtẽ ſotadicos, ſed alteram illam bonæ cuiuſdam habitudinis

Gale. in cõmen. ſuper 13. Apho. par. 3. Hippocr.

In 7. lib. legum.

De priſcis ſaltationib indecoris habes apud Ciceronem pulchre in orat. pro M. Cœl.

nis corpus æquabiliter & ordine quodã flectentẽ. Hanc ut exerceret ualetudinis gratia. Socrates optaſſe ſibi domũ latam & ſpatioſam legitur. Luctationem etiam Plato ſe deſignare oſtendit, quæ à collo, manibus, laterumq́; motu cũ uictoriæ ſtudio honeſtoq́; habitu adhibetur, & hanc ad ſanitatem uiresq́; conducere arbitratur. Recte igitur meo iudicio gymnaſticen, hoc eſt, robuſtiorem corporis exercitationem indagatoribus mathematicarũ uel aliarum ſubtilium excelſarumq́; artium iniungit, quos è diuerſo acrior mentis labor exercet fatigatq́;. Et quia eiuſmodi genus hominum maiora ualetudinis ſentit incommoda, frigus & ſiccitatem internam patiendo, iuſte imperantur luctatio & ſaltatio. Nanq́; luctatione confricationeq́; corporis calefit, duratur, augetur. Eandem uim tribuunt ſaltationi, ſed ita, ut fateantur minus impleri carnem, pauloq́; magis deſiccari corpus. Bene igitur robuſtior exercitatio, utpote ſanguinem interim ad exteriora euocans iniungitur, quorum contemplatio iugis & aſsiduæ lucubrationes faciunt, ut introrſum ſanguis agatur. Quod ne tibi mirum uideatur, cunctos impendio ſtudioſos colore pallido uidemus. Vnde exijt illud Satyricum Perſij:

Hipp. li. 2. de ratione uict.

At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

Sed qa pilæ mẽtionẽ fecimus, occurrit quod ipſius

genus

genus ludi ſorte quoſdam offendet, quaſi humile & indecens hominibus conditione ſortunaq; honoratiore. Qui ſi me audient, nullũ omnino ſibi genus ludi putabunt indecorũ, ſi hanc interea moderationem curamq; ſeruabunt, ut ne quod ſcelus, turpitudóue cõmixta uideatur, & ne parum caute ſe habeant ſomitem miniſtrando peccatorum, ut ne reuelentur mẽbra, quæ natura docuit uelanda, & quæ eò pertinent reliqua cuſtodiantur, ad modeſtiam uidelicet & pudorem. Nam quod ad exercitationum dignitatem attinet, Galenus nullo modo commoda uult negligenda exercitationum, proditq; de ſeipſo, deprehenſum ſeſe quãdoq; in fundo ſuo tum ligna findere, tum hordeum in pila contundere ac deglubere. Et quæ agreſtes quotidie faciebant ex iniũcto ſibi officio, corporis exercendi gratia ſeſe fecisſe cõmemorat, nec uerò illud omittendum reor, quod ſiniſtræ manus officio olim iuuentus ſeſe aſſueſaciebat in iactatione pilæ ad robur corporis. Vnde præceptũ extat Galeni loco ſtatim citato, ut quãto quiſq; remotior à ſenio fuerit, tanto magis exercẽdam ipſi partem corporis debiliorẽ, futurũ id ad maiorem firmitatem corporis, ſenibus autẽ diſſuadet exercitationem membrorum imbecillium. Sed nec immaturæ ætati robuſtior iniungẽdus eſt labor, præſertim geſtandi ſuſtinendiúe onus aliquod graue,

In 5. de ſanit. tuen.

leden-

lædentur omnino, & crura ipſorum pondere uitiabuntur, ut ex Galeni uerbis colligo, libro primo ſanitatis tuendæ, & ut poſtea quinto libro eiuſdem argumenti docet, melius perpetuo eſt ſuperioribus exerceri partibus, qui imbecilles ſunt cruribus, quod ſimul inferiores quoque moueantur ac utcunq; exerceantur. Certe, quod meminerim, damnatur in uniuerſum genus exercitij corpus inæqualiter mouẽs, quo argumento uidemus fullones & uiatores iſtos perpetuos, eò quod pedibus frequenter ac præcipue fatigentur, ad extremum tumeſcere pedibus materia excrementoſa labente ad partes infernas, & fabros ferrarios ac ſerram agentes fieri ἀρβριτικοὺς, quod ſupernæ partes corporis laborent ualentiſſimè, ac multo magis reliquis effatigentur. Aptiſſimum tamen omnibus ſtomachi uitijs laborẽ ſuperni corporis membrorum iudicauit Celſus. Qua edoctus ratione libenter ſoleo poſita menſa alueoli ludum tractare, molli prius interiuncta deambulatione, quod à iactatione brachiorum minime ſenſu ipſo laborioſa ſtomachus melius ualeat perficiendæ digeſtioni: ualeret eò Coryci quoque iactatio, ſi interpoſito ſpacio, putes à ſecunda digeſtione, fiat. Nam is uiolenter paulò labor eſt. Certe Galenus loco paulo ante citato ſummatim tradit partes, quam circa thoracem ſunt, magis iuuari inferiorum Li.4.ca.5.

rum

rum exercitatione. Quæ circa ueſicam & renes ſuperiorum, lienem, ſtomachum, iecur, & inteſtina, ut in medio ſuperiorum inferiorumq́; partium ſunt, ita ſe quoq; ad exercitationes uult habere. De ſtomacho uariat nonnihil Celſus, ſicuti ſtatim eſt intellectum. Inferiores autē partes ambulatione iuuari, hinc facile patet, quod nulla reliqua exercitatio ciendæ urinæ perinde ualet. Illas porrò exercitationes, quæ manibus in altum ſublatis fiunt, olim Lycurgus propoſito decreto uetabat, eius cauſam percūctāti, inquit: Ne quis laborando conſueſcat defatigari. Siquidē exercitatio ad confirmandum corporis robur pertinet, nō ad exhauriendas uires. Qui uerò ſubinde ad laßitudinem uſq; corpus exercent, iidem imbecilliores ueniunt ad tolerantiam laboris cōſueti & neceſſarij, citiusq́; deficiunt. In quam ſententiam pulchre Galenus ſcribit in libello de morbo comitiali, quod ultra iuſtum exercitium protrahitur, robuſta etiam corpora frangit, habitudinemq́; ipſam haurit; colliquamenta cōgregat, tum uerò in articulis, maximeq́; muſculis. Cæterū quæ de forma & uarietate dixeramus exercitationū, ampliori indigerēt diſquiſitione, in quo tamē cōſuetudo plurimū ualet, ut ſi aliâs uſquam. Ait enim Hippocrates in Aphoriſmis: Qui cōſueti ſolitos labores ferre, & ſi fuerint imbecilles, uel ſenes, non

Plutar. in uita Lycurgi.

Aphoriſ. 49. lib. 2.

non conſuetis fortibus atque iuuenibus, facilius ferunt, quo loco interpres Galenus: Hoc tamen commune omnibus exiſtit, quod partes exercitatæ fiunt robuſtiores, atq; idcirco labores conſuetos facilius ferunt.

¶ Cap. XV. De fine exercitationum.

EXercitationis finis eſto, quum uaporem ſudori aliquanto permixtum ſenſeris, & uenas intumeſcentes, quæ tamen robuſtior cibum antecedat, lenior & mollior ſubſequatur. In quo neceſſe eſt te ſcire, quod ſtomacho planè uacuo minime fortis eſſe debet labor. Cauſa, quoniam hoc pacto fiet, ut ingeſtum ſtatim cibum nec concoctum, auide tamen ad ſe arripiant à ſtomacho reliqua membra, ac uenæ ipſæ quoque, unde neceſſe eſt cruditates in corpore fieri, facultate alteratrice ac nutrice & digerente ſimul confuſis uiciatisq;. Id nimirum eſt, quod Hippocrates in Aphoriſ. præcipit, non eſſe laborandum ſi ſit fames: præterea ex illo labore macies aliqua ſequetur corporis, colliquante ſeſe natiuo humore: quæ ratio uidetur, quare robuſtior labor conueniat humidis, denſis & craßis corporibus. Sed neque hic debet eſſe præceler & fortis famis tempore, alioquin poſt eam, quæ quidem Græcè dicitur aptius, ἄδηλος αἰσθύσει διαπνοή, id eſt, ſenſum

Aetius li. 3 cap. 3. Gale. li. 5. de locis affecti. ca. 5.

In ſecunda part. aphoriſ. 16.

ſenſum effugiens ſiue occulta perſpiratio, corpus tabem aliquam contraheret, utiq; ſi bilioſa ſit natura & tempus æſtiuum. Duplex autem utilitas eſt exercitationis cibū antecedentis. Altera, quod calor natiuus excitatur acuiturq; ad futuram cibi concoctionem meliorem. Altera, quod redundantias corporis exigit, & ad excretionem aptas facilesq;, quæ ſi alioquin reſides maneant, calorem natiuum retundent, & acceptis ilico cibis ſeſe forte permiſcebunt, corruptionisq; fient cauſa. Eam ſententiā ferè proſequitur Aetius. Quo-
Li. 2. ca. 9. niam uerò diſtributioni alimenti conſulendum eſt, non oportet ciborum crudorum, uel ſemicoctorum, uel omnino aliquem humorum multitudinem neq; in uentriculo, neq; in inteſtinis contineri: alioquin periculum immineret, ne ad cūcta deferretur membra animalis. Conſtat igitur ciborū aſſumptioni exercitium præmittendum. Quod diligentiore quadam interpretatione putamus annotandum, ac pro canone habendum, ut quanto plus temporis receſſerit à prima digeſtione, tanto minore periculo exercitationem adhiberi, ſi ſingula mediocriter alioquin ſibi conſtent, & non nimis longa ſequatur inedia. Manifeſtum ſiquidem eſt, inchoatam protinus à cibo exercitationē plus inuenire cruditatis, quàm quæ longiore ſubſequitur ſpacio, & in ipſis ſpacijs gradus eſſe concoctionum

ctionum. Cæterum ſtatim ab exercitatione, quæ cœnam præcedit, modica eſt interijcienda mora, priuſquàm cibum aſſumamus ex præſcripto Ariſtotelis in Proble. Rationem ſubiungit: quia natura quum in motu eſt & agitatione, in excitandis excrementis, tempus aliquod ſibi reſeruare uelle uidetur ad repurgationē eorūdem. Vnde corporibus excrementoſis neceſſaria exercitatio magis, quàm reliquis, ut motione purgentur excrementa & difflent uapores. Si qui tamen obeſi cuperent graciles fieri, labores uniuerſos ieiuni ſubibunt et ſuſpirantes adhuc, nondum refrigerati cibum ſument ex decreto Polybi cuiuſdam. Verum illud non eſt perpetuum, nec uſquequaq; probatur ab interprete Galeno, quippe qui nouiſſe ſe exacte fatetur pleriſq; hac ratione uictus factas uiſcerū obſtructiones. Pituitoſis tamen naturis metuenda ſtrangulatio, & aſthma, et animi defectio à ſubitis & uiolentis laboribus. In uniuerſum autē omnibus pletoricis corporibus noxia exercitatio uiolenta. Nam facile ab hac ſuſcitabitur uel morbus comitialis, uel apoplexia: aut ſi hæc mala non euenient, periculum erit, ne rupto aliquo in pulmone uaſe in morbum quis incidat inſanabilem. Multi enim, inquit Galenus, quū febribus laborare incepiſſent propter exercitationes acutiſſimis morbis fuere corrupti. A prandio uerò ſtatim ne qua ex-

Proble. 28. Sect. 5.

In li. de ratio. uictus priuat.

Galen. in cōmen. ſuper apho. 20 lib. 3. Hippoc. facit mecum.

ria, ut ſua poetica gratia dixit ille: tum uerò digeſtionẽ adiuuat, atq; adeò tandem, ut optimam iudicauerit ciborum digeſtionem Galenus, quæ quiete peragitur et ſomno. Quam ſententiam quũ Plinius approbet, hanc tamẽ adhibet diſtinctionem, ut uelit concoctionem quæ ſomno fiat, corpulentiæ quàm firmitati utiliorem, & adijcit: ideò malunt athletas cibos ambulatione perficere, per uigilio quidem præcipue uincuntur cibi. Dum digeſtionem appello, nõ eam deſigno, quam ἀνάδοσιν ſeu diſtributionem tranſmutationemq; cibi & potus appellãt, ſed cõcoctricis facultatis opus. Qua quidem in ſignificatione, contra atq; ſolet à medicis uulgo, ſcimus acceptum digeſtionis nomen à Cicerone in Epiſtolis ad Atticum: Stomachus, inquit, ubi hebetabat olim, concaluit ut digerat multa cruda facilius, digerat uidelicet, id eſt, concoquat calidiore facto ſtomacho, quia caloris eſt concoquere, quæ partes ſunt ſtomachi, quẽ idcirco patrẽfamiliâs corporis ſolent appellare. Nam digeſtionis opus, ut in acceptione uulgari medicorum eſt etiam hepati, & uenis, ac membris denique omnibus cõmune. Digeſtio igitur, ſicuti dixi ciborũ optime perficitur quiete, quod ſi uarietas nobis ulla utilis in uita eſt, quietis, laborisq; commode diſtributam uarietatem utilitatẽ maximam nobis adferre perſuaſum habere debemus. Deni-

Libr. 1. de mor. curatione.

Lib. 11. cap. 53.

Quarto li. in ep. qua principiũ habet, Occupationũ mearum.

que cuilibet conſtare debet, quod concoctio fiat calore per quietem, & quod labore mediocri calor excitetur. Nec tamen ſubita ac uiolentia quietis laboriſq; debet eſſe mutatio, ſic ut ex otio deſidioſo ac multo in laborē multum deſcendas, contraúe, ex iugi fatigatione repente tu quæras otium, uel ſtatim ex deſidioſa in uita negotioſam ſuſcipias, contráue. Siquidem conſuetudinis omnis hæc eſt natura, ut pedetentim et uiribus adhuc integris, uel ut propemodum integris uelit mutari. Quod ſi ſecus facias, periculum adibis ſanitatis. Pulchre ſanè Plutarchus, eos qui laboribus ſupra modum intenduntur & urgentur, rurſum liquefiunt otio & uoluptatibus præter modum, & molleſcunt. Pulchre, inquam, & appoſite Plutarchus hos ſimiles facit fabris ferrū cuſum, ita ut cādet, ſubito in aquam mergentibus. Quod quidem præceptum conſuetudinem nō ſubito mutandi familiare ac perpetuum in tota uita uictuſq; ratione eſſe debet: quamuis hic Stoicis aliter uideretur ac Theologis quoq;, ſi uita & mores ſint ad meliorem componendi formam, quæ tamen contemplatio alterius eſt temporis. In uſu cibandi, potandi, ſomni, uigiliæ, inediæ, repletionis: itemq; in uoluptatibus ac doloribus nequaquam conuenit contrarium ritum ſtatim iuxta priorem eſſe, ſi quidem ualetudini noſtræ uolumus inſeruire. Quie

Idem Celſ. in primo.

In li. de tuen. bona ualetudine.

tis igitur & laboris qualis habenda ſit diſtributio, quia huic noſter referebatur ſermo, recitabimus quæ Hippocrates iniunxerit in libello ſuo de morbis acutis. Si longiore ſpacio temporis inquit, corpus cõquieuerit, non idcirco robuſtius euadet, et ſi ilico laborem ipſum aggredietur, inutilis hic labor eſt futurus. Neq; enim pedes, nec aliæ ullæ corporis partes recte ſua munera perficient longa deſuetudine moràm intercipiente, ſi aliquando ſubito laborare tentauerint. Quin illud quoque ſubiungit, ſi corpus ipſum ex multa quiete, ſubito ad uehementes labores deducatur, magis lædi, quàm ubi à pleniore cibatione ad uenarum exinanitionem tranſmutatũ fuerit. Quo argumento docet ibidem quoque nos minime remittere corpora debere quiete & deſidia ſtatim poſt peregrinationem longam. Torpere enim neceſſe eſt corpora, quæ ex multa fatigatione repente ſeſe ad ignauiam ſocordiamq; conuertunt. Proinde uentriculos ipſorum haud ita multo cibo exercere oportet, alioquin & dolore & grauitate totum corpus uexabitur: & hæc quidem ille. Sed quid miremur corpora noſtra torpore languorẽque affici relaxata quiete à lõga profectione, quũ horarum paucarum ſpacio contentius uelociusq; ambulantes, ad quietemq; conuerſi, ſtatim quum ſurrexerimus ad perficiendum iter interruptum,

& pigriciem grauitatemq́; quandam membrorũ ſentimus,& ineptiores ad continuationem reddimur itineris. Cauſam cõminiſcitur Ariſt. in Proble. transmutationem factam de re cõtraria in contrariam: nihil enim magis lædit naturã quàm ſubita mutatio ad contraria: porrò nihil magis contrariũ quàm motus & quies. Sed & lenis exercitatio interpoſita ambulationi, utpote ſermonis uſus citius nos laſſos faciet. Quam quidem laßitudinem ego deprehendo maiorem euenire in laboribus omnibus continuatis, quorũ de numero ambulatio, quam ſolent ſentire, qui exercent opera intercepta quibuſdam paruis moris, ut eſt remigatio, foßio, & eius generis alia quædam exercitia. Nam ſi hic quis ceſſauerit, non perinde redibit ineptus & piger ad priſtinũ laborem, quantũ quidem ad naturã laboris & exercitij attinet. Quæ omnia eò pertinent, ut facile credamus ſalubriter exercitationibus omnibus lõgis interponi interſpirationem & quietem. Nam præterquàm quod continuatio laboris uehemẽtis bilem auget utramque, ſicuti aliàs quoque attigimus, oculis inſuper nocet, præſertim in æſtu ſolis factus labor. Nam quum & ſanguis & cutis hoc pacto deſiccentur, neceſſario pupilla quoq; oculum integens deſiccatur. Quæ etiam cauſa eſt, cur homines natu iam iam grandes obtuſius cernunt. Oculi nanq; ſenum

Proble. 12. Sect. 5.

Ex ſentent. Ariſtot. in Proble.

ſenum dura rugoſaq́; tunica teguntur, eoq́; uis illa conſpiciendi cooperitur & hebetatur. Quod ſi inter laborandũ oculi dura ſolidaq́; corpora conſpiciãt, utiq; peius afficientur, quàm quum ad humida & mollia intenduntur, utpote riuos. Nam quum hic nihil uideatur reniti, paßim oberrãt oculi, tanquàm maiorem nacti libertatem. Verum hæc aliena poßint à noſtro inſtituto uideri, niſi quod per occaſionem oſtendendi nocumenta longi ualidiq́; laboris commode uideantur inſerere. Illud quoq; poſtremo addam, quo ipſorum inter ſe exercitiorum negociorumq́; uariatio, quietis naturam & uim habet, propterea, quod paritas & ſimilitudo citius ſui faſtidium creant: quæ etiam cauſa eſt, quare iter agentes per accliuia & decliuia loca difficilius ſeriusq́; fatigentur, quàm ubi fuerint ingreßi per loca plana. Amãda igitur & tenenda in toto hoc genere uarietas, niſi quod conſuetis magis immorabimur negotijs ac exercitationibus, ſi nullam ab ipſis percipiemus memoratu dignam offenſionem.

¶ Cap. XVII. De genere exercitationum aliarum à gymnaſtica, ac primum de uocis exercitatione.

AEgineta lib. 1. rei medicæ quãuis ſuauem mollemq́; modulationẽ nihil ad ſanitatem

cõferre,eoq́; grauiore et cõtentiore ſono uocis opus eſſe doceat,ratiõe propoſita,quod hoc modo aer copioſius in ipſum corpus hauſtus diducat, et expandat corporis totius meatus. Ex quo fiat ut clarius legẽtibus nobis humores redundantes excernantur. Vix tamen ſcio, an permittendũ ei ſit, uſque eo contentionis inter legendum nos procedere debere, ut ſudor quoque euocetur, niſi corpora ſint pura & robuſta. Certe à nimis cõmotis uociferationibus docet temperandũ Plutarchus. Siquidem inæquales illæ ſpiritus intenſiones & impetus ſpaſmos ſolent efficere, quin etiam illud, ut rumpatur aliquod membrum. Audiuimus herniosum aliquem factum à iugi intentaq́; uociferatione: quo argumento præcipitur etiam ſanguinem expuentibus, ut à clamore ualido tam abſtineat,quam à quocunque fortiore corporis motu. Denique hanc moderationem addit Aetius, ut uelit abſiſtere ab exercenda uoce, quicunque malis aut corruptis abundant humoribus, uel magna manifeſtaq́; laborant cruditate, ne per uniuerſum corpus plures corrupti ſucci aut uapores diſtribuantur. Celſus in totũ lectionẽ uociferationemq́; omnẽ à cœna prohibet caput infirmum habenti. Sed eſt etiam quædam obſeruatio circa uocis uſum,quo minus arteriæ faucesq́; lædantur & magis inſeruiamus decoro. Itaque Ciceronis intelligamus

In li. de bona uale.

Lib.3. cap.5.

Lib.1.

Li.3. Rhet. ad Heren.

gamus ſuper ea re præceptum, firmam igitur inquit, quàm maxime poterimus uocem in dicendo cõſerua, ſi quàm maxime ſedata et depreſſa uoce principia dicemus. Nam *læduntur arteriæ, ſi antequàm uox bene permulſa eſt, acri clamore complentur, & interuallis longioribus uti conueniet.* Recreatur *enim ſpiritu uox & arteriæ conticendo requieſcunt.* Et *cõtinuum clamorem omittere & ad ſermonẽ redire oportet pariter.* Cõmutatio*nes enim faciunt, ut nullo genere uocis effuſio in omni genere uocis integri ſimus, & acutas uocis exclamationes uitare debemus.* I*ctus enim fit & uulnerantur arteriæ acutæ atque extenuata nimis acclamatione, & ſi quis ſplendor eſt uocis, conſumitur uno clamore uniuerſus, & uno ſpiritu cõtinenter dicere, conuenit in extrema oratione: fauces enim caleſiunt & arteriæ complentur, & uox quæ uarie tractata eſt, reducitur in quendam ſonum æquabilem atque conſtantem.* Q*uibus autem nondum uocis officio contigit uti, pueris uidelicet, ploratus eſt exercitationis uice, quæ uociferatione fiat.* Q*uam ob cauſam* A*riſtoteles prohibet cohibi & interrumpi ploratus puerorum, quod quum ſint exercitationes quædam corporum puerilium, ſanè ad incrementum ſunt utiles.* Nam *ut ſpiritus compreßio robur facit laborantibus, ita in eo plorandi conatu ſimile quid-*

dam accidit pueris. Cæterum quod ad uociferationis illiberalis proprietates attinet, præterquàm quod ea noxia eſt homini uocem intendenti, ipſi quoq; auditori eſt ingrata. Turbat enim auditionem uox grauis & aſpera & maxima & celerrima autore Galeno, quum ſenſus aurium unà cum ſenſu oculorũ ſint tenerrimi, eoq́; iubemur ægrotos ſummiſſa uoce alloqui. Sed & multus uſus ſermonis fortis & clari deſiccat linguam et fauces, quare febre uexatis taciturnitatem aut certe parcitatẽ ſermonis imperamus. Porrò affinis eſt exercitationi uocis cohibitio anhelitus, utilis et hæc habita à Galeno, tanquam calorem augens natiuum: id autem fieri ait, quum thoracem ipſum undiq; ualenter impuleris, anhelitum autem ſic compreſſeris, ut quem prius attraxeris ſpiritũ, totum intus retineas, obſeruatum certe aliâs à me eſt, cohibitionem anhelitus conferre laborantibus deſtillatione capitis à quacunq; cauſa orta: præterea finiri poterit ſingultus leuior ſpiritus retentione: ſpiritus enim retentus, ſatis concalefacit, modo ſingultus eſt à refrigeratiõe cruditateq́; teſte Gal.

Lib. 1. de ſympto. cau.

Libr. 5. de ſanit. tuen.

Libr. 3. de cauſis ſympto.

¶ Cap. XV. De uectione quacunq;.

STatim à gymnaſtica exercitatione Plato in Timæo ſuo reponit uectionem facilem ſiue equo, ſiue nauigio, ſiue uehiculo fiat alio. Atq; ha-

rum tamen uectionum alia eſt alia laborioſior. Equitatio concitatior & per inæqualem facta locum poßit forte harum exercitationum robuſtiſſima cenſeri. Celeritatem equitationis obeſſe oculis, autor eſt Ariſtoteles in Problema. ſuis. Nam quomodo uenti aduerſi oculos perturbãt, ſic aer occurſans eò magis ferire poteſt, quò uelocius agitatur equus. Sed nec ægrotis & debilibus natura equitatio cõuenit, quid peßimus hic ſit illis exercendi modus thoraci moleſtus & fœmoribus, ac ei parti corporis ubi crura plicãtur & ſuſpenduntur. Obſunt inſuper equitatio ac longior & efferueſcens geſtatio laborantibus ex ueſica ſcribente Aetio. Quibus tamen malis caret equitatio ſuauis, nec nimis prolixa: nam hæc ſtomacho & coxis utilißima, ſed & Venerẽ incitari equitatione prodidit Ariſtoteles in Polyticis & Problem. ſuis ac in uniuerſum equites & bellicoſos populos natura impenſius affectos erga mulieres, prætérquàm Celtas. Quo quidem loco adijcit fuiſſe olim Lacedæmonios adeò Venereis uadatos uadimonijs, ut Plauti uerbis utar, ut mulierem gubernationi pleraq; relinquerent. Et quod Lycurgus conatus fuiſſet mulieres reducere ad leges, nec dicto audientes habuerit, quum alioquin ſciamus Lacedæmonios fortißimos Græciæ populos extitiſſe. Sed quod Hippoc. in libro de aere, aqua &

Prob. 13. et 17. Sect. 5.

Aetius li. 3. cap. 7.

li. 11. ca. 30

Plin. li. 28. cap. 4.

2. Politic.

regionibus tradit, equites eſſe inutiles ad uenerē, intellexit ipſe eos qui plurimum & continenter equitant, eoſdem etiam pedum tumoribus, & ex coxendicibus laborare. Iam uerò & uectio in curru uel rheda uarias habet ſpecies. Vectio fortis, pares propemodum noxas retinet cum equitatione forti, ac intereſt etiam plurimum, cuiuſmodi ſint currus, & decubitus, & uia. Noſtri certe ſeculi ingenia, & ad nouarum inuentionem rerum curioſa curruum excogitauerunt uaria genera, & quibus molliter quodammodo uehatur cōmodeq́; ſedeatur. Apud Aetium inuenio uectionem curribus carrucisúe factam turbare magis humores, quàm geſtationem: itemq́; longis ægrotationibus aduerſam. Sed ſi quis ſedeat facie ab itineris progreſſu auerſa, conferre debilitati, & caliginibus oculorum ſcotomian dicunt. Suauiter tamen moueri uult, multos quippe ſe nouiſſe teſtatur nulla ope alia curatos: ſedem ſupiniorē collocare oportet. Pro modo tamē ualetudinis & robore naturæ poterunt uectiones ſicut reliquæ omnes exercitationes intendi remittiúe: reſtat iam alia leuioribus annumeranda exercitationibus, nauigatio uidelicet, phthiſicis utilis, ſi uera narrat Plinius. Aetius rem accuratius complexus: nauigationem propè terram ac in ſedato mari factam docet congruere hydropicis, elephantiaſi laborantibus, attonitis,

Li.3. ca.6.

Li.28. nat. hiſt. ca. 4.

Li.3. ca.6.

tonitis, delirantibus, & quãuis primo ſtomachus euertatur continuatione, attamẽ aſſuefactione minus moleſtari. Celſus eodem loco facit nauigationem, quæ per flumen ſit, cum ea quæ in portu maris quieto, ac leniſſimã omnino uectionem, cuiuſmodi hæc, conuenire docet infirmiſſimis, ualentiorẽ tabidis, ſtomachi uitio, hydropeq́; laborantibus concedit. Cæterum geſtari per fluctuoſum mare uiolentum eſt, plurimosq́; ac maximos animi affectus inducit, tum ſpei, tum timoris, tum ignauiæ, tum obeundi diſcriminis: quandoq; enim geſtiunt, quandoq; aguntur, quandoq; otioſe degunt nauigantes: talia uerò uniuerſa, ubi commixta fuerint excutere è corpore atq; expellere omnem diuturnã ægritudinem poſſunt. Quin quod ex quiete & motione conſiſtit, ſi quid uſquam alibi eſt quod faciat, hoc maxime ad corpus optime alendum facit. Plinius ipſe præterquàm phthiſi affectis, ſanguinem quoq; egerentibus utilem indicat nauigationem. Neq; enim, inquit, Ægyptus propter ſe petitur, ſed propter longinquitatem nauigandi. Quin & uomitiones ipſæ inſtabili uolutatione commotæ pluribus morbis capitis, oculorũ, pectoris medentur, omnibusq́;, propter quæ elleborus bibitur. Illud ego adijcio, minore impetu, uiolentia, periculo ferè uomitiones accidere nauigantibus mari, quàm quæ ſuſcitantur à ui

Li. 2. cap. 14.

Ex Aetio loco ſtatim citato.

Li. 31. cap. 6.

phar

pharmacum, illa ſecundum naturam eſt, hæc artis fit miniſterio. Quam ego etiam cauſam intelligo, quare Paulus Ægineta prohibeat ſuccurri uomitionibus accidere conſuetis inter nauigandum, quod magna parte præſidio naturæ eſſe contendat.

Libr. 1. cap. 76.

¶ Cap. XIX. De ambulatione.

Facit eodē Celſus li. 1. cap. 2.

PRomptior & expeditior aliarum exercitationum quotidianarum eſt ambulatio. At hanc non utique planam commodiorem Celſus, ſed melius corpus moueri aſcenſus & deſcenſus uarietate. Meliorem item oſtendit, quæ ſub diuo, quàm porticu eſt: itémque (ſi caput patitur) quæ in ſole, quàm in umbra eſt. Vmbrā etiam magis laudat, quàm parietes, aut uiridaria efficiunt, quàm quæ ſubeſt tecto, recta itē magis, quàm flexuoſam. In quo etiam illud animaduertere licet, quod à recente quodam, ſed ueteribus omnibus philoſophis comparando Marſilio Ficino dictum accipio. Probabile eſt, inquit, arbores longa naturaliter uita dotatas, præſertim ſi etiam hyeme uireſcant, ad longam tibi uitam umbra, uapore, nouo fructu, ligno & quolibet intempeſtiuo uſu prodeſſe. Id ego tamen ita ſubſequor, ut uelim eas nihil graue olere. Nam ſunt quædam arbores, quarum umbra capiti humano grauis

In li. de producen. uita

Plin. li. 17 cap. 12.

eſt

eſt & noxia, quarum de numero iuglandium arborum eſt umbra ex teſtimonio Plinij. Sicuti taxi quoque uis eſt uenenoſa, licet per hyemem uireſcat. Toxicum nanque literæ unius immutatione à taxo deſcendere uolunt. Anteponitur tamen ambulatio, quæ per aprica loca fit, præter reliqua enim plurima, attenuat phlegmata, & euocat ſternutamenta. Hippocrates enim commendat matutinam deambulationem. Extenuat, ait, & modicè conſumit quæque circa caput ſunt leuiora, compactiora auditioniq; reddit obtemperantiora & uentrem ſoluit. Extenuatur corpus interim & purgatur, partim ſpiritu, partim tuſſi, partim ui caloris natiui excitati. Quod ſi uenter eſt uacuus, humorē ad ſe de corpore, capiteq; trahit. Capite uacuo utiq; fit auditus melior. Et alio loco citatius ambulare ieiuno ſtomacho uult præpingues & carnoſos: quietius autem macilentos. Subſcribit Polybus autor quidam huic ſententiæ, quam excipiens interpres Galenus: Celer motus, inquit, utpote calorem plus ſatis augens, corpus colliquat. Ex modico uerò motu calor mediocris tum ſanguinem felicius generat, tum nutrit plenius. Eoq; animantibus in εὐτροφίαν, hoc eſt, probam alimoniam ſimul uertitur. Inambulationis matutinæ uel etiā inchoatæ maturius utilitatem eleganter ſanè commendatam ab

Idem li. 16. cap. 10.

Lib. 2. de uictus rat.

Libr. 1. de ratio. ui. et Poly. in libel. de uict. priuatorū.

ab Alexandro Macedone legimus apud Plutarchum. Qui quum ſolitos obſoniorum artifices ab iecisset, longè ſe cōmodiores ſecum ferre dicebat: nempe matutinam profectionem ad condiendum prandium, ad cœnam uerò prandij tenuitatē. Et Dionyſius Syracuſanus à Lacedæmonijs ad cœnam acceptus, quum primo ſtatim edulio appoſito ſe negaſſet delectatum, reſponſum tuliſſe fertur à coco, Minime mirũ id uideri, condimenta enim defuiſſe: ſolicitus cognoſcēdi Dionyſius, quænam illa fuiſſent: alter, Labor, inquit, in uenatu, ſudor, curſus ab Eurota fluuio, fames, ſitis, his enim rebus Lacedæmoniorũ epulæ condiuntur. Sed quia curſus hic facta eſt mentio, & laboris intenti, ſcire te uolumus curſum ac deambulationem iugem ac perpetuam capiti nocere. Nanque trahitur ad infimas partes genus excrementorum omne, quapropter crura implentur eorum, qui nimium ambulant, ſicuti ſuperius etiam attigimus, quoniam de parte ſuperiori ad imam labitur & alimentum omne, & excrementum ex ſententia Ariſtotelis in Prob. ſuis. Quod ſi ambuletur per calida & arcta loca, temporibus item calidis partes externæ plus afficientur, & quidem per euocationem ſudoris corpus inſigniter attenuabitur. At ſuſcepta ambulatio per loca frigida contrarios habet effectus, carnem enim reddit conſtantiorem, & ſtoma-

In lib. de tuenda bona ualetud.

Ci. li. Tuſ. quæſtio. 5.

ſtomachum excitat, appetentiā augens ciborum. Partibus enim internis calorem auget membriſq; ad frigoris appulſum torpētibus, loca intima calore magis amplificato purgat efficacius. Verum hic quoq; ſua quædā eſt ratio ac meta, citra quam conſiſtas. Si enim per loca præfrigida ac niuoſa diu multumq; ambulaueris, periculū imminebit, ne in βουλιμίαν incidas, hoc eſt, appetentiā nimiā ciborum, ſiue frequentem famem. Quod uitium ferè ſequi ſolent defectio animi, interdū etiam nutricis facultatis pars læditur. Iam uerò iuxta locorum naturam, per quæ ambulaueris, corpus aliter atq; aliter efficietur. Extenuantur autem corpora ab ambulationibus factis per arida, dura et renitentia loca ac muſculos & neruos cruriū effatigant, quippe quæ moueant contentiones tam neruis quàm muſculis, quum enixu quodam uiolento peragitur ambulatio. Eadem eſt natura cuiuſcunq; laboris ſuſcepti aduerſus dura & renitentia, afficitq; neruos & muſculos ſeſe exercentis membri. Ambulatio autem facta per mollia cedentiaq; loca, laborē articulis ipſis affert, percrebreſcente flexu articulorum ex ſententia Ariſtotelis in Problem. Præterea nudis pedibus peractæ ambulationes ſiccant & refrigerant, ſed & uenerem creduntur reſtinguere. Per ſolem item feruidum minime ambulabunt, quibus defluxiones ca

Iuxta mentem Galen. li. 3. de cauſis ſympto.

Probl. 37. Sect. 4.

Probl. 5. Sect. 4.

pitis ſunt moleſtæ, quiq; debilitate aliqua laborant oculorum. Nulla tamen res peræque ualet ciendæ urinæ, quàm ambulatio paulò citatior, quæ tamen ſi ieiuno ſtomacho peragatur, utilis erit aluo citra laborantibus. Quo etiam ualere uult Celſus exercitationem quamcunq; ſupremas mouentem partes. Ambulationem itidem poſt cibum ægre toleraret idem autor in eo cui caput eſt infirmum. Exercitationem omnem robuſtam ſi ſequatur ambulatio, utpote lenior, utile iudicauit Hippocrates, ut quamuis purgare uideatur et attenuare, à tabe tamen corpus præſeruet, quæ fortaſſe natura fuerit exercitationis robuſtæ, quam non excipiat lenior faciliorq;, ut ſicca tabidaq; corpora efficiat.

Li. 2. de ratiõe uictus.

¶ Cap. XX. De iter agentibus.

NOn debebat peregrinantiũ iter coniungi exercitatiõibus legitimis: exercitiũ ac negocium uerius dicendum: ſed quia ſic caſus noſter tulit, ut quando de ambulationibus dicendum fuerat, earundem uarietates quoq; deſcriberemus, quas quidem etiam longe peregrinantium labor & conditio ſuſcipiunt, breuiter quædã afferemus ex uſu futura omnibus iter aliquod ingredientibus. Tametſi quoq; in peregrinatione reliquiſq; laboribus omnib. ea lege moderationeq; uti queat

homo

homo ſui iuris ac libertatis, ut iuſtæ quodammodo ſint exercitationis uice. Qui igitur uolet iter aliquod prolixũ ingredi, in primis dabit operam purgando corpori, ne perſpiratu multo, ut facile ſolet inter ambulandũ accidere, membra repleantur uaporibus & humores quoq; noxij in extrema corporis permeent. Cibis utatur boni nutrimenti & multi, ſed panis, ut ſi aliàs unquam in uita. Paul. Ægi. facilime docet euitari fatigationẽ, ſi inunctus quis & non fortiter incedat, baculum inſuper eo conferre dicit: nam per decliuẽ locum præmiſſus, corpus quod præceps quaſi ruere uidetur, ſeu conto cuidam innixum retinet. Rurſus quum aſcendendum eſt, ipſi annitentes baculo facilius in accliuia corpus promouemus. Præterea oſtendit faſcia longiore nõ ſolum lumbos, ſed ſpinam quoq; & pectus recte inuolui. Cibum docet Celſus recte ſumi humi dum à fatigatis, & aquam uel certe dilutam potionẽ ſumendam, eamq; maxime, quæ moueat urinã. Id ego ſic moderor, ut uellim ſtatim à quiete ſumpta poſt laßitudinẽ, interuenire tẽpus aliquod ante cibũ, ut in ſeſe calor undiq; diffuſus cogatur. Illud quoq; noſſe te oportere Celſus monet, quod ex labore ſudanti frigida potio ſit inutilis, atque etiam (quum ſudor ſe remiſit) itinere fatigatis. Cum eodem facit Galen. quoq;, docens intempeſtiuum aquæ frigidæ uſum

Li. 1, ca. 55

Li. 3. ca. 3.

2. de cau. ſympto.

frigidam intemperiem efficere, interim in uniuerſo corpore, interim in origine neruorũ ac in alijs quoque partibus, præſertim imbecilioribus natura, quin effatim refrigerato iocinore ab aquæ frigidæ intempeſtiua potione ſequi quandoq; conſueuit hydrops. Et Dioſcorides inter lætalia uenena locum quoq; facit aquæ frigidæ uniuerſim raptæ ac ſine interſpiratione potæ ſtatim à curſu aut laborioſis exercitijs. Eandem quoque uim ac naturam tribuens mero, ſi ſimili modo hauriatur. Laudatur ab Auicenna potus lactis ad mediocritatẽ uſq;, à quo pars butyroſa (ut ſic dicam) dempta fuerit, fructus quatenus liceant iter peragentibus ſuo loco dicetur commodius. Cibi quoque ſitim excitantes cauendi, ut piſces & ſalita dulciaq; omnia, æſtus ſolaris cauendus. Quamobrem præſtiterit calidis temporibus per meridiem quieſcere, quamuis quies quocunque anni tempore ſtatim à cibo peregrinantibus ſit neceſſaria. Laudatur in cibo etiam eſus butyri, tanquam fluida faciens corpora, quæ quidem laßitudo ſudorque conſueuerunt exiccare. Ieiunium matutinum fortaſſe melius commutaueris modica refectione, idque certißimo, ſi nebuloſus, craſſus, frigidusue aer erit. Aduerſus cuius noxam pluſculũ panis cum allio utiliter eſtur. Quo quidem tempore uinciendæ manus dactylothecis, & caput præcipue tuen-

Li. 5. de locis affe.

In ſexto.

tuendum à frigore, ut ſi quæ alia. Certe Auicenna putauit uix nos ſatis munire aduerſus frigoris noxas poſſe. Nec uerò ſi planè frigidus uenias, ilico uehementi ignis calori corpus obijcies, læſionem hoc pacto nonnullam percipies, ſed paulatim expectanda calefactio corporis, ingreſſurus diuerſorium iam peracto fermè itinere aliquid remittes de feſtinatione itineris, ualebit id ad refocillationem aliquam membrorum: ſenſim enim remittendos labores omnes, aliâs docuimus. Longa ne interueniat itineri tuo ſitis caue. Igitur commode tibi adhibueris utrem uiatorium anguſto ſiphone, ex quo ſæpius liceat ſorbere paululum, eligito uinum aliquod rubellum, aut certe minus ualens album. In omnibus ſiquidem laboribus bilem augere aptis (quorum in numero principem ſibi locum uendicat iugis & diuturna peregrinatio) præcalida uitentur uina. 1. Fen. 3.

¶ Cap. XXI. *De exercitationibus omnium leniſſimis.*

SVnt hæ quidem, quæ ſtando ſedendoue fiũt, uix tandem pro exercitationibus habendæ, niſi quod actus ſtandi ipſo ſenſu & comparatione ualidior eſt quàm ſedendi, ſedendi quàm iacendi. Standum aliquantiſper nobis ſtatim experrectis, dein mollius inambulandum, idem facien-

dum ſublata menſa, inter ſtandum procumbendum pectore putant. Qui tamen uertiginem capitis pati conſueuerunt, haud ita diu mane ſtabunt, quod uertigo capitis haud ita ſedentibus, ut ſtantibus oriri ſoleat. Cauſam uolunt philoſophi, quod uertiginoſis quieſcentibus humor plus in cerebro conſiſtat. Motis uerò manifeſto ſeſe oſtendat, facitq; uertiginem in unam partem conſertim declinans. Ideò etiam crudi humores ſuapte natura moueri ſpargique non poſſunt, ſed concidunt. Stantibus autem nobis quieſcunt humores uertiginem facere apti. At ſedentibus motus fit, & humor æqualiter diſpergitur. Sed tamen ſenibus inhibemus, ne diu multumq; ſtare uelint, præſertim quibus natura pedes ſunt debiles. Nec pueri priuſquàm iam perfecte ingredi cœperint, ad ſtandum ſunt cogendi: laudant Plato, Ariſtoteles & Galenus eas exercitationes pueris concedi, quas etiamdum per ætatem perferre poſſunt, in prima illa ætate geſtatio & ſuſpenſio motioq; in cunis laudantur. Deinceps uſque ad annum quintum labores perferre non ſunt cogendi, nec ante ſeptimum equitabunt: quia tamen ob plurimum calorem natura quieſcere nequeunt, nec corpore, nec uoce, ſed ſemper moueri, ac loqui geſtiunt, quaſi cum uoluptate ſaltantes, ludentes, aliosq; uarijs uocibus acclamantes,

præpa-

præparari ipſis motus quidã debent pigritiæ cor poriſq; uitandi cauſa, quod ſi crebro ſtare ac interim onera geſtare cogentur, profecto à tanta mole pedes uitiabuntur, debent igitur ipſis præparari motus & actiones & ludi, ut ille docet in Polyticis, qui neq; illiberales, nec laborioſi ſint, nec remiſsi. Faciet hoc ad incrementum corporum quoque, & ad ualetudinis futurũ robur. Porrò quod ſedendi actum in exercitationum numero habui, id eatenus toleratur, quatenus illic plus apparet laboris quàm iacendo. Aſtringit alioquin ſedile, ut à Celſo obſeruatum uideo: frigidum ſedile caueant, quibus inferiora corporis membra ſiue natura ſiue morbo aliquo forte debilia contigerũt: quod niſi fiat, malum ipſum grauabitur. Nimium etiam ac frequenter ſedendo factum exercitium reddit corpora noſtra pigra inhabiliaq; ad labores & exercitia quæ ſub diuo neceſſario fiunt. Quæ etiã ratio eſt, quare Vitruuius in libro ſuo de re militari, & Liuius à militia reijciant exercentes operas ſellularias, Apuleius ſedentarias ſua ille affectatione dixit, ut ſedentariam, inquit, fatigationem inceſſus uegetatione diſcuterem. Li. 1. ca. 3.

¶ Cap. XXII. De cibo & potu.

IN laudem abſtinẽtiæ, hoc eſt, tẽperati uictus, medicos omnes parib. paſsib. cõcurrere uideo,

nec medicorum ſolum hæc uirtus honeſtata eſt cõmendatione, uerum etiam Dei D D.*q; tanquã faciens ad bonos mores, & laſciuiã carnis cohercere potens.* In *media ingluuie temulentiaq́; multa, peßima legimus admiſſa facinora, inſuper audimus, & quotidie fieri cernimus, quò minus in conquirendis longius exẽplis ſtudioſos nos eſſe oportebit.* Abſ*tinentiæ comes, conſilij ſanitas haud ita facile nos ruere procliues in uitia faciet, ut ne interim omittamus egeſtatem & miſeriam, neceſſario ſequentes ad intemperantem uictum, ac dedecus infamiæ quoque: quod tamen noſtri ſit officij promittere, nunc accipe,* V*ſus mediocris cibi potusq; calorem ingenitum, & uires hominis confirmat, membra bene colorata, & ad quaſlibet actiones expeditiora reddit: ſi bonus eſt interim cibus ac potus, ſanguinem quoq; laudabilem creat.* Intemperatus *autem ac promiſcuus cuiuſq; generis cibi potusq; uſus, cõtraria quæq; efficit.* Nam *obtundit & hebetat calorem uitalem, ſanguinem uel gignit labilem & inconſtantem, uel adurit, certe illaudatum creat, frigidiora item corpora facit.* Ex *quo eſt neceſſe ſequi mortis accelerationẽ, ſequitur item eiuſmodi uictum obſtructio uiſcerum, apoplexiam hæc & febres & apoſtemata minari conſueta.* Iam *minora illa paucis attingã, quamuis magna utiq; uideri debeant, utpote, de-*

color

color uultus ſpecies, & profundi fœtorem barathri ſpirans guttur, dentes luridi à deflexu uidelicet materiæ rheumaticæ ſeſe illic agglutinantis, oculorum caligatio, aurium hebetudo, & inſtar tinnitus illic ſeſe manifeſtans ictus, frontē & caput totum circūſiſtens dolor. Mala hæc ſtomachi grauitati indiuidua, tremor membrorū ac inutilitas eorundem ad quæq; obeunda munia, & obliuio anteactorū dictorumq;, mens ſtupida, ſuiq; parum compos, frigoris interni ſingularia ἐπιγνώματα. In cuius quidem argumēti cōprobationem, ſcriptum legimus apud Galenum in commentario ſuper quodam Aphoriſ. Hippocratis, ſic habente, Eunuchi podagra non laborant, neque calui fiunt. Quod ætate Hippocratis pauci podagra laborabant, propter uitæ moderationem & temperantiā: noſtris uerò tēporibus, inquit, uſq; adeò auctis edulijs, ut nihil eis addi poſſe uideatur, infinita eſt podagricorum multitudo, quum nonnulli ſint, qui nihil exercitentur, & cruditatibus atq; ebrietatibus offendantur, & ante cibū bibant ualida uina, ac Veneri dent operam. Non nulli uerò & ſi non in his omnibus, in uno ſaltem aut duobus ex his quæ dicta ſunt delinquant: ſed quum peccatum fuerit magnum, ſæpius in uno ſaltem eorū, quæ diximus, deliquiſſe ſat erit. Ob hāc igitur cauſam Eunuchi etiam podagra corripiun

In cōmen- ſuper Aph. 28. part. ſexta.

De hoc uſu lege Pl. 14 li. ca. ul. Et Suet. in uita Tiberij.

tur quamuis uſum nullum habeant Veneris. Talis enim eſt eorũ deſidia, inſatiabilitas, ebrietasq́; ut etiam ſine Venereis podagra corripi poßint. Hæc eadem de omni articulari morbo dicta, uult autor exiſtimari. Quod ne mirum tibi uideatur, documento eſt nominis peregrinitas. Simul forte cum luxu Aſiatico & moribus, & morbi nomen in Italiam migrauerunt. Primus, quod opinor, Cornelius Celſus per periſtaſin articularem eius generis morbum omnẽ expreßit. Quamuis quod ad diuturnitatem temporis attinet, quo quondam apud noſtros morbus extiterit, & prima morbi exordia, Serenus Sammonicus Ennium articulari morbo laboraſſe doceat, podagræ tamen ſigillatim mentione non facta.

De hoc aliquid Pli. in 26. ca. 10. et alibi quoque.

Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua,
Hoc uitio tales fertur meruiſſe dolores.

Et Cicero in Epiſtolis ſuis iocans in L. Papyrium, Pætum quendam ex pedibus laborantẽ. Non enim opinor, ait, coquum te habere arthriticum, quaſi indicaret Papyrium quoq; ſimili morbo implicitum. Sed hæc quomodocunq; tandem habeant, conſtat priſcis illis frugi temporibus articulorũ morbis homines minus corripi ſolitos; quod ex uictu abundãtiore, præſertim humidiore, articulorum commiſſuræ & muſculi imbuantur humore pituitoſo, cauſam præbente uidelicet tantis

Lib. 9. epi. familiari.

dolo-

doloribus. Quamuis etiã fiat à frigore membrorum inſtrumentalium dictorum, quò pertinent etiam quæ paulò ante diximus. Ne autem uana quis omnium putet, quæ ſtatim tradidimus de utilitate dietæ temperatæ & nocumentis intemperantiæ, legat citationem Hieronymi in certa epiſtola, cuius ſanè titulum memoria excidiſſe ingenue fateor, ſed tamen eius ſententia eſt, quoſdam olim morbo articulorum & podagræ laborantes doloribus, proſcriptione bonorum ſuorum ad ſimplicem menſam et ad pauperes cibos redactos conualuiſſe: Caruerant enim ſolicitudine diſpenſandæ domus, et epularũ largitate, quæ et corpus frangũt & animũ. Sed habet ſuos modos quoq; cibi abſtinentia. Non enim conuenit iuxta inediã eſſe ſatietatem, nec contrà: ſic ut longo interuallo abſtineas, cibo poſtquàm plenius factũ eſt corpus. Quin autorẽ habeo Ariſtot. in Proble. Eos tabẽ plerunq; affici, qui uitam agere in luxu & intemperantia conſueti, ſeſe conuertunt ad tenuitatem & abſtinentiam. Quod quidem accidiſſe Dionyſio Syracuſano in obſidione ciuitatis ſuæ prodit. Cauſam adiungit autor, quod quum conſuetudo diuturna in habitũ naturæ fere abſoluatur, fit, ut qui morem mutant ſolitum, ægrè moleſteq; diſcedant ex conſuetis, & eodem rediſſe ſibi ſaluberrimum cenſeant: haud aliter, quàm ſi ſe diuerſos

Galen. in cõmen. ſuper Aph. ult. libr. 3.

Proble. 1. Sect. 28.

ad ha-

ad habitum naturæ ſentiant. Tabeſcunt igitur eo carente alimento, quo prius copioſe ſuauiterq; ueſci ſolebant. Igitur, quum à conſueto uictu receſſerũt, perinde afficiuntur, ac ſi nulla re ueſcantur. Sed ut ego rem luculentius interpreter ex autoris ſententia. Neceſſe eſt uitiata prius facultate attractrice, reliquas quoq; facultates: nempe digerentem & nutrientẽ deficere. In quam ſententiam mecum coit Gale. quoq; in cõmentario ſuper Apho. Hippocra. docens, uentriculũ auidius complecti, quæ cum uoluptate aſſumit. Quod ſi ſecus fiat, ſequi nauſeas, flatus, & fluctuationes. Celſus poſt potiones multas ſitim excedentes abſtinentiam cibi imperat. Cauſam opinor, quia uentriculus frigoris imbecillitatisq; uitio tum plùs laborare circa cibum perficiendum cogeretur. Et eodem capite, Nunquã utilis eſt nimia ſatietas, ſæpe inutilis nimia abſtinẽtia. Nulla igitur res, inquit, melius adiuuat laborantem, quàm tempeſtiua abſtinentia. Quod ſi laboranti utilis eſt ſuo loco abſtinentia, quid putemus eandẽ præſtare ſanis utcunque hominibus abſtinentiam poſſe? Hic tamen generalis eſt canon à tota medicorum natione propoſitus, ut ſæpius per diẽ, ac ſingulis uicibus modicum quid edant, quos offendit abſtinentia forte longius interpoſita. Qui uerò iuſtum cœnæ modum implent, his, ut in ſuo genere, abſtinentia

In 2. Hip. Aphor.

Li. 1. ca. 2.

Et lib. 2. cap. 15.

quoq;

quoq; neceſſaria, ſic, ut appetentiam cibi & potus ad extremum cœnæ ſpatiũ coherceant, meminerintq; potius citra cõſiſtendũ, quàm ulterius iusto progrediendum. Corrigent eam pœnitentiam & emendabunt (ſi quæ modo futura eſt) ſanitatis ſecuturæ commoda. Saturitatis enim terminos non appetentiæ libidine, ſed naturæ neceßitate definire debemus. Statim enim, quàm ſatis factum erit naturæ, compreſſum os ſtomachi adiuuabit tum concoctionem, tum diſtributionem cibi commodiorem celerioremq́;, quarum facultatum impedimentum ferè ſequitur à cibo potuq́; pleniore. Quod ſi in reliquis caſib. humanis præſentiũ malorum breui finiendorum ſpes ſolari nos ſolet & expectatio melioris euentus ſuſtinere animos. Certe ualebit in præſentis abſtinẽtiæ ſiue potius temperantiæ ſenſu uerius, quàm moleſtia propoſita noſtris animis cogitatio, & ſpes amœnitatis impetrandæ ex ſecunda ualetudine. Quanquam ne hic quidem moleſtia eſt ulla, niſi in deſuetudine, et tamen hac in meliorem uſum mutata, ſi à lenſis ingrediatur initijs bona conſuetudo, corpore utcunque ualẽte, ſeipſa quotidie fiat leuior, ac ſubinde iucunditas ſingularis animo percipiatur ex depoſito more uiuendi prauo & infami. Quibus igitur forte fortuna non contigit inſtitutio à primis annis optima, nullum tamen tempus ſerum ſi

bi

bi putent, quo ad normã abſtinentiæ uitam ſuam corrigant, illudq́; Plutarchi præceptũ perpetuo uerſent ſecum ac obſeruent quoq; quo ille ſcripſit, Optimam uitæ rationẽ deligendam, futurum, ut hanc iucundam efficiat conſuetudo: & ut uerbis Lucretij utamur, Conſuetudo cõcinnabit amorẽ.

In li. de tuen. bon. ua.

¶ Cap. XXIII. De uario uſu cibi & potus.

Circa ciborũ & potus obſeruationẽ difficilia uariaq́; ſunt præcepta, ac impedita ualde ratio tradendi. Qua in re nos ordinem aliquẽ ſequemur & diſtinctionẽ rerum tradendarũ, ut in tanta uarietate confuſioneq́; fieri poſſe ſperamus. Temporum igitur anni ſi uelimus rationem habere, omnium conſenſu medicorũ, pleniore nos cibo uti conuenit per hyemẽ, eoq́; aſſo, carne præſertim: parciore potu, & eo quidem meraciore, ſi Hippocratem audimus. Hoc tempore ne holera ſumito, ſic enim corpus calidum & ſiccum erit. Cauſam habemus ad manũ, quoniã eo tempore anni plurimum aceruatur pituitæ, tum ab himbrib. numeroſioribus, tum à noctibus longioribus. Oribaſius & Ægineta hanc diſtinctionẽ addunt, ut uelint Aquilone flante cibum nos plus, quàm ſpirante Auſtro augere, utq́; conemur humidis temporibus corpus ſiccum reddere, & frigidiore aere calidius. De holerũ uſu ſic diſſentiunt ab Hippocrate,

Libr. 1. de rat. uictus.

De aßis cibis aſſentitur Polyb.

Idem in li. de hominis natura, & Diocles in epi. ad Antigonum regem.

pocrate, ut ſaltem acriorum uſum permittant holerum. Polybus ita demũ uariat, ut parciorẽ eſum holerum largiatur per hyemem. Cuius ſententiam diſtinguit interpres Galenus, ut putet braßicam eſſe ex holerum deſiccantium genere, eoq; commodet per hyemem eſitari: quare non conceßiſſet ille uſum atriplicis & bliti, ac recentiorum holerum. Celſus concors cum reliquis, ut modicè ueſcendum putet holeribus, tamen elixam carnem imperat potius, quàm aſſam. In quorum ſententiam ego potius inclinẽ, non facile inuenio, certe diſpares in ſe habet proprietates tam elixa quàm aſſa caro, ſi uera narrat Ariſtot. Hæc extra aridior, intus humidior: illa intus aridior, extra humidior. Pituitã igitur ſi uitare cupiemus, frequentiorem uidelicet hyeme, partem carnis manducabimus ſicciorem. Certe Galenus in comment. ſuper Polybũ, carnes aſſas reponit inter calefacientia & deſiccantia, tanquàm ſi præparandi aſſandiq; cibi rationem attendimus, dißimilis hæc eſt pleriſq; nationibus, quum Germanos & Gallos probius uideã aſſare carnem, quàm Italos & Hiſpanos. Et tamen ſi cruſta aſſetur ſupra modum ac ſubito, & humor introrſus cogetur & cruſta bilem atram incruſtabit. Deniq; Celſus ipſemet carnem elixam refert in cenſum refrigerantium. Sin uero conſuetudinẽ priſci tẽporis conſiderabimus,

In li. de ratio. uictus priuati.

Li. 1. ca. 3.

In lib. de ſomno & uigilia.

De rat. uictus priuati

li. 1. ca. 16.

mus,quæ tenuerat,ut ſemel hyeme per diem cibũ caperemus,ualebit Celſi ſententia. Siquidem caro elixa magis cõferet aluo mouendæ, cuius ſanè aſtrictionis inter reliquas cauſas eſt, unica per diẽ cibi refectio. Eoq́; ſicca exiſtente aluo prandium quoq́; per hyemẽ imperatur,quo de uſu ſemel biſue interdiu cibandi dicemus aliâs cõmodius. Ab hyeme ſtatim quò plus ad uernum tempus acceſſerimus:ita demum aliquid dememus cibo,uinumq́; paulo magis diluemus,aut minus ualens potabimus. Laboris par propè ratio erit, ſic tamen ut pluſculũ remittas:ciboſq́; molles non multos,obſoniaq́; elixa,crudaq́; & decocta holera non multa comedito. Per æſtatẽ uerò pultem mollem pulmentumq́; & obſonia elixa, comedito, largiuſq́; potato & dilutius,quo corpus frigidum & molle ſit. Quieſcere item à laboribus expedit & cibũ minuere,ſolem feruidũ quantũ fieri poteſt declinare: breuiter adhibere oportebit omnia quæ ad refrigerandum & humectandũ pertinent. At uerò iam autũno adueniente ſingularis habenda uictus ſolicitudo eſt: quod hic inæqualis & inordinatus quum ſit, multos magnoſq́; morbos inuehere ſoleat. Frigus utiq́; uitare oportebit,& meridianũ ſolis calorẽ:quam ſententiã delibauimus, quum diximus de aere. Cruditatem etiam deuitare,quam quum ob temporis inclementiam facile

Idem lib. 2. cap. 29.

Hipp. li. 3. *de rat. uict. & Celſ. ca. 3. lib. 1.*

Hip. li. 1. de rat. uict. Et Oribaſius in li. argumenti eiuſdẽ. Et Æg. li. 1. ca. 53. Et Poly. in li. de rat. uictus pri.

contra

contrahas, tum fructus quoq; eo tempore matureſcentes nouitate gratiaq; ſaporis allicientes ſuſcitare conſueuerunt. Non copia ſui tantũ inutiles, ſed natura quoq; uitioſos humores & inflationes ſuſcitare apti. Etenim præſtantiſsimi fructuũ utpote ficus & uuæ flatus pariunt corrumpuntq; cibos, niſi ante alios præſumantur, ita uerò neq; inflant, neq; corrumpuntur: tutiores tamen ficus unus. In æſtate tamen quũ ex itinere ceſſamus pauxillũ cibi ex fructibus æſtate prouenientibus, potioq; modica conuenit. Qui tamen fructus ita demum minus erunt noxij, ſi panem admiſceas. Abſtinendum etiã autumno à potione frigida, cibus ſiccior ſumẽdus augendusq; pluſculũ, pocula minora meracioraq; proderunt. Hoc etiam pacto tutiorẽ ſequentibus te ſeruabis temporibus. Decurſo uerò iam eo anni tempore in hyemẽ uſq;, ita demum attemperabis uictum, ut propior hyems acceſſerit: nã iam de ſua malicia remittet aliquid autumnus, ubi uerò aer frigidior euaſerit, corpus pro frigoris ratione calefacere, & omnia peragere ceu hyeme iam inſtante oportet. Illud quoq; ſciendum ex Dioclis Cariſtij ſententia, initium hyemis habere ſuas noxas quoq;, et pituitã in eo plus cæteris hyemis partibus redũdare. Quamobrem tum acerrimum ſuauiſsimũq; uinum aſſumere, & pinguibus uti oportebit, & exercitari plurimum.

Galen. li. 2. de facul. alimen.

Ægi. li. 1. cap. 55.

Idem ca. 55

In epiſt. ad Antigonum reg.

Sed quò rectius meliuſq; uictum inſtituere poßis, exploratam habebis notitiam cuiuſq; generis ciborum, in uſum noſtrum uenientium. Itaq; dilatis ad breue tempus reliquis ad diſpenſandam uictus rationē neceſſarijs, ciborum exordiemur naturas et proprietates, idq; ex decreto optimorū uetuſtißimorumq; autorum, qui ſi quandoq; uariare uidebuntur, aut ſuimet interdū dißimiles, quantū quidem licet cōponere litē, & ambiguitatē tollere, conabimur. Quod quidem ciborum cognitio apprime nobis ſit neceſſaria, uel hinc liquet, quod cibi ſuos effectus manifeſtè exercent in corpora quæcunq;, ſicuti & ipſi à noſtris etiam corporibus uicißim patiuntur aliquid, nempe tranſmutationem ſui in chilum. Quæ & ſi notior res eſt, quàm ut indigeat explanatione, tamen ut rudibus quoque ſatisfaciamus, uerba Galeni afferemus. Sic enim habet in comment. ſuper Apho. Hippo. Cibi ac potus naturam aduentitiam efficiunt, maxime quidem in uentriculo, cum hoc uerò & in alijs partibus. Nā & ſi maxime obtineantur & tranſmutentur à corpore, ipſum tamen quodammodo pro ſui natura diſponunt, ita ut proceſſu temporis multa fiat permutatio ac ſimilitudo nutritorū ad nutrientia. Eadem quoq; mens fuit Platonis in legibus, ubi docet cibos ex terra productos corporibus commodos aut incommodos, & per hoc

In cōment. ſuper quinto Aphor. Hippoc. particu. 3.

Lib. 5. de legibus.

animis

auimis quoque, ſic ut uideamus alibi humanos & mites alibi difficiles et proteruos. Quod uerò uicißitudo quædam ſit perpetua functionum naturalium corporum & ciborum, exemplo quodam monſtratur à Galeno in libro de Temperamẽtis, de lactuca, quæ quidem partim medicamẽti uſum præſtat, partim cibi. Quatenus quidem medicamenti eſt loco, qualitate ſua refrigerante præſtat, ſomnum uidelicet conciliando, & Venerem inhibendo: quatenus autem nutrit & ſanguinẽ auget, nutrimenti eſt uice, & à noſtris corporibus per agglutinationem transſmutationémque ſubſtantiæ ſuæ ad membra noſtra aliquid patitur. Sed enim in cibis tam nutriendi, quàm medendi facultatem obtinentibus manifeſtiora apparent qualitatum ſuarum ueſtigia. Quod enim magis excedit, ui ſua magis agit in corpus, ſubſtantia quidem cibi nutriendo, qualitas afficiendo corpus noſtrum. Quod ſi aliqua qualitate cibus inſigniter excedat ab huius frequenti uſu monet abſtinendum Galenus, ceu ſunt allia, cæpe, naſturtium, porrũ, ocymum, braßica, & eius generis alia quædam, cibationi noſtræ uulgo apta credita. Sunt uerò & cibi quoque non poßidentes medicamentoſam uim, ſed tamen ſubſtantiæ ſuæ malicia ſi frequenter ſumantur κακοχυμίαν, *& per hoc quoque uarios parituri morbos. Vnde docet Galenus loco*

De hoc Gale. lib. 3. tempera.

Lib. 1. de diffe. feb.

Iterũ li. 2. temperam.

prius citato huiuſmodi ciborum uſu frequētius interueniente, interdum aliquod uiſcerū lædi, plerunq; autem cutem, quoniā in hanc excrementa in corpus ipſum paulatim forte collecta naturæ ui expelluntur. Hinc igitur ſolent uarij generis morbi, cācri, phagedænæ, herpetes erodentes, carbunculi, milleq; alia bulcerum genera à cibis ſucci uitioſi oriuntur. Quod ne mirum tibi uideatur, refert Hippoc. in oppido Aeno Thraciæ in magna cuiuſdam difficultate annonæ populos leguminibus uictitaſſe, crurumq; tumores & dolores ideò contraxiſſe. Sit igitur hic tibi perpetuo tanquàm ſcopus ante oculos propoſitus in cura ſanitatis, ut mundis euchymiſq; cibis utaris. Nam ut in capite de febre peſtilentiali idem autor ait: Quæcūque enim corpora munda ſunt ac minimum excrementi colligentia, nonnlla quidem nihil, nonnulla uerò minimum mali ſentiunt, ac facile ad naturalem habitū reducuntur, ſi paululum quid aberratum fuerit. Quin ſi utiq; cibus facilis ſit concoctionis, dum tamen fuerit mali ſucci, abſtinendum monet Aetius ſenſim enim ex his progreſſu temporis irrepit deprauatus humor intra uenas collectus, qui qualibet leui occaſione putrefactus maleficas febres accendit. Et Galenus prauos cibos & potiões appeti dicit ab ijs, qui uitiatis abundant humoribus, & hanc appetentiam paulatim

Idem lib. 3. de cau. ſympto.

Li. 2. Epidem.

Lib. 3. de diffe. febr.

Libr. 2. ca. 250.

Lib. 1. de cauſ. ſym.

tim augeri ſimul cum ipſius conſuetudine uictus. Ex quo fit ut iam minus miremur ab hominibus guloſis appeti fumo duratos repoſitosq́; piſces ac carnes, idq́; inter medias potationes frequenter. Qui igitur corruptis aut alienis ſaporibus delectatur, manifeſtam apud ſe coniecturam habet retentorum, præſertim in ore uentriculi prauorum ſuccorum. Qui uerò à naturali temperie non declinat, maximam ei uoluptatem afferunt cibi dulces pinguesq́;, quod hi omnes corporis ſubſtantiæ ſint perquàm familiares. Cæterũ illud quoq; ad meliorẽ intelligentiam, ex eodem autore duximus adijciendũ, quod quatenus à naturali temperie natura receſſerit, contrariã nos uictus rationẽ ſequi debere, ut ſucci contrarij cibos aſſumamus, quàm ij ſunt qui morbum excitauerunt: nempe ut craßis tenues, tenuibus craſſos opponamus; lentos ijs qui ſecãdi uim habent, acuentibus lenes, frigidos calidis, utq́; hos illis ſiccis humectantes, humidis aridos. Vt igitur ciborum naturam cognoſcas, ex ordine ipſos proſequemur, qui quidem nobis in uſum quotidianum ueniunt. Ac primo quidem de leguminibus & holeribus agemus.

¶ Cap. XXIIII. De natura ciborum & potus, ac primo de leguminibus.

LEguminum omniũ uis & natura eſt flatum excitandi, melancholicumq́; ſuccũ creandi, eoq́; aut nõ edenda, aut certe parcius edẽda ſunt. Quanquam coquendi condiendiq́; ratione fieri poteſt, ut maliciã ſuam aliquantũ deponant. Solæ fabæ uim inflandi perpetuò retinent, niſi quod minus inflant fabæ integrè coctæ quàm tritæ in farinam Oribaſio teſte. Refuſa enim priore aqua, & in noua decocta legumina minus inflãt, ſic tamen cocta crediderim difficiliores euadere ad digerendum: quæ quidem natura eſſe ſolet omniũ ciborũ ſæpius decoctorum, quod quum aliâs uerum ſit, de leguminibus affirmari poſſe nemo dubitet. Nã quum ualentiſsimi eſſe nutrimenti cenſeantur, naturæ in eis digerendis maior labor & difficultas obijcitur. Poteſt autem in omnibus dapibus quicquid flatuoſum cõtinetur, per caleficentia & extenuantia corrigi. Omnium tamẽ leguminũ mihi craſsiore ſucco cõſtare uidetur faba, quod & corticis duricie manifeſtatur. Quin ſi credimus Cic. Pythagoreis interdictus olim eſus fabæ fuerat, quãuis Aulus Gel: diſſentiat, quod inflationẽ magnã is cibus habeat trãquillitati mentis quærenti uera contrariã. Certe ſi quibus alijs, ſenibus omnibus et melancholicis eſt à cibo inflãte abſtinendũ, quod ipſi natura quoq́; obnoxij ſint inflationib. Solẽt præterea inflãtes cibi Venerẽ excitare. Ha

Libr. 3. de confect. ci.

Gale. lib. 1. de facult. aliment.

Li. 1. & 2. de diuin.

bẽt tamẽ hoc boni fabæ præ piſis, quod citius per uentrẽ euadunt, minor tamẽ inflandi uis eſt ipſis, quã fabis. Phaſeoli etiã licet inter ualde inflantia numerentur à Dioſcor. ſic enim ille habet, φασίο- Lib. 2. cap.
λος φυσώδης πνευμάτων κινητικός, quaſi dicat & 255.
flatus copiã, & ſpiritus in tumorẽ ſublatos gignere phaſiolũ, uel ut Columella nominat phaſeolum. Tamẽ ab Aetio ſimul cum ipſis phaſeolus quoq; & ochros, id eſt eruilia paſsim dicta, numerãtur inter ea, quæ medij ſunt generis, hoc eſt, inter flatuoſá & flatu carentia. Cõcors cũ Aetio Gale. il- Li. 1. de fa-
lud inſuper addit, phaſeolos et ochros mediũ quo- cul. ali.
dãmodo locũ tenere inter cõcoctu facilia & difficilia, tardè citoq; tranſeuntia, parũ alentia et multũ. Eruũ idemq; orobus à pleriſq; eſſe putatur, q. Linſen uocãt apud Germanos, coniecturã accipientibus à ſiliquæ figura, quod teres ſit, et cylindri ſpecie, & quod grana ſine ſepto habeat ut piſum. Certe genus fuit cibi dãnati tẽporib. Gal. et inſuaue guſtu, et praui ſucci habitũ. Si tamẽ diutule macerètur in aqua inſuauitatẽ deponet inſtar lupinorũ. Lẽtis uſum reprobat Gal. ut eo frequẽter ueſcentes incurrere dicat elephantiaſin & cancrũ, lente tamẽ qui ueſcerẽtur æqui animi fieri hoĩes, putauit antiquitas. Inde dictos uolũt lentos homines deriuatiõe quadã, ut qui nullo mouẽtur affectu Pli. lib. 18.
uehemẽtiore. Putat Hip. leguminũ oĩm minorem cap. 12.

Libr. 4. de uict. rat. in mor. acu. Lib. 1. de facult. ali.

eſſe noxam, ſi cum alijs cibis edātur. Galenus certe non permiſiſſet hominem ſuæ curæ traditum, ueſci leguminibus cum ſalſis carnibus, eò quod futurum ſit, ut craßi humores hoc pacto augeātur. Salſæ nanq; carnes pariunt craſſum & melancholicum ſanguinem, ex quo fit, ut intelligam nihil, aut certe minus offenſum Galenum fuiſſe, ſi unà cum cibis calidis & attenuantibus legumina comedantur, ſicuti retro quoq; ex eodem autore monuimus. Ego fere ſoleo legumina eſui aptiora ſic temperare, ut paululum inijciam croci & cynambmi: nam hoc pacto aliquid terræ proprietatis ſuæ deponunt. Adijcio item duas zingiberis, unam piperis partem aliquantum etiam cymini, quò facilius ſecedant, ad extremum aliquid aceti uiniúe & butyri admiſceo. Præſtat tamen non excoquere legumina, ſed eouſq; dum tertiam quartamúe partem aquæ aſſumpſerint, & aquam adhibere quàm leniſsimam ceu pluuialem. Nam & hac citius coquentur, & molliora euadent, & digeſtioni minus præbitura ſunt laboris. Ius leguminū in uſu ſanitatis curandæ magis cōuenit, quàm cibandi corporis, præſertim ius piſorum alborū. Valebit enim ad amoliendas uiſcerum obſtructiones, & ad mundationem uaſorum, quæ uulgo uocant colatoria, ceu hepatis, renum et ueſicæ. Illud poſtremo minime prætereundum, quod & ſuperius

Li. 2. 6. Epidemi.

rius

rius modice attigimus, annotatum ab Hippo. in Epidemijs, à multo leguminum eſu ſequi pedum dolores & tumores, eosq; haud ita facile deſinere. Quod ſi quis copioſe utatur piſis & eruo, ſequi genuum dolores, deniq; facere huius cibi iugem ac frequentem uſum iracundos & diſcolores, triſtes, pauidos, ac totum inſuper corpus affici, ex eodẽ collegimus autore. Periclitatamq; in partus editione fœminam fuiſſe cõmemorat, ratione collecta ex leguminum frequenti uſu, difficillimæ cuiuſdam annonæ tempore. In 2. Epid.

¶ Cap. XXV. De holerum natura & uſu.

IN libello ſuo de facultatibus alimentorum docet Galenus præmittẽdos frequẽter eſſe in menſa cibos facilis trãſitus, qui lubrica ſua ui reliquis cibis ceu præmuniant uiam. Nihil utiq; referre arbitratus ſi mali ſint ſucci priores, ſed caue, ne diu moreris, quin ſtatim ſic incœptam continues cœnam, & meliores ſucci cibos ſupermandas. In quam quidem ſententiam docemur, ab holeribus recte incipi cœnam. Celſus reliqua forte aſſenſurus, olei tamen gariq; mixtura condiri uult holus hoc quærens, quantum percipio, ut ne tranſitum moretur holus, ſed ſtatim elapſum per uentrem malitia ſucci ſui minus noceat. Et reſpexit ille forſitan ad ſtomachi debilitatem quoque tranſmit-

Li. 1. Itẽq; Aetius li. 2 cap. 260.

Celſus in primo, capi. 2.

tere ſtatim holus acceptum nequeuntis, quæ tamen ſi multa eſt, oleum nequaquam porrexero. Quod ſi humidi cibi, lubrici, ac parati ad facilem deiectionem poſtremo ſumantur, prius acceptis aliquid de ſua impertientur putredine. Ex quibus tandem rationibus colligo non ſemper commode dari lac initio menſæ, præſertim cui plurimũ iniectum fuerit panis ſimilacei, aut rerum craſſarum, quæ quidem retardent migrationem ipſius. In quam partem propemodum facit Galenus, docens eduliũ à ruſticis ampla triticeæ farinæ portione cum lacte decoctum eſſe in numero illorum habendum, quæ infarciendo obſtruũt. Huiuſmodi ergo cibi omnes, inquit, ut & probi ſucci & alibiles ſunt, ita aßiduo utentibus nocent, in iecore obſtructionem, ac in renibus calculos pariendo, iis præſertim quibus renales uiæ anguſtiores natura forte contigerint. Sed eodem quoque loco meminit eloti panis, dicens imbecilli oris nutrimenti eundem cibum, & ab obſtruendi noxa ſatis immunem. Nec ſolum aqua madens panis, ut Celſus apertiùs elotum panem oſtendit, imbecillißimis nutrimentis annumerari poteſt, ſed quiſcunq; intinctus iurulento. Sed immiſcuimus hæc per occaſionem quandam docendi, à quibus edulijs melius cœnam ordiremur, dum eò quoque holerum uſum conferre teſtamur. De holeribus igitur ſcribere

Galen. & Aetius locis ſtatim citatis.

Li. 1. de facul. alim.

Li. 2. ca. 17

bere uolentes, uariè tractatam materiam aggredimur, haudquaquam carentem ambiguitatis ob confuſam nominum rationem. Nec tam certa *ferè traditio unquam fuit uocum, ſumptis à figura naſcendiq́; modo indicijs, quin in uarias itum ſit ſententias.* Quod *quidem ſuo ſeculo quoque accidiſſe ipſemet* Galenus *conqueritur. Sed quid faciamus igitur herbarum, ex quibus edulia paßim fiunt, ſalubritatem inſalubritatemúe manifeſtaturi?* Certe *unum eſt* perpetuum *documentum omnibus naturis* prope, *ut parcißimus ſit uſus holerum humore aliquo abundantium.* Deinde, *ut quæ nullo euidenti guſtus ſenſu ſeſe cōmendant, cōdiendi modo reddantur ſuauiores.* Et *tamen ab holeribus humore redundātibus ferè abſtinendū, præcipue autem pituitoſis naturis, & anni tempore humidiore.* Quò *magis miror* Bertrucium Bononienſem *ut doctißimū ita etiam accuratißimum in docendo uirum, in numerum laudatarum herbarū recenſuiſſe* Atriplicem: *quum adeò parū commoda ſit ſtomacho, ut non contentus* Galenus *hanc herbam cum oleo & garo miſcuiſſe, ob eam cauſam acetum quoque addat, quò facilius citiusq́; ſecedat è ſtomacho.* Eadem *ille gratia blitum quoque condit ob humorem aqueum utrique familiarem.* Atriplex *tamen in maiore neglectu*

Li. 2. de facul. ali.

Li. 20. ca. 20.

fuit

fuit olim,ſi fides habenda Plinio eſt, quippe accuſatum à Pythagora fuit olim tanquam faceret hydropicos,morbumq́; regium,& pallorem: coqui præterea difficilime, & in hortis nihil naſci iuxta id,niſi languidum culpauit. Addidere Dionyſius & Diocles plurimos ex eo gigni morbos, nec niſi mutata ſæpius aqua coquendum, ſtomacho contrarium eſſe,lentigines & papulas gignere. Sed & blitum,quia nullam habet guſtus ſuauitatem cum acrimonia cõiunctam, olim prouerbio fecit locum, ut bliteus diceretur homo ſtupidus & ignauus. Teſtimonio nobis adhuc eſt Plautinum illud in Truculento:

Blitea & lutea eſt meretrix,
Niſi quæ ſapit in uino ad rem ſuam.

De beta nunc nobis eſt dicendum, quæ quidem attenta ipſius figura & proceritate quibuſdam uidetur, quam aliâs braßicam dicunt. Quamuis autem nitroſa qualitate ſua uim habeat abſtergendi,tamen à Martiale fatua dicta eſt, ob humorem aqueum ſuum quiddam referẽs inſipidum, niſi aliquid accipiat condimenti. Sic enim ille in Diſtichis de ea cecinit:

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quàm ſæpe petet uina piperq́; coquus.

In 3. li. Epigram. Sed ne putes eidem incognitam betæ naturam acuim fuiſſe,aliâs ſic habet:

illic

Illic uideres frutice nobili caules.
Et utrunq; porrum ſeßilesq́; lactucas
Pigroq́; uentri non inutiles betas.

Sed reuera ſi figuram attendimus, hæc erit beta, quam Italum uulgus bleta, nos beiſſen cole uocamus, quod huius folia literæ b figuram expreßius forment, & ſi non tantam curuitatem ac ſinum referant, quomodo græcum β. Certe propius huius literæ imaginem repræſentant, quàm braßicæ. Nam hæ ferè in multos lancinantur ſinus, ut interim non ſint ex numero criſparum. Nam quod diſtingui dicunt betam colore, nigro uidelicet & albo, ut idcirco quidam uelint, alteram eſſe betam ſetzcœlé uulgo, alteram cappes dictam: aliam habet rationem. Nam ita demum herbæ olim dictæ ſunt candidæ, ſi pluſculum recederent à uirore. χλωρὸς græcè dicitur hic color: nigræ autem quæ fuſcedinem exhiberent, qua ſignificatione uina etiam dicuntur nigra, contraria ratione, atq; rubella. Id nimirum eſt, quod Plinius ait, beta hortenſiorum leuißima eſt. Eius quoq; à calore duo genera Græci faciũt, nigram & candidam: quam præferunt, parcißimi ſeminis, appellantq́; Siculam, candoris ſanè diſcrimine præferentes, ut lactucã. Accedit alia cauſa, quare uelim braßicam in ueterem ac conſuetam nominis ſui poſſeßionem aſſerendam. Quod à Plinio cuicunq; generi braſ- Li.19.ca.8 Loco ſtatim citato.

ſicæ

ſicæ tribuitur, quod plurimũ ipſis ſuauitatis conferũt pruinæ: deinde quod in multũ tempus aſſeruantur uirides. Quorum neutrum uſu uenire betæ uidemus, nam ſtatim à decerptu flacceſcunt, & ſi quam ſuauitatem ab algore pruinæ accipiunt, ea tamen nequaquam conferenda cum guſtu eſt braßicæ à pruina toſtæ. His ego rationibus ac cõiecturis adducor, ut exiſtimẽ betam & braßicam in ueteri ſua ſignificatione retinẽdas: niſi forte erit, qui betã uolet accipi pro ea, quam Itali uocant ſpinachiam noſtris ruribus incognitam. Vt igitur braßicæ proſequamur naturã & proprietates, fuit hæc in magno olim uſu & pretio. Laudes eius à Catone dicerem magis etiam, quàm tanti uiri fidem & autoritatẽ decebat, decantatas, niſi intelligerẽ reſpexiſſe illũ ad medendi uſum, quum ab omnibus rei medicæ ſcriptoribus ſciam braßicã tanquàm melancholici ſucci cibum habitam: ab Aëtio etiam damnatam tanquam exiccandi ui ſua oculos hebetaret. Igitur ut reliqua holera quæ μαλακτικὰ dicere poßis, humore aqueo ſuo humidis naturis ſicut inutilia, ita habet & ſiccicatis braßica nonnihil, quò noceat. Lactuca autem, quamuis refrigerãdi humectandiq; ui ſit, bonitate tamẽ ſucci reliquis omnibus holeribus antefertur, quod plurimum ſanguinis procreet. Ex quo facile conſtat, id qđ ſcripto-

Ca.156. li. de re ruſtica.

Lib. 1.

rum

rum rei medicæ teſtimonio combropatur, nõ ita magnã frigoris ineſſe copiam lactucæ. Valet item ad ſedandã ſitum, eoq́; rectè datur in febribus, ſed tamẽ non niſi modice cocta, ualentibus aũt natu- | Acetaria
ris porrigi poteſt cruda, dum adhuc tenera eſt ex | nominata
oxylæo ſumpta, more herbarũ omnium, quasi ὀξύβαφας | olim docet
idcirco uocant. Præſtat & alimentũ copio- | Pli. lib. 19.
ſe, ut pro herbæ natura, frigidum tamen & hu- | cap. 4.
midum creans. Eſtq́; inter herbas eo genere atq; | Li. 2. de fa-
loco, teſtante Galeno, quo ficus ſunt inter fructus | cul. ali.
autũnales: Venerem quoq; cohercere & ſomnos conciliare apta. Succedit intybus, uel ut Vergi- | In Georg.
lius numero plurium dixit intyba, ſimilis cum lactuca facultatis. Quiddam tamen præ ſe ferunt amaritudinis, eoq́; ſunt etiam in medendi uſu. Qui- | In cõment.
dam uocant cichoriũ, uerum id eſt agreſte genus. | ſuper li. 2.
Marcellus Vergilius Florentinus ſumma uir eru- | Dioſcor.
ditione docet intybum eſſe, quod Etruſca lingua corrupte nominant Endiuiam. Sequitur eruca lactucæ frequenter in uſu ciborum adiungenda, uel ob ſaporis gratiam, uel quod illius frigus calore ſuo foueat, Venerẽ excitare idonea, ſi ſola edatur, idcirco ab Ouidio amantibus prohibita: ait enim,
Erucas etiam iubeo uitare ſalaces: apte præterea | De remed.
cõdimus iurulenta erucis, unde græca appellatio- | amoris.
ne dicitur εὐζώμον. Ægineta copioſum eius uſum prohibet, quod eam doloris ſpeciẽ in capite ſuſ-

citet

citet, quæ κεφαλαία dicitur, eſt enim ille intenſus capitis dolor, à pituita plerunq; originē habēs, ut diffinitur à Galeno in Iſagoge nominum. Illud etiā te latere nolumus, holera minuta reponi à Celſo inter aſtringentia. Cauſam interpretor, quam quum nouiſsime Patauij agerem me contuliſſe memini cum Vincētio Madio uiro philoſophiæ doctiſsimo, quod à conciſione multa plus etiam ſucci defluat: iam uerò ſuccus præſertim braſsicæ mouendi aluū uim habet, ſicut ſiſtendi corpus ipſum. Altera eſt, quod ab inciſiōe nimia multus flatus inuoluitur holeri, quæ etiam ratio traditur à Macrobio, quare Iſitium digeſtionis difficilis habeatur. Damnatum præterea morem à quibuſdam uideo holus cum lacte coquendi, quod is cibus fumos de ſe reddat capiti utiq; moleſtos. Damnatū item morem holera in modum ſalgamorum condiendi reponendiq;, hæc peſsimi ſint ſucci licet iam confecta per aluū probè abeant. Solet etiam in prima menſa ſumi capparis ad excitationem appetentiæ, ſoluit inſuper pituitam, et ſplenis tumores ac inflationes. Pſellus autor uetuſtus, contemporaneus Cæſ. Cōſtantini tradit officere renibus, temperari tamen hanc noxam admixtione zingiberis. In ſimilem quoq; uſum oliuas ſalſas mandimus, ſucci tamen natura ac bonitate præfertur oliuæ capparis. Præterea ſunt in uſu primæ menſæ

Lib. 2. ca. 29.

In 7. Satu.

In li. de uictu ſal.

ſæ ac holerum uice certi fructus quoq; æſtate pro uenientes κακοχύμοι quidem illi, eadem igitur ratione modoq; ſumendi, quo ſolent holera, qui niſi exactam erunt conſecuti maturitatem, flatus copiam ſuſcitabunt, quoque magis erunt lubrici ac dulces & corruptiõis uitio magis obnoxij, eò parcius ſumendi: nec alijs magis ex uſu quàm longo defatigatis itinere, & ex ingenti ſqualentibus æſtu. Tum nanque homines refocillant ac iuuant: partim ſquallorem irrigantes, partim mediocriter refrigerãtes, ſiquidem frigidi aſſumuntur. Præterea niſi quis ſtomachum purum habeat, & immunem à prauis humoribus, haud ita tuto ueſcetur æſtiuis fructibus quocunq; tandem parentur modo. Niſi enim fructus perficiantur in uentriculo, deſcendantq; celerrime, facile corrumpentur & ipſi. Sunt autẽ quidam fructus ἄποιοι, id eſt omnis expertes qualitatis, nec aliquem notatu inſignem referẽtes guſtum, è quibus cucurbita. Quæcunque igitur eius ſunt generis, quia innatam habent aqueam facultatem, acribus, aut auſteris, aut ſalſis iungi uolunt, ſi quis & cũ uoluptate ea capere & nauſeam ac fluctuationem cupiat euitare. In uniuerſum autem humidi fructus tenue humidumq; ex ſe progignunt nutrimentum, qui uerò firmam ac ſolidam habent ſubſtantiam copioſius alunt. Sunt tamen minoris noxæ ficus, &

Gale. li. 2. de fac. al.

quamuis copioſum præbeant corpori alimẽtum; tamen nequaquam ſolidam & compactã carnem efficiunt, calculo laborantibus ſalubres. Cæterum de fructuum genere ex arboribus productorũ conueniet ſtomacho infirmo laborantibus aſtringentis naturæ fructus exhiberi in ſecunda menſa, aliquando etiam cum pane ad uẽtrem ſtomachumq; corroborandum, præſertim qui ex hyeme in uer uſq; aſſeruantur, ſi in feruidis cineribus mediocriter aßi fuerint, laxabitur enim hoc pacto aluus.

Li. 1. ca. 2. *Quamuis Celſus doceat ſecundam menſam in imbecillo ſtomacho coaleſcere, & poma ſimiliaq; rectius aſſumi primo loco. Auicenna ferè concors cum Celſo uult ſtatim à fructuum eſu molliter nos inambulare, donec deſcendant, ac deinde reliquũ cibum ſumere. Ego quomodò hos inter ſe compo-*
1. Fen. 3. *nam, haud ita facile inuenio, niſi quod ſi præſentem nutritionẽ corporis quærimus, aptius ſumi in prima menſa pomum: ſin uerò laxari aluum cupimus, melius ſumi poſt cibum. Illud ſanè conſtat, acerba poma ſua ui aſtringendi, ſi prius ſumãtur, protrudere frequenter quæ in uentriculo inuenit, & excitare appetentiam, exinanito utcumq; ſtomacho. Aptior præterea ſuccedit nutritio, dum cibus non inuenit corruptos humores, quibus ſi permixtus fuiſſet, futurum erat, ut ipſe quoque corrumperetur. Sin uerò poſtea ſumantur, ſi-*

mul

mul cum cibis nondum plane digeſtis delabentia minus inſeruiunt nutritioni,ac fortaſſe plus exhibebunt ſtomacho negocij, qui ieiunus melius poterat cruditatem pomorum concoquere,parcius tamē ſuaſerim cœnandū crudo cibo prius accepto. Illud obſeruandum quoque, quod aßiduus malorum uſus ſtomacho parit cruditatē & frigus. Interdum & febres uel hydropen ijs qui procliues ad hos morbos natura ſunt, cholicas quoq; affectiones ob inflationes. Quamobrē ſi quando uſus interuenit ipſa edendi, adiungetur anethū aut fœniculus. Cydonia mala quæ & cotonea,eximūtur à noxa reliquorū. Pſellus autor eſt exhilarādi uim ipſa habere. Quin Palladius non niſi inſitionis et germinatiōis genere inter reliquas arbores ſimilē facit cydonia mala ferentem arborē,quum natura ſint diuerſa & infelicius proueniant inter uulgares arbores. Venio nūc ad rapas, quæ nutriūt quidem copioſe,ſi percoquantur: multā enim requirunt coctionem,carnem tamen laxā & mollē efficiūt humore inutili replentes,ſi credendū eſt Dioſcor. Cuius tamen facile eſt documentū ſumere ab animalibus rapa ſaginatis. Aduerſantur etiā non nihil ſtomacho,ſicuti radices omnes ferme, et epilepticis præcipue ſunt uitandæ, excitant tamen ciborū appetentiā,itemq; Venerē, his minus alūt dauci & piſtinacæ,& praui ſunt ſucci. Radicula

Hip. in lib. de morbis qui intus.

Li. de uict. ſalu.

Gal. in lib. de mor. comitiali.

Li. 2. de facul. ali.

qui & raphanus magis obſonij, quàm nutrienti nomine editur. Damnatur à Galeno & Ægineta mos raphanos poſt reliquum cibum ſumendi, non enim hoc pacto concoctionẽ adiuuabunt, ut etiam impediant. Porrũ, cæpe, allium pro cõdimento potius ſunt, quàm pro cibo: corpus enim calefaciunt: & craſſos in eo humores extenuant ac incidunt, & appetentiã augent edendi, idcirco cõdiendi omnes cibi craſſæ et glutinoſæ ſubſtãtiæ ijs radicibus. Alliũ potentiore quadã ui eſt, ut etiam medendi præbeat uſum. Quin Galenus agreſtium theriacen uocant allium: flatus enim diſcutit & ſitim minime infert. Nam & ſi uis acrimoniæ ipſi propemodum par eſt cum cæpis, nõ tamen ſitim excitare ut cæpas idem autor oſtendit. Omnium tamen præcipue uult allio ueſci homines frigidam incolentes regionem, ceu Thraces & Gallos. Cæterum acrium omnium ciborum uſum aßiduum euitandum monet, præſertim ijs, qui naturæ plus æquo fuerint blilioſæ, quod interdum ij cibi ualeant febrem excitare in corporibus ad febrem paratis. Illud poſtremo adiungendum putaui ex Galeno ſumptum, quod multus holerum uſus haudquaquam conueniat robuſtis & exercitatis corporibus: quod ſi quis ſaltem holeribus & ptiſanæ cremore ueſcatur, uniuerſum corpus corrumpatur & exhauriatur. Atq; hinc ſumptam intel-

Lib. 12. de mor. cur.

Li. 2. de facul. alim.

Libr. 1. de diff. feb.

intelligo rationem, quare Marſilius Ficinus uelit portionē panis eſſe quadruplam ad herbas & fructus humidiores, quo & nocumento ſint minore, & plus alimenti corpori exhibeatur.

¶ Cap. XXV. De *frumentis.*

AD *bonitatem cibandi quantum faciat frumenti incorrupta ſanitas, uel hinc colligas licebit: quod magna ueteribus cura fuerat docendi nos, quomodo frumentum aſſeruemus condamusq́;, ut quàm minimum corruptionis contrahat. Vnde legimus apud Varronem triticum condi oportere in granaria ſublimia, quæ perflentur uento ab exortu ac ſeptentrione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aſpiret. Parietes uult incruſtari, & ſi fieri poßit, opere tectorio marmorato, aut certe quàm ſolidißimis parietibus quo minus illic mures ſint & uermes, & grana ſolidiora fiant ac firmiora. Et Palladius docet, auſtrum uentum nocere frugibus, idcirco ab horreis, inquit, auſter debet eſſe auerſus. Debet igitur in uſum panificij frumentũ eligi meſſe collectum bona, quod himbrum nõ uitiârit multitudo, & in editis non paluſtribus locis, aut cõuallibus natum. In editis locis natum eligendum, quod probabile ſit frumentum illud contraxiſſe quàm minimum aqueæ naturæ & impuritatis limoſæ, & quod*

Lib. 1. rei ruſt.

Lib. 1. rei ruſt.

per purgatũ ſit uentorum flatu: nam id quoque à rubigine tutius erit Plin. teſte. Galenus certe, ut ad omnia ſatis accuratus, inter cibos praui ſucci numerat, qui ut optimi modo ſint, tamen aſſeruationis modo, aut putrefactionis extranea qualitate uitium contraxerunt, ut frumenta, hordea, ac omnes aliæ fruges, quæ ad uſum cibi aſſumuntur: quarum nonnullæ longitudine temporis putrefactionem acquirunt, aliæ quum male repoſitæ fuerint humiditate replentur, quædam uerò & in primo ortu deprauantur rubigine. Tales cibos, inquit, hodie quoque urgente fame plures coacti comedere, nonnulli quidem à putridis & peſtiferis cibis interierunt, nonnulli autem puſtulas inſtar ſcabiei ac lepræ in corpore contraxerunt. Neque ſolum dare operam debemus, ut frumenta, quibus nos ueſcimur munda electáque ſint, ſed etiam animalia, quorum nos carne cibamur, minime uitiatis ſaginentur frumentis. Sed & munde haberi debent animalia inter ſaginandum, unde ſus quamuis immundiſsimum animal, mundiſsimum tamen cubile poſtulat, alioquin non æque pingueſcet. Nec etiam ſperandum eſt ullum corpus humorem bonum comparare poſſe, quod corrupto cibatum fuerit alimento. Minime autem, quod frumento, quum confectus inde panis diuturnam plerunq; moram in uentriculo faciat

Li. 18. ca. 17.

Li. 1. de differ. fe.

Columel. li. 7. ca. 9.

&

& maior ſit noxa panis non bene confecti quàm carnis aut alius cibi, narrante Galeno libro primo de Facultate alimentorum. Creditur etiam à pleriſque ager recens ſtercoratus non electi generis proferre frumentum. Cauſam adhuc deſidero, a certe ſaporis indicio manifeſtatur in uinis alienam qualitatem acquiſitam à fimo, quod quidem etiam de frumento & herbis poſſe iudicari, par ratio uidetur, & ſi ſenſus ſaporis in his propemodum occultus. Quandoquidem non à ſoli, ſed fimi natura ſapor ille uinis inditur, alioquin non ſtercoratæ uineæ ſaporem inderent uinis ſuis quoque conſimilem, cum ijs quæ pingues ſunt lætamine. Exiſtimauerim ego quoq; frumentum præ luxurie nimia in terram procumbens in numerum ſalubrium non eſſe recipiendum: quippe ſole non penetrante, nec perflante uento ſatis apppa-ret non poſſe ſequi exactam maturitatem. Quod ad ſolum uerò pertinet, natum in colle, maiore facultate nutriendi habetur, quàm in cauis planisúe locis. Itemq; illud, quod paſſim in uſu eſt panificij, quàm ex quo zythus, ceruiſia dicta aliúsue liquor, aut potio conficitur. Quodq; celerius metitur, robuſtius cenſuit Plinius, id ego interpretor ualentioris nutrimenti: quãuis copioſius inueniatur, quod ſerius metitur. Sum in hac hæreſi quoq; ut uelim terrã maiore labore frequẽtioreq;

Palla. eo aſtipulatur in 10. li. rei ruſt. et Pli. li. 18. ca. 8.

Ex ſenten. Celſ. lib. 2. cap. 7.

li. 18. c. 30.

culturæ ſubactam, firmius & ad alendum melius proferre frumentum, quàm quæ conculcatione ueſtigijsq; boum ſaltem à ſatu proteritur, aut leui ſubducitur aratro, exemplo Ægyptiorũ, ut narrat Diodorus *Siculus. Iam in ipſo quoq; genere frumentorum magna inueniuntur diſcrimina. Plenioris eſt nutrimenti triticum omne, quàm panicum & milium, & ex tritico plenius nutrimentum præſtat ſiligo. Sed quia tritici ſiliginisq; mentio facta eſt, haud dubie futuros intelligo, qui deſiderent & requirant à me ſententiã & inſtitutionem ſuper hac re, tanquam ambigua uarijsq; hactenus tractata rationibus. Quibus ego primum reſpondeo, terreri me magnitudine expectationis & periculo iudicij alieni de me forte futuri. Quũ intelligam neminẽ unum apparuiſſe proximis ſeculis quantalibet eruditione præditum hominem, qui certi aliquid fuerit pronuntiare ſuper ea re auſus. Et facit ad difficultatem iudicij, quod nulla nobis clara uideo monſtrata ueſtigia antiquitatis, quibus certo tutoq; ingrediamur, ac tanta ſit etiã diſcrepantia inter ſeſe medicæ ac ruſticæ rei ſcriptorum, ut uel exercitatiſsimis ingenijs negocium faciant, ſuſpenſaq; teneant iudicia, ut neſciatur ferè, quis potiſsimum ſequendus nobis ſit autor. Quanquàm ſi nec hi omni ex parte noſtro huic ſeculo ad ſuperſtitionẽ uſq; curioſo ſatisfacero, u-*

Li. 1. de geſtis antiquis Ægyptiorum.

num

num mihi uideam perſugium cum multis alijs ſcriptoribus relictum cõmune, quod incertitudini & diuerſitati ſententiarũ cauſam dent uagæ frumentorum appellationes, quodq́; nec eadem ſint ubique. Nec tamen fide diligentiaq́; noſtra tibi deſimus, lector, breuiter aſſeremus nonnulla, quibus uidemus nobis (ut in tam perplexa obſcuraq́; re) lucis & certitudinis aliquid allaturi. Ac primum quidem illud animaduertimus, quod qui Columellam ſibi aſciſcunt autorem, triticum & ſiliginem his rationibus diſtinguunt, ut robuſtius triticum ſit infirmior ſiligo. Eiſdem plane id uidetur eſſe robus, quod nos, weiß uulgo dicimus, triticum uidelicet colore rutilo, ijſdem quoque cenſoribus ſiligo erit, quam nos quandoq; ſecuti morem uulgarem conſueuimus appellare ſiliginem. De robo nonnihil addubito, & ſi rutilo eſſe colore id triticum nomen quoque oſtendit. Rutilum nanque robum olim fuiſſe dictũ inuenio apud Feſtum Pompeium. Sed Columella internum quoque colorem uult eſſe rutilũ, quod noſtræ ſiligini, uulgo weiß, non conuenit: ſic enim habet, Granum autem rutilum, ſi quum diffiſum eſt eundem colorem interiorem habet, integrum eſſe non dubitamus. Quod autem noſtra ſiligo non ſit eiuſdem generis cum ea, quã Columella deſcribit, ex uerbis ſtatim ſequentibus percipimus. Quod extrinſecus,

Idẽ quoque uidetur Pli. li. 18. ca. 8.

Ex Colum. lib. 2. rei ruſti. cap. 7.

Eodem lib. cap. 9.

inquit, albidum, intus etiam cōſpicitur cādidum, leue ac uanū intelligi debet, nec nos tanquā optabilis agricolis fallat ſiligo. Nam hoc tritici uitiū eſt, & quāuis candore præſtet, pondere tamē uincitur. Verum in humido ſtatu cœli recte prouenit, & ideò locis manantibus magis apta eſt: nec tamen ea longe nobis aut magna difficultate requirenda eſt. Nam omne triticum ſolo uliginoſo poſt tertiam ſationem conuertitur in ſiliginem. Vidés ne modo tritico uulgo hactenus appellato, nullo modo conuenire robum Columellæ? Nam illud genus tritici colorem oſtendit rutilum, quum fuerit diffiſsum: noſtrum uerò album: illud foris rutili coloris, noſtrum uerius citrei. Rurſus ſiligo Columellæ uitium eſt tritici degenerantis è grauiore firmioreq́; in leuius & infirmius: noſtra ſiligo
Cap. 6. firmi ualentisq́; habetur nutrimenti. Inuenit præter priorem illam degenerem ſiliginem, adhuc aliam Columella trimeſtrem imbecilliſsimi alimenti. Ex quo iam tandem patefit, noſtram ſiliginem non eſſe congenerem cum illa Columellæ. Sed audiamus nūc alios ſcriptores, qui nos cōfirmant in
Li. 18, c. 8. ſententia priſtina. Quorum unus Plinius contraria fermè ratione atq; Columella, ſcribit ſiliginem biennio quoque tranſire in triticum, hoc eſt
Lib. 2, cap. 17. firmum frumentum, in aliud infirmius. Ponderis & candoris deſignatione ferè coit Plinius cum

Colu-

Columella, niſi quod non tritici uitium, ut alter, ſed tritici delicias dicit eſſe ſiliginem. Audiamus rurſus uetuſtiorem Plinio Corneliũ Celſum, qui quum ſiliginem doceat eſſe ſpeciem tritici, firmiorem tamen ipſam ſtatuit, quàm ullum ex tritici genere, quum firmiorem dicit ſiliginem, ualentius nutrimentum ſiligine nobis præſtari ſignificat ſeſe intelligere. Et re uera collata ſiligo noſtra, uulgo weiß, æquis portionibus cum reliquo tritico copioſius exhibet nutrimentum. Succedit iam poeta Aquinas panem ſiligineum cunctis præferens tanquàm delicatiorem:

Sed tener & niueus molliq́; ſiligine factus Iuuenalis Satyra 6.
Seruatur domino.

Et in quadam epiſtola ad Lucil. Seneca, Malum panem, inquis, expecta bonus fiet, etiam illum tenerum tibi & ſiligineum fames faciet. Diceret aliquis, quo igitur nomine ſignificabimus uulgare iſtud triticum noſtras (rocken plebi dictum)? Reſpondeo, uocetur ſimplici nomine triticum, donec erit, qui peculiare ipſi nomen datum inueniet. Conſtat igitur tandem teſtimonijs tot autorũ laudatiſsimam olim frugem ſiliginem habitam, ut ex qua panis fieret optimus. Nec enim ex leui parumq́; firmo frumento, ſed ex denſo prægrauiq́; panis fit præſtantior, ſi Galeno credimus: Et optimum triticũ æqua mole expenſum, multo maio-

re

re ex parte propendet, ut idem eſt autor, & ſubijcit poſtea: Ac panis quidem ſynceriſſimus, quũ à Romanis, tum ab omnibus qui illorum ſubiacẽt imperio ſigilineus uocatur, quodq́; hic panis ſummum præſtat alimentũ. Sed cognoſcemus rem melius ex uerbis Pauli Æg. & interpretatione Marcelli Virgilij modum priſcũ confectionis panũ. Ex farina cribro excuſſa fit triticeus, cui in nutriendo primas partes aſſignarunt. Hunc Paulus Æginetа σιλιγνίτην, id eſt, ſiligineum uocat, quod ex ſiligine, quæ omnium generũ tritici firmiſſima eſt, conficeretur. Poſt hunc ex ſimilagine, quem σεμιδαλίτην idem appellat. Et tertium qui ab omnibus συγκόμιστος appellatur, à Galeno & Celſo αὐτόπυρος, quod ex omni parte tritici ſiue detractione ulla conſtet. Quartum ex amylo factum, quem Celſus ex polline factum dicit, eundem haud ita plus nutrimenti præſtare uult Æginetа, quàm panem ex aqua lotum, confectionis modum noſtras credo priſtinas ignorare. Quintum, cibarium à Celſo & Cicerone aliâs dictum, ipſe uocat ῥυπαρὸν, hoc eſt, ſordidum: Galenus πιτυρίαν, id eſt, furfuraceum appellat, quod plus furfuris admixtum quàm farinæ habeat, ater fortaſſe, quomodo apud Terenttium paraſitus meretricum ſordes taxaturus, ait panem atrum ex heſterno iure ipſas uorare. Poſſem ego hic uarios modos molendi

Liu. 1. de facul. ali.

In primo

lendi tritici pinſendiq́; panis afferre, uerum qui huius rei ſtudioſus erit cognoſcendæ legere poterit Plinij librum decimumoctauum nat. hiſt. & Hermolai Barbari patriarchæ Aquileienſis Corollaria. Quod igitur ad ſanitatis curam attinet, ſcire te uolumus, panem ſiligineum inter ualde nutrientia & aſtringentia haberi, itidem eum qui fit ex ſimila. Qui furfuris plus admixtum habet, citius euadit per uentrem: qui uerò medij eſt generis αὐτόπυρος, *medio modo ſe habet inter facultatem aſtringentem & abſtergentem. Sunt autem ad concoctionem apti, quicunque plurimum fermentati & bene multumq́; ſubacti, ac in clibano percocti igne moderato. Nam ignis uis iuſto maior exteriorem partem adurit, ex quo neceſſe eſt ineptum & prauum panem fieri, interius crudum incoctumq́;, ambuſtum in cruſtæ modum externæ, ſicuti ignis uis iuſto debilior in totum panem nequit penetrare, ideoq́; ſubcrudam relinquit maxime intimam panis partem. Abſtinendum etiam à pane recenti, præſertim calido: nam adhuc lentorem aliquem retinet, qua cauſa panes recens piſti inter ſe cohærent, non autem frigidi. Nam glutinoſum illud ſimul cum calore egrediens, ſeſeq́; cum humore permiſcens facit ut panes cohæreant. Sed Auicenna obſeruauit eundem facere ſitim, & quamuis cito digeratur,* *tardè*

Cel. in 2. capite 17. & 29.

Ex ſenten. Galen. li. 1. de facul. aliment.

2. Canon.

tardè tamen diſtribui. At à doctis laudari uideo ol factum panis calidi naribus admoti, cui uinum ali quod ualens & odorum infundatur, mirum in modum hauſtu eius odoris cor ipſum recreari cō fortariq; tradunt. Eſt etiam omittendus panis uetu ſtus, exiccat enim, & eſt melancholici ſucci. At à panibus non fermentatis, ſeu azymis cauendū om nibus eſt, quod facilimè intus corrumpantur: ſed & abſtinendū ab uſu multo panis furfuracei, me lancholici enim ſucci ſunt, & pauci nutrimen ti: contrà uerò ſiliginei panes boni ſucci ſunt, lau dabilē creantes ſanguinē. Panis etiam è frumento nouo factus, ualentioris nutrimenti habetur. Val de etiam cauendū à panis cruſta, quæ & ipſa ma li eſt ſucci. Sit præcipua cura, & panis facilis ſit digeſtionis. Hippocrati certe uidetur panes ma gnos uix ſatis excoqui, ac ea ratione copioſius ale re. Exiſtimauit Auicenna maiorem eſſe noxam panis male digeſti, quàm carnis: cauſam non ex primit, ego arbitror ideò eſſe, quòd panis omni um rerum nutrientium ferè diutiſsimā faciat mo ram in uentre, ac plurimum eius corpus ad ſe at trahat, quod ſi diutius iuſto moratur, inſigniter corrumpitur. Eſum panis parum aſsi ſuper pru nas adiuncto uino, probant tanquàm eò dentes mundentur, uiſus acuatur, & digeſtio bona fiat. Illud tandem adijciam, panis portionem maiorem

Gel. in 2. cap. 17. & cap. 19.

Aeti. in 2. cap. 144.

Li. de rat. uict.

1. Fen. 3.

Ex Gal. li. de ſa. nat.

ex comparatione ſemper ſumendam ad piſces, herbas, fructus humidiores, quàm ad carnes et oua: rurſus ad carnes maiorem, quàm ad oua, et ad mollia oua copioſiorem, quàm ad dura. Sed tempus nos nunc admonet, ut de carnibus agamus.

¶ Cap. XXVI. *De carnibus.*

VISVM *fuit Plutarcho ſalubre corporibus noſtris, ut ſolidiores cibos cautim attingamus, cuius generis ſunt carnes inquit, caſeus, oua aſſa, ficus ſiccæ. Et ſi utique carnium eſu delectamur, præfert uolatilium animalium carnem & piſces non pingues: poſtremo putat optimum eſſe corpus aſſuefacere, ut nullum carnium eſum deſideret, grauitatem corpori facere, & noxias remanere reliquias cauſatus. Cuius ſententiæ ſi debeam aſtipulari, Celſo monitore faciam, quod ſtatim à pane plus nutrimenti ſit in carne, quàm ullo alio cibo, grauatur igitur digeſtio ſi frequenter ac copioſe ueſcamur carnibus. Sed omnium maxime homines inexercitati lædentur, præſertim ſi carnibus ſuillis utentur, in* πληθωρίαν *enim incident. Paulò magis Plinius tum ſalubritati conſulit, tum ſtudijs gratificatur noſtris, mea opinione. Nam abſtinentiam carnis imperat ille, nõ perpetuam quidem, ſed*

In lib. de tu en. bon. ua.

Li. 2. cap. 17.

quæ

quæ quibuſdam temporũ interuallis adhibeatur, ut intelligamus Plinio facile conſtitiſſe & à carnis frequenti quotidianoq; uſu offerri naturæ laborem digerendi, & recreari ſtomachum uarietate & carnis alimentum noſtris eſſe corporibus utile. Inter omnia carnium genera ſuillam uideo nutrimenti copia bonitateq; anteferri: qui tamen pituitoſam ſubſtantiam habet, aſſa melior creditur, & fortaſſe uinum deſiderat eadem quoque ratione. Quod autem potius caro ſuilla recens ſit aſſa uel toſta comedenda, me admonet Ariſtoteles, docens humidiora quæque non eſſe humectanda, nec ſicciora plus exiccanda, modo elixa omnia humidiora molliora q; redduntur. Si tamen elixari ſuilla debeat, pipere, cæpis, & ſaluia condiatur, profuerit & uuæ paſſæ. Inter ſues porcelli plus habent excrementoſæ ſubſtantiæ iuniores. Optima ſus ætatis habito reſpectu, quæ annicula eſt: ſiccior, quæ paſtum ſuum exercitando ſeſe quærit, & errando. Curandũ perpetuo, maximeq; per æſtatẽ, ut iuxta riuos ſit aut lacunas, in his enim uolutari gaudet, alioquin pulmonis & ſplenis infeſtabitur uitio, autore Columella. Sed obſeruauit Hippocrates ſues & boues aqua quodammodo intercutem laborare, ſi uomicæ ipſis ac tubercula & φύματα naſcantur in pulmone: cæterũ non tanta hydrope, quanta ſolent homines laborare, quod beſtiæ

Gale. lib. 1. & 3. de facul. ali. Li. 18. cap. 4.

Et Aetius li. 2. ca. 19.

Probl. 5. Sect. 20.

Lib. 8. cap. 10. de mor. qui intus.

ſtiæ plerunq; uictu innocentiore utãtur, quàm homines. Interdicitur alioqui ſuillæ carnis eſus epilepticis à Celſo, reliquæ carnes mediæ materiæ conceduntur, hoc eſt, neq; nouellæ uel facile permeantes, nec uetuſtæ uel difficiles concoctu, eò quod & uiribus ſit opus, & cauẽdæ quoq; cruditates ſint. Durior in hoc genere Razes omnem carnem ſubtrahit epileptico. Ego autem ambobus ijs ſic interuenio, ut uelim non ſuillam modo genere, ſed omnem carnem tenellam ac ueterẽ omittendam epilepticis. Tenellam, quod redundet excremento pituitoſo, (oritur autẽ epilepſia ſiue morbus comitialis à reciſa pituita) Veterem autem, quod moleſta ſit concoctioni, & melancholicos apta parere ſuccos. Quanquam ſi genera animalium, quorum abſtineat cibo epilepticus, uelimus taxare, à caprarũ etiam eſu merito abſtineat, quod hæ quoque morbo comitiali ſolent corripi, teſte Hippocrate, à quo ſignum etiamnum euidens additur. Quod ſi quis, inquit, caput aperiat, ſiccetq; cerebrum, tamen præ humore nimio ſudans olidumq; deprehendet. Sed & in tota ualetudinis cura obſeruationéque, uitandæ ſunt caprarum carnes: quod ferè nunquam careant febribus. Vnde fit, ut uenditor caprarum non eas prorſus ſanas niſi præſenti die uẽditionis promittat ex L. Manilio. Formã ſtipulandi reliquit Manilius Prætor. Illas

In 3. c. 23.

In 9.

In lib. de mor. comi.

Var. lib. 2. rei ruſt.

capras hodie recti eſſe, & bibere poſſe, habereq; recte licere, hæc ſpondesne? In ſumma Varronis uerbũ eſt, capras ſanas meminẽ ſanũ promittere. Alibi de caprarũ carne diſtinctius loquitur Hip. caprinæ carnes, inquit, magis cõducere uiderẽtur niſi omnia bubularũ uitia haberent. Nam & coctu difficiles ſunt & flatũ magis ſuſcitãt, et ructũ bileq; pariũt. Igitur ut odoratiſſimæ, & integræ, & ſuauiſſimæ ſaluberrimæ ſunt, ita iniucundæ, odore graues, & duræ peſſimæ ſunt. Nec ſecus de nouellis capris dicendũ eſt. Præterea ut per æſtatem modo meliores habeantur, per autumnũ tamẽ ut peſſimæ dãnantur. Hactenus de capris. Oues autẽ quãuis Columella in numero habeat ſalubriũ, ac tutiſſimæ uelit eſſe ualetudinis minimeq; peſtilentia laborare, idq; ex ſententia Celſi, quam prudentiſſimã hac parte uelit haberi: tamẽ nec ipſæ ſunt immunes à morbo comitiali, quãuis nec tam crebro, nec tam facile, quã capras eo morbo corripi doceat Hippoc. Fiunt quoq; pulmonariæ, ut Columellæ utar uerbo, niſi ſæpius lauentur, æſtate præſertim plurimũ ſicca exiſtẽte. Forſan eò reſpexit Vergilius quoq;, quando inter reliqua opera, quæ feſtis exerceri diebus permittit, lotionẽ quoq; & mũdationem ouium cõcedit his uerbis:

4. li. de ui. ratio. in mor. acu.

Li. 7. ca. 2.

In lib. de mor. co.

In primo Georg.

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & iura ſinunt, riuos deducere nulla

Relli-

Relligio uetuit, ſegeti prætendere ſepem
Inſidias auibus molliri, incendere uepres,
Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri.

Salubritatis enim ille & rei ruſticæ cõmodorum ibi uoluit curã habendã: minus illic ſuperſtitioſus ethnicus poeta, ut in re ſaltẽ utili, quã olim gens Iudæa in neceſſarijs caſibus. Sed quãuis ouiũ caro robuſtis ſit apta corporib. quemadmodũ & ſuilla, ſenibus tamen harum carniũ frequentẽ uſum inhibet Galenus, quod ouilla caro excremẽtis maloq; abundet ſucco, præſertim agnina, quod quæ natura iuniorũ omnium animaliũ eſt humida ſit agnina caro, glutinoſa & pituitoſa. Habet inſuper hoc natura iuniorum animaliũ & omnis alimoniæ humidioris, ut quò celerius in corpus dirigitur, eò etiã facilius citiusq; diſsipetur. Quã ego etiam rationẽ intelligo, quare ſiccum uictũ humidiori præferat Auicẽna, & hunc ſecutus Marſil. Fici. Inter quadrupedia animalia hœdinã carnem ſeni cõmodiorẽ oſtendit Gale. cui tamẽ omnem cibum ualentioris nutrimẽti interdicit. Bubula aũt caro alimentũ præbet copioſum, nec facile cõcoctu, maxime autẽ difficilis eſt cõcoctionis taurina & boum quorumcunq; arantiũ ſeu bijugorum. Quod ſi quiſpiã melancholicæ naturæ modũ in eſu carnis bubulæ non ſeruet, facile corripietur morbis melancholicis, cuiuſmodi ſunt: cãcer, pſo-

Lib. 5. de ſanit. tuenda.

Lib. de ui. producen.

Lib. 5. de ſanit. tuenda.

laborando quærentia, per ſolem & frigora, ſicciora eſſe domeſticis, & in otio degentibus. Multo ſanguine abundantia ſicciora eſſe reliquis, maſculum quàm fœmellam, nigrum quàm album, piloſum quàm glabrum. Suntq́; etiam ualentioris nutrimenti animalia domeſtica, quàm fera, quamuis aprum gignere plurimum ſanguinem Galenus uelit, & eatenus etiam ab Auicenna domeſtico anteferatur. Deniq; natum humido cœlo, quā ſicco plus nutrit. Eadē omnia pinguia, quàm macra, recentia, quàm ſalſa, noua quàm uetuſta plus alimenti habere docet Celſus. Qua cauſa Galenum quoque motum opinor, quod magis uult carnem modice ſalitam conducere ſenum corporibus, tanquàm non ualentibus copioſe nutrientia digerere. Ac fortaßis etiam ad eliciendam appetentiam, & confortandum oſtium ſtomachi, quæ natura eſſe ſolet modice ſalitorum ciborum. Modo ſenum nec appetentia, nec uis digerendi perinde ualent quàm eiſdem iuuenibus ſolebant. Porrò à pecorum coloribus ſi robur conijcere uelimus, nigrum pecus robuſtius albo ſcribit Aetius, oſtendens id ex carnis guſtu nos percipere: contrà, candidum animal, imbecillius. Vult etiam lac exuctū à nigro pecore melius eſſe. Præterea pecorum morbos deprehendit à cutis gracilitate, glabricie, ſcabie, & nutritionis difficul-

Lib. 3. de locis affec.

Li. 2. c. 17.

Li. 5. de ſa. tuen.

Li. 2. ca. 86

tate ἀτροφίαν dicunt, ut maciē intelligas, ſed quæ ſecuta ſit ab habitu corpulentiore. Idem quoq; Plinius conijcit à piſcium macie. Celſus omnem Li.9.c.49 carnem pinguem in numero habet εὐχυμῶν, contrà uerò permacram domeſticam tanquam mali ſucci damnat, intereſt etiam in quibus locis, ac Lib.2.cap. 19. & 20. quibus herbis paſcantur animalia, quæ enim in editioribus locis & herbis laudatis paſcũtur, carne ſunt minus excrementoſa, quàm quæ contrà in humilioribus & aquoſis locis. Domeſtica inſuper animalia ſunt humidiora quàm ſylueſtria, teſte Galeno, quamobrem horum eſt caro durior, Libr.3.facul.ali. quàm illorum, ac pauca pinguedine reſperſa, eoq; pluribus diebus ſeruatur integra. Liquet etiam horum cibum ab excrementis puriorem eſſe, ex quo neceſſe eſt, ipſum quoque amplius nutrimentum exhibere, & ſucci bonitate eſſe Li.2.c.29. ſuperiorem domeſticis ex eodem genere ortis, quoque maiores ſunt feræ, eo maiores eſſe nutrimenti Celſus obſeruauit.

¶ Cap. XXVII. De partibus animalium.

QVia de carnibus terreſtrium animalium diximus, ordo poſtulare uidetur, ut de partibus ſingulis animalium dicamus. Quod etſi ab alijs tradita repetimus, nemo nobis hoc uitio uertet, quod ſæpe à ſummis clariſſimisq; uiris

ris factũ ſcimus. Extremæ partes animaliũ, utpo te roſtra, pedes, auriculæ minimũ habẽt carneæ ſubſtantiæ, & à motione crebra uiſcoſam acqui runt naturã, igitur parcius nutrimentũ corpori præbent, & ob lentorem citius per aluũ deſcen dunt. Teſtes animaliũ & renes uiroſi ſunt, cõco ctu difficiles & uitioſi ſucci: at ſi bene cõcoquan tur plurimũ afferunt alimenti. Soli gallorũ teſtes optimi ſunt ac ſuauiſsimi, utile præbentes alimen tum corpori, ac maxime altiliũ. Pituitoſus cibus cerebrum eſt, craſsi ſucci, tardi tranſitus, ac cõco ctu difficilis, ſtomacho etiã infeſtus. Medulla pa ris fermè naturæ cum cerebro eſt, ſi tamen conco quatur, alimentũ corpori non infimæ notæ præ ſtabit. Omniũ animaliũ iecur itidem eſt craſsi ſuc ci, tardi meatus, ac duræ cõcoctionis. Lien praui ſucci ac melancholici ſanguinis propagator eſſe creditur: utriſq; eò facilior concoctu, quo laxior pulmo eſt, alit tamẽ multo minus iecinore, pitui toſæ inſuper naturæ. Cor item cõcoctu difficile, tardiq; tranſitus eſt, ſi tamẽ cõcoquatur haud exi guum, neq; prauũ alimentũ corpori præbet. Ven triculus, inteſtina, et uterus carnibus ſingula iſto rum ſunt duriora, ideò ſi probè coquantur, non tamen exquiſitum inculpatúmue ſanguinẽ gig nunt, ſed frigidiorẽ & crudiorẽ. Sanguis omnis concoctioni repugnat præcipue craſſus et melan

Ex Aetio li. 2. ca. 12.

cholicus, qualis eſt boum, & eſt excremento redundans quocunq; tandem paretur modo, ſic enim Galeno uiſum. Quò magis miror, quid in mentem uenerit Marſilio Ficino uiro alioquin doctiſſimo, oſtendenti aliud iudicium fuiſſe Galeni, ſic enim ſcribit: Medici tamen ueteres maxime Galenus, ſuis carnes & ſanguinem propter quandam cum corpore noſtro ſimilitudinem ualde commendant. De carne ſuilla, nulli dubium, ſanguinem nuſquam à Galeno uideo laudatum. Et paulo poſt infert contra ſententiam Galeni: Et ſanguis forſan utilis, ſi cum ſaccharo coquatur, defecatusq; ad ſummum fuerit atque liquens: non tamen nego ſanguinem ſuillum meliorem haberi ſanguine reliquorum animalium, in quo cenſu deinceps leporina & caprina proximum tenent locum à ſanguine ſuillo.

Lib. 3. de facul. ali.

In li. de producen. uita

¶ Cap. XXVIII. De alimento ab auibus ſumpto.

VOlucrum genus omne ad quadrupedia comparatum animalia paucioris eſt nutrimenti: ſed in hoc quoq; diſtinctio eſt, ualentioris ſunt nutrimentri quæ pedibus ingrediuntur, quàm quæ uolatu fidunt, grandiores item, quàm minutæ. Ægineta in pauone animaduertit duritiam & difficultatem concoctionis, & nutrimentum ipſius febres creare aptum. Certe ſicciores natura

Lib. 1.

natura eſſe omnes aues, ex eo colligit Hippocrates, quod ueſicam non habent, nec meunt, nec ſaliuam cōcipiunt, eò quod uentriculi caliditate humor omnis abſumatur. Annotauit quoq; ſicciores cæteris eſſe, quæ frugibus ſeminibúsue paſcuntur, & anatũ omniumq; animaliũ quæ in aquis paludibúsue degunt, humidiorem eſſe. Laudantur autẽ aues monticolæ magis quàm quæ in turribus degunt, quod hæ difficiliores ſint concoctionis. Gallinaceorũ caro laudabilioris nutrimẽti: Pullaſtræ, ſic à Varrone nominatæ, iuniores fœmellæ, paulo copioſioris. Simplex autẽ ius gallinæ retinendi uim poßidet, ſicuti gallinaceorum ſubducendi aluũ. Vult cum multo ſale coquẽdos Galenus putauit Auicenna nullum cibum tam facile in ſanguinem conuerti, quàm ius gallinaceorum. Quæ tamen uis maior erit, ſi percoctũ gallum, quouſq; tertia pars aquæ in uapores abijt, in mortario cum iure tetundas, & relictum ius ſorbeas, debilioribus autem ſolent percolare per ſindonem aut ſetaceum pannum. Ego haud ita multum addo aromatum, præterquàm aliquid croci, zinziberis, & cinamomi. Reperti ſunt olim medici, qui ægrotis, ac ſumere pharmaca nequeũtibus porrexerint ius gallinacei octo dies paſti helleboro albo, & ſimul cum frumẽto elixati, quò largius ſolueretur aluus.

Lib. 2. de rat. uictus.

Lib. 11. de ſimpli. medic. fac.

¶ Cap. XXIX. De ouis.

DIxeramus de carne animalium, cõſequentia igitur ordinis recte fieri uidetur, ut nunc de iis agamus, quæ ab animalibus proueniunt, ac primum de ouis agemus. Ouum quamlibet per ſe eſt ſalubre, coctionis tamen diuerſitate plurimũ oua diſtinguuntur, ſic, ut inſalubre aliquid fieri poßit. Nam quæ in ſartagine friguntur, deterrimi omnino ſunt alimenti, ſi Galeno credimus & Aetio: nidorem nanque & fumum edunt dum coquuntur, præſertim in uetere & in ferrea ſartagine, ſuccusq; ex eis natus, non ſolum craſſius, uerum etiam prauus & excrementitius eſt. Aetius etiam putreſcere ipſa inter coquendum docet. Dura oua difficilis ſunt concoctionis, & tardi tranſitus, craſſam etiam corpori exhibentes alimoniam, maxime ſi in feruentibus cineribus aſſentur. Quin Marſilio Ficino autore, didici uenenoſam acquirere qualitatem oua eouſque aſſa, donec tetrum odorem reddant. Quæ autem medio modo ſe habent inter duritiem & mollitiem, belliſſime nutriunt. Sed quæ tam mollia ſunt, ut ſubito ſorberi ualeant, eadem ut facile concoquuntur, ita cito euadunt. Præſtant iis omnibus oua ex teſtis in aquam ferme feruidam reiecta & mediocriter cocta, qui-

Li. 3. de facul. ali.

Li. 2. c. 132.

In li. de uita cœlitus comparan.

bus ſtatim de foco demptis inſpergere ſoleo parum aceti mixtum butyro, admiſceo etiam momentum croci. Illud tamen præterire te no. uvmus, quod Galenus hortatur ſenes, ut à multo ouorum eſu abſtineant, eò quod craſſum & lentum ſuccum creant. Eſt præterea magnum diſcrimen inter oua recentia & uetuſta, hæc peßima, ut recentißima optima. Vt autem oua diu ſeruentur à corruptela, Columella dat conſilium, ut æſtate obruantur furfuribus, hyeme paleis: Sale magis probaret adoperiri, niſi hoc modo plus conſumerentur. In figura quoque ouorum eſt aliquod diſcrimen bonitatis obſeruatum ab Horatio, cuius etiam Plinius in ſua hiſtoria naturali meminit, ut gratioris ſaporis habeantur longa & candida.

Li. 8. rei ruſtic.

Li. 10. c. 53.

Longa quibus facies ouis erit illa memento,
Vt ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
Ponere.

Lib. 2. ſermo. Sa. 4.

Candida dixit meliora, cuius inde ſumere nobis licebit indicium, quod anſerum & anatum oua pallida ſint, plus habentia aqueæ naturæ, atque idcirco minus idonea cibo. In ipſis ouorum partibus reperitur etiam diſcrimen albumen uitello eſt difficilioris digeſtionis, et pituitoſæ quodam modo ſubſtantiæ, quare ſunt, qui albumẽ negent dandam debilioribus.

Cap.

¶ Cap. XXX. De lacte.

VIrens herba, ac prope aquas naſcens, autore Aetio, liquidius pauciusq́; lac ſuggerit. Solidior uerò ac mōtana cōmodiſſima eſt ad lactis parandam copiā bonitatemq́;. Qui igitur lac ſumere uolet, apertos uiſcerū meatus uenasq́; latas & amplas habebit, ut integram utilitatem percipiat. Lactis utilitates à priſcis medicis recēſentur, moderata deiectio alui, boni ſucci generatio. Quumq́; per uenas digeſtum ſit, bonam carnem longe reddit meliorem, mordaces humores expurgat, quoſcunq; inuenerit. Qua de cauſa laborantibus urinæ difficultate, & acri uentris fluxu confert. Ad acres uerò & erodentes defluxiones utiliſſimum eſt: haud ſolum quod eas à membris affectis abluat, abſtergēte humiditate, quàm in parte ſeroſa cōtinet, ſed quod craſſitie pinguedineq́; ſua non ſinat nudis membris acres humores influētes occurrere. Præcipitur etiam, ut qui lac biberit, abſtineat à reliquis cibis, donec illud exacte concoctum ſit, & aluo ſeceſſerit. Nam ſi eo nondum confecto nouum alimentū ingreſſeris, præterquàm quod ipſummet putreſcet, etiā quicquid adieceris ſimul corrūpet. Mane ergo bibendum nuperrime mulctum, atq; interim magno labori parcendum, ſenſimq́; deambulandū interie-

ctis

ctis quietibus, quæ tamẽ citra ſomnũ ſint. His enim cõditionibus potum facile ſecedit educens ſecum quæ ſuperuacua fuerint. Addito ſale magis aluum citat, ſed iniucundius fit. Tutiſsimũ tamen quod multo ſero abundauerit. Cui uerò modicum ſeroſæ humiditatis ineſt, & caſei plurimum, frequens eius uſus nõ omnibus tutus eſt. Renibus enim ad calculum generandũ paratis, obſtructionesq́;, & morbos hepatis illis, affert quos aptos inuenerit. Sed neq; capiti ualde commodum eſt, niſi id ualde robuſtum fuerit, dentes etiam uſus aſsiduus lædit. Certe Hippocrates prohibet lac dari caput dolentibus & ſiticuloſis, permittit tamen hectica omniq́; leuiore correptis febri. Galenus in comment. ſuper eundem Aphor. ſcripto illud addit quoq;, quod caput afficit etiam ſanorum, & quod celerrime à cauſis calidis mutetur in fumoſam naturam. Lac etiam poſtquàm deſijt in coagulum, ſi multũ aceruatimq́; hauriatur ſuffocationem gutturi queat inferre, ſi fidem habemus Aetio. Vt iam probabilior fiat ſermo Plinij, quo commemorat, præfocatum uidelicet quendam fuiſſe pilo cum lacte hauſto. Quod ſi autor coagulato lacte dixiſſet hominem interijſſe, rem per ſeſe habitam abſurdæ fidei multo reddidiſſet uerisſimiliorem. Porrò circa lactis animalium notiones & diſcrimina te attentum eſſe oportet. Diximus

Aphoriſ. 64. lib. 5.

Lib. 13. cap. 75.

Lib. 7. cap. 7.

ximus paulo ante, magnã eſſe differentiam lactis, ſumptam uidelicet à natura locorum & herbarum, quibus ueſcantur animalia. Ipſorum etiam animalium lactis differentia, quam à natura & ualetudine conſideres animalis. Melius iunioris quàm ueteris, caprarũ & ouiũ lac magis excrementoſum, quàm boum, indicio ſumpto à mole corporis. Nam cõparatione facta bouis & capræ ouiſq́;, proportiõe corporis ſui, plus multo reddunt lactis capra & ouis, quàm bos, id fit eò quod maior copia boum nutrimenti in corpus abſumitur: ouibus autẽ & capris quantũ acceſſerit excrementi in lac tranſit. Lac aſininum tenuitate ſua maiorem uim abſtergẽdi uim habet. Laudat Galenus morem uariandi eſum lactis, ut modo caprino, modo ueſcamur aſinino: hoc tutius erit, illud nutriet magis, ubi nutritione erit opus. Laudat præterea genus edulij, quo lac & miliũ ſimul coquimus, Farinã, inquit, milij lacti incoctam eſitant, ueluti triticeã ruſtici. Clarumq́; id eſt genus edulij tanto, quàm illa per ſe ſola aſſumpta, melius eſſe, quanto lac coniunctum cum milio ad boni ſucci procreationem eminẽtius habetur. Dico autem alia omnia, cõ coctionem, uentris ſubductionem, in totum corpus digeſtionem, adeoq́; ipſam in edendo ſuauitatem ac uoluptatem. Venit hic mihi in animũ mirari, quidnam

Melius & iam eſſe lac nigri pecoris quàm albi, ſuprà eſt oſtenſum cap. 6.

Li. 5. de ſanit. tuen.

1. de facul. alimen.

Li. 1. ca. 17

ſibi

ſibi Celſus uoluerit, quod miliũ firmioris eſſe nutrimenti dixerit, quàm hordeum: quũ Dioſcorides & Galenus minimã uim nutriendi tribuant pani facto ex milio. Quod autẽ condimentũ ſalubre fiat ex milio & lacte, hinc eſt, quod lactis eſt uis humectandi copioſeq; alendi, milio cõtra lac pingue & glutinoſum, illud præaridum & inſtar arenæ cinerisq; friabile: lac obſtruẽdi uim habet quandam lenta pinguiq; ſubſtantia ſua, quàm moderatur tenuitate ſua milium. Coctum enim lac, ſicuti aliâs diximus, cum quopiam edulio craßi ſucci uſq; ad feruorem iecur obſtruit, & calculos in renibus promptius gignit. Nihil præterea conſenſu medicorum ad concipiendum retinendúmque calorem internum aptius milio, quamuis ſit primi ordinis refrigerantium. Probatißimum eſſe lac Plinius docet, quod in ungue hæret, nec defluit, & utilißimum eſſe maternum, nutricis exitioſum. Illud nequaquam omiſerim, contrariam eſſe lactis & mellis naturam. Noxas igitur lactis melle diſcuti, ſi uera narrat Plinius. Quod etiam aduertiſſe puto ruſticum illum longæuũ, quem Gale. ſubinde lacti caprino mel miſcuiſſe ſcribit. Lactis porrò amygdalini diuerſa eſt natura gratiaq; ab eo, quod emulgemus ab animalibus: ſaluberrimus tamen ipſius uſus à medicus omnibus indicatur.

Lib. 2. 7. de facul.

Cauſam autor explicat.

Lib. 22. cap. 24.

Li. 5. de ſanit. tuen.

Cap.

¶ Cap. XXIX. De caſeo.

Lib. 2. rei ruſt. cap. 2. CAſeum quemcunq; non admodum à Galeno cõmendatum uideo. Recentem autẽ et mollem Varro ſcribit alibilẽ, non reſidem in corpore, & quod bubuli caſei difficilius tranſeunt ouillis & caprinis. Dioſcorides hoc facile Varroni conceſſurus ſalem caſeo recenti adimit, ſi nutriendo eſſe debeat: hunc aptum ſtomacho ſignificans & ἀνακάδοτον, hoc eſt, quod Varro dicit minime reſidem, ſed facilis diſtributionis per corLib. 2. pus ipſum. Celſus etiam docet mollem eſſe boni Lib. 2. cap. 19. 20. ſucci, ſicuti ueterem mali ſucci. Galenus nihil diſcors illud addit: ueterem caſeum ſi forte fortuna Li. 3. de locis affect. in corpore fuerit excalefactus, facile melancholicum parere humorem. Acquirunt autem caſei omnes uetuſti ac butyrum ſalſedinem & acrimoniam, quo reſpexit Vergilius quando cecinit:

3. Georg. Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem.

Occultum exponit Seruius, id eſt, uix intelligibiLib. 11. ca. 42. lem. Cauſam explicat Plinius, ineſſe uidelicet natura pabulis ſalem aliquẽ, etiam ubi nõ detur: ita intelligitur maxime, omni in caſeo ſalem ſeneſcere. Nam tum maxime eius ſapor percipitur, qui quum adhuc recens eſt & lacti proximus, non ita. Porrò quod dicimus herbis ſponte prouenientibus acrimoniam quandam ſalis uel ſali aßimilimam

mam ineſſe, nihil mirum quum in certis hortenſibus herbis nitroſa quædam & ſalſa qualitas intelligatur. Vnde comparatum petroſelinon uel chærephyllum ad molliores herbas: nempe, blitum & betam intelligetur aliquid habere acris facultatis, quæ ſalis uim quadantenus referat: ut quoties hæc addideris illis, minus tibi ſit ſaliendum olus, quàm ſi per ſe ſola beta uel blitum coquatur. Sed de caſeo loquamur, cuius frequētem uſum ſenibus Galenus negat. Plutarchus nullius ætatis naturæúe ratione habita caute parciusq; uult attingendum. Hippoc. non ſemper uult eſſe malum, repertos quoſdam teſtatus, qui caſeo liberalius uſi, nihil tamen ipſo læſi fuerint. Quin macilentos impleri hoc cibo contendit, neceſſe tamen eſt, id molli recentiq; fieri caſeo. Nam ueteri ineſt attenuandi uis & incidendi, quum tamen à ſucci prauitate & æſtuanti feruore plus nocumenti percipiatur à uetere, quàm attenuandi uis corrigere ualeat, ut Galeno uidetur, & huius ſtatim æmulo Aetio. Si tamen plurimum panis adiungemus caſeo, minuetur noxa, quæ percipi poſſet. Commendatur caſeus boni ſuauisq; odoris, & cui non admodum multum fuerit ademptum butyri, alioquin diſſipabitur denuo in coagulū, minimumq; præſtabit nutrimenti. Illud neceſſarium cognitu, quod Hippocrates docet, non al-

Li. 5. de ſanit. tuen.

In li. de priſca medicina.

Lib. 2. de facult. ali. & lib. 2. cap. 99.

liū eſſe nocentiorē cibum poſt crapulā quàm ca-
In li. de ui. ſeū. Cauſam ſuſpicor, quod quicq̃d inuenit ſuper
ra. in mor. flui calore acumineq́; ſuo exagitat & inſequitur
acutis. tur bationē faciēs in corpore, unde fumi uapores
que excitentur. Siccitas nanq; calori accedens a-
cumen ipſi & agilitatē addit, affirmante Ariſto
In 4. lib. tele. Qualem in ſubſtantia caſei ueteris depre-
Meteor. hendi ſatis ſuprà eſt manifeſtatum. De butyro
non multa mentio fit à ſcriptoribus, niſi quate-
nus ad medendi uſum attinet, ipſis etiam diſcor-
Lib. 10. de dibus ſcriptoribus. Miratur Galenus ex ouillo et
facul. ſim. caprino lacte fieri butyrum poſſe, quemadmo-
medica. dum prior ſcripſerat Dioſcorides, quum tamen
Li. 28. c. 9. ſententiæ Dioſcoridis ſubſcribat Plinius utro-
Li. 11. c. ul. que poſterior. Vim illi eſſe contra uenena, conue
nit inter omnes. Addit Plinius exiguo guſtu bu-
tyri famem ſedari conſeruariq́; uires.

¶ Cap. XXX. De piſcibus.

MAgnam certitudinem piſcium notitiæ affert locus ubi uerſantur. Piſcium nāq; in cœnoſis ſordidiſq́; aquis uerſantium caro eſt excremētitia muccoſaq́;. Optima eſt eorum, qui in puro natat mari, maxime quod uentorum æſtu agitatum frequenter attollitur. Carniū enim ſubſtantia habent hi aliquid aſſimile: In digerendo nonnihil acquirunt difficultatis, nec enim pauci ſunt nutrimenti: quare rectè à Celſo numeran

tur

tur inter mediocriter nutrientia. Sunt tamen in dulcibus aquis natantes debilioribus naturis magis accommodi. Nam eorum ſatisfacimus ſtomacho, quantum quidem licet. In tanta igitur uarietate piſcium, ut generatim comprehendamus quinam eligendi ſint, qui non. Scire debes, eligendos eſſe piſces colore albos, carne ſuaui, ſubſtantia uerò non uiſcoſos, ſed friabiles: nec pinguedine multa reſperſos, ſed, ut in ſuo genere, carnoſos, non citæ obnoxios corruptioni, ſed durabiles, nec grauis & uiroſi, ſed ſuauis odoris. Magnam inuenit affinitatem naturæ Galenus inter ſenſum odoratus & guſtus, ut quicquid male odoratum eſt, continuo abijciamus refugiamusq́; tanquam naturæ inimicum. Si ætatem cõſideramus, nec iuniores, nec annorum multorum piſces optabimus. Locum ſi aduertimus, nequaquàm aquæ erunt, ubi plures ſordes cõfluunt, nec quæ malarum herbarum radicumq́; habeant copiam. Laudari uideo etiam piſces celerrime curſus, cuiuſmodi ſunt lupus & perca, quiqúe in aſperis arenoſisq́; locis uerſantur. Laudantur & ſquamoſi ſpinoſiqúe piſces, agnatæ enim ſquamæ & ſpinæ, puritatem ſignificant ſubſtantiæ; præſertim multæ & denſæ ſquamæ. Laudatur item piſcis maris, quod crebro Aquilone uento agitatur, quódque multos fluuios recipit.

Li.2.c.27.

Cõprehendit per ſummam uarie tractatam materiã de piſcibus à Galeno & alijs.

Lib.1.de facul.ſimpl. medica.

Quare mare Ponticũ et Balthæũ meliores alunt piſces, & ob uenti ſeſe permiſcentis aquis bonitatem, & ob exercitiũ piſcium, quod iactatione multa fit. Medio modo ſe habent piſces in oſtijs maris degentes. Præterea quanto fluuius ab ortu ſuo maior eſt & purior, & decliuior ad lapſum, nuſquam aut quàm minimum degenerans in ſtagni ſpeciem, tãto piſcis ſalubrior habetur. Quo argumento ſimul & uſu docet Galenus, Narem fluuium meliores alere piſces, quàm Tyberim, quamuis finitimi ſint, et hic illum ſecum rapiat. Sed eſt adhibenda cura in uſu piſcium, ut ne ſtomachum ipſi inueniant malis grauatum humoribus. Nam & plus excrementorũ reddunt quàm animalium quorumq; carnes, faciliusq́; fere corrumpuntur. Et eſt hæc quidem ipſorum natura, ut diutius ſtomacho immorentur. Quamuis piſces marini & duriores omnes diutius reliquis ſeruentur integri: molles tamen & friabiles piſces reliquis anteferuntur, tanquàm omnium optimos pariant ſuccos, & melius conficiantur cuiuſmodi ſunt ſaxatiles omnes. Cauſam cur piſces ſaxatiles facile concoquantur, habemus apud Ariſtot. in Problem. deſcriptam: Quoniam cuncta quæ ſaxis attinet aqua ſemper micat moueturq́; uel mari pacato exiſtẽte: propterea quod durum & molle eius ſunt naturæ qualitates, ut aliena

In 3. de facul. ali.

motio-

motione ac reprocatione interueniente minime poſsint quieſcere. Vnde piſces ab aqua moti redundantiam habent nullam. Eadem ratione uolucres quæ in perpetuo ſunt motu facile concoquuntur, ſicuti contrà, quæ tardæ, ut grues, pauones, anſeres, anates, & prorſus aqua gaudentes omnes aues. Eodem modo partes animalium in perpetuo motu agitationeq; exiſtentes, ſunt illæ quidem concoctionis facilioris, ut alæ, pedes, roſtra & uentris pars, præſertim ſuũ. Sunt præterea quidam molles, ſed minime friabiles piſces, inſerto glutinoſo quopiam ac pingui ſucco. Alij nihil glutinoſum ac pingue habentes, in hoc quidem cum ſaxatilibus piſcibus conueniunt, ſed quod ad carnis duritiem pertinet, differunt. Percam, gobium ſiue gobionem, & murenam, laudat Galenus. Gobium tamen non magno in pretio fuiſſe putant aliqui, ex eo quod Iuuenalis dixit:

Nec uelis mullum, quũ ſit tibi gobio tantum
In loculis.

Sed molem corporis intellexit Iuuenalis. Verum Martialis aliter uiſus eſt de gobione ſcripſiſſe in Diſtichis, niſi quis ſecus intelligere uelit, quàm uulgus interpretum exponit.

In Venetis ſint lauta licet conuiuia terris,
Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

Muræ̨nis ſua tempora olim preciũ fecerunt, quã uis hodie apud nos quoq; oxhalme condiantnr: aſſeruẽturq́; in multũ tẽpus. Scribit Macrob. co
Li. 13. c. 38 gnomentũ olim factũ. L. Murænæ Ci. Ro. quod appetens plus æquo fuiſſet huius piſcis guſtandi, longiusq́; conquirendi, durauitq́; nomen illud in familia Murænarũ: uerum creditur nihilominus aliqd habere uenenoſæ qualitatis. Et Aetius eadẽ remedia monſtrat morſis à muræna, quæ & à ui
Li. 9. c. 23. pera morſis, confirmat rem teſtimonio ſumpto à cõmercio ſerpentium: elapſas enim murænas coi tu ſerpentium impleri putari uulgo Plinius ſcri pſit. Deniq; quaſi internecinũ ei ſit odium cum piſcibus ſquamoſis, tãquam ex alio genere ortis, ita interdum in ſpeciem caninæ rabiæ uexatæ ſæ uiſsime perſequũtur piſces ſquamoſos plurimosq́ue mãdendo conſumunt, ſi uerus eſt Columella
Lib. 8. teſtis. Quod de coitu murænarùm cum ſerpentibus tradunt, idẽ de anguilla cõfirmat Auicenna. Mullo quantũ fuerit olim precium multorũ eſt literis traditum. Singulas libras totidem: ſeſtertijs emi ſolitas, ſuo carmine Iuuenal. indicauit:
Saty. 6. Mullum ſex millibus emit
Æquantem ſanè paribus ſeſtertia libris.

Olim in ipſis animaduerſam mullis magnitudinẽ
Li. 3. de facul. ali. fuiſſe, non carnis ſed hepatis capitisq; gratia, Galenus quoq; prodidit. Nam ut cæterorũ piſcium,

ſic

ſic mulli quoq; magnitudo excedens dãnata in uſu ſanitatis. Præterea coherceri cancellis mullos nec Gale. placet, quod ſaporis priſtinam gratiã amittant, ſicuti piſces quicunq; in mari uel maioribus fluminibus libere uagari aſſueti, et uiuarijs incluſæ feræ, ac uolucres præſertim ſublimiore gaudentes uolatu. Sed quamuis ſuauitatẽ ſaporis deponant in piſcinis mulli, & improbi ſucci difficilisq; cõcoctionis hoc pacto euadant, nihilo tamen minore in cura pretioq; fuerunt olim primoribus illis è ſenatu Romano. Irridet autẽ tantum luxum et inſolentiã M. Antonij eius qui Triumuir fuerat, ac aliorũ quorundã ſuorum aduerſariorum M. Cic. quũ alias, tum in quadam epiſtola ad P. Atticum ſic ſcribens: Nunc uerò quũ equitatus ille, quem ego in Cliuo Capitolino te ſignifero ac principe collocâram Senatum deſeruerit, noſtri autem principes digito ſe cœlum putent attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant, alij autem negligant &c. Tractat de hoc etiam obiter aliquid Macrob. in Saturnal. aliâs tamen à nobis quoq; obſeruatũ, ne nos tãquam coruos cadaueribus ab aquila relictis paſci putes. Lupus olim in magno fuit pretio, ſed omnium maxime qui laneus dictus eſt à candore carnis, quales in Timauo fluuio Liburniæ. Vnde eſt apud Martialem in Xenijs:

Lib. 2. epi. ad Attic.

Laneus Euganei lupus excipis ora Timaui
Æquoreo dulces cum ſale paſtus aquas.

Sed fuiſſe pretium lupo inter duos pontes Romæ *capto non ſine admiratione lego, quum nulli piſces fluuiatiles magis damnentur in cura ualetudinis, quàm quæ capiuntur in fluminibus populoſarum urbium: quippe ubi cuiuſq; generis ſordes & purgamenta corriuentur. Verum inconſultum uoluptatis ſtudium & amor, quid nõ tentat, quo expleatur? Quam tandem ueri rectiq; iudicij habet rationẽ? Simul factũ eſt ut cum magnitudine & gloria* Romani *imperij delitiarũ et uoluptatis ſtudium creuerit. Sed de lupis agimus, qui ſi ſupra* Romam *apud pontem Miluium, non in ipſo* Romanæ *urbis ſinu prenſi fuerint, forte laudari poterunt, ob rationem ſtatim adductam. Libeat etiam hic audire iocum* Horatij *in lautam iſtam ſuperſtitionem* Romanæ *gentis carmine ſuo ſic ludentis;*

Lib. 2. ſermo. Saty. 2

Vnde datũ ſentis, lupus hic Tyberinus, an alto
Captus hiet, pontes ne inter iactatus, an omnis
Hoſtia ſub Tuſci.

Li. 3. de facul. ali.

Salmo inſalubris eſt piſcis, ſicuti reliqui omnes pinguedine quadam ubique diſtincti referti q;, quales Galenus & ſubſtantia & cum concoctione deteriores reliquis diuerſa ſubſtantia docet, præterea ſtomacho infeſtos: quare cito ſatietatem

tatem ſui faciũt, & ſi paulo auidius copioſiusq; ſumantur, faſtidiũ facile creant. Qua nota dum ſalmonem taxo, poteris tu quoſcunq; piſces aßi miles ſubſtantiæ in eandem cenſurã comprehendere: Salpam ut uocemus piſcem, quem Itali mer lucium, nos Stockfiſche, non uideo quid prohibeat, ſumpto iudicio à ratione parandi. Scribit Plinius circa Ebuſum inſulam maris Tyrrheni ſalpam uerſari, obſcœnũ alibi, qui nuſquã perco qui poßit, niſi ferula uerberatus. Obſcœnũ dicit ab inſueta deformitate ſpeciei, quæ certe adeſt noſtræ ſalpa. Nec obſtat, qui non dixerit ſalpam etiam in oceano Germanico capi, quia probabile eſt uiciniorem piſcatum ei notiorem fuiſſe. Nam ſalmonis faciens mentionem dicit in Aquitania ſalmonẽ fluuiatilem marinis præferri, nulla mention e facta ſalmonis Rhenani, quũ & hic marinis dulcedine ſua poßit anteferri. Omnes nãq; piſces ex mari in fluuios migrantes, aliquid remittunt ſalſi ſaporis, et dulcedinem à fluuiorũ natura ſibi quærunt. Spondylus piſcis ab Italis Scinaglia dictus, interprete Georgio Merula Alexandrino, ſubdura eſt carne, laudatißimus profecto. Eundem arbitror eſſe, quem nos Mone dicimus, ſimilitudine figuræ admonitus. Inter ſaxatiles piſces numerari poterunt & trutæ, quoniam in ſaxoſis fluuijs plurimũ uerſantur. Paſſeres etiam

Li.9.ca.18

In cõment. ſuper 7. li. Epigram. Martial.

inter molles piſces numerantur, ſalubresq́; iudicantur: cæterum id ego cõcedo duratis ſiccatisq́; ſole, recentibus etiã ſi detrahatur pellicula. Omnes autem piſces cuiuſq; generis, ſed præcipue molles & pingues cõdimenti uini uel aceti & aromatũ quicquid afferre poterunt incõmodi, magna ex parte diminuent. Aromata ſint zingiber, chariophyli, cynamomũ, & crocus, parum addi piperis integri uel non exactè triti permitto. Vel loco aromatũ ſint cepæ, uel porrum, ſaluia, ſiliquaſtrũ, rosmarinus, amaracus, & hyſſopus. Tametſi intelligo ſimpliciorem coquendi formam monſtratam à Gale. Copioſa in æneum uas infuſa aqua, inquit, olei quod ſatis ſit inijcito cum anethi & porri pauxillo, deinde quum hæc ad dimidium cocta fuerint, ſalis tantũ addito, quod totũ ius ſalſum nõ efficiat. Certe ſi quis ad hunc modũ piſces hodie apparet, parum gratificetur palatis delicatorũ ac fortaßis auertat appetẽtiã. Quod aũt Galenus oleum butyri uice uelit addi, nihil mirum, quum ſua ætate in Italia butyri eſus non dum fuiſſet uſitatus. Scribit enim Plinius butyrum barbararum eſſe gentium cibum laudatißimum, & qui diuites à plebeis diſcernat, niſi fortè olei calore fouendũ piſcium frigus uoluit. Ad extremum ſcias uelim, omnia quæcunq; teſtis includuntur ceu cancri, cochleæ, teſtudines, aſtaci, id

Li.3. de facul.ali.

Li.28.c.9.

In libr. de uict. ſalu.

eſt.

eſt, gamari, difficulter corruptibilē carnem habere, ſed & difficulter digeri. Habet tamē ius eorundem uim ciendi aluũ, ſi cum pipere coquatur autore Pſellio. Qui uerò piſces haud ſunt ſquamoſi, ſed tactu molles inſtar cutis humanæ, duræ carnis traduntur eſſe & difficilis cōcoctionis, ſi tamen concoquantur haud contemnendũ alimentum corpori præbere. Piſces uerò qui fumo temperantur, tanquam deterrimi ſunt habendi, peßimus enim ſuccus ex his gignitur. Qui forte accuratior erit naturæ piſcium cognoſcendæ, idem legere poterit libellum Pauli Iouij epiſcopi Nouarienſis de piſcibus. Multum enim ueræ laudis eo ſuo opere uir ille eſt conſecutus. Audio Petrum Gyllium Gallum quendam in eodem argumento diligenter laboraſſe. Quare utrunq; tu conſulere, & ipſos inter ſe conferre poteris.

Gal. li. 3. de facul. alim.

¶ Cap. XXXI. De melle.

MEl crudũ maxime ſi ſolum abſq; pane ſumatur, acrimoniæ ſuæ ui aluũ ad excretionē proritat, coctũ alit. Sed quãuis utile ſit ſenibus & in uniuerſum corporib. frigidi tēperamēti, calidis tamē naturis maxime ætate uigenti inutile eſt. Copioſius etiam ſumptũ nauſeam afferre ſtomacho poterit, laborantibus quoq; hectica febre mel ſubtrahit Galenus. Illud uerò placentæ

genus,

Libr. 10. de morb. cur. genus quod ex melle & farina conficitur, itrion dictum, difficilis habetur concoctionis, maxime ſi glutinoſa fuerit farina, haud tamen, ſi conficiatur in uentriculo, malum pariet ſuccum, alioquin oberit obſtructiones patientibus, uel ijs, qui obſtructionibus facile ſunt obnoxij.

¶ Cap. XXXII. De oleo.

Li. 2. de facul. ſim. medica. DE olei natura priſcis temporibus plurimum inter homines doctos uariatã fuiſſe Galenus teſtatur. Ipſe tanquàm arbiter illius controuerſiæ ita diſtinguit oleum, ut quatenus ſale uacet, lubrica ui ſit in corporibus humidis, perinde ut blitum & maluæ. Si uerò ſalem admixtum habeat, è uentre puto euadere ſalis ſtimulatum acrimonia, atq; etiã inteſtina radere hoc pacto affirmat, maxime tamen ſi quis inteſtina debilia habeat facile paſſura diarrhœan. Si quis autem caloris uim mitigare uelit, quæ in oleo haud tamen eſt excellens, addet aquam. Ipſa quoq; uetuſtate calorem oleum cõcipit maiorẽ. Quod enim eſt dulciß. Aetius decernit eſſe medij temperamenti. Quod è nuce arida, raparumq; ſemine fit, inſalubrius habetur. Omne autẽ oleum nocet oculis, & uim lachrymas excutiendi habet, leniter enim mordet. Cauſam ſumit Ariſtot. in Problemat. à tenuitate & lenitudine quadam, unde

Lib. 2. cap. 194.

Proble. 22. Sect. 20.

ſubeat

ſubeat & irrepat in oculos, & tabefaciat humorem oculorum, quo etiam credo cõferre aliquid moram eius in ſtomacho, eſt enim ſtomacho cum oculis συμπαθία quædam, uena certa à ſtomacho pertingente ad oculos, ut exiſtimauit Plinius. Hinc etiam eſt quod quibus eruũtur oculi, ſtatim euoluitur ſtomachus & ad uomitionem concitatur. Oleum etiam omne exaſperat guttur & tuſſim eſt ſuſcitare aptum. Nulla res odorum qualitatem in ſe melius retinet, quàm oleum, referentibus Plinio & Plutarcho, ob tenuitatem ſuam aeream, ut conijcio. Si quis tamen olei uelit lentorem prohibere, optime id faciet aromatum condimento, uerum ſic calidius multo ſeipſo euadet. Eſt enim facile ſuſcipiens qualitatum caloris frigorisúe.

Lib. 11. cap. 37.

Li. 13. cap. 2. & Plutarch. in li. de tuen. ui.

¶ Cap. XXXIII. De aceto.

ACeti modicus uſus prodeſt, eſt enim in cibis grati condimenti loco appetentiam excitantis. Sed potiſſimum calidos, dulces & pingues aceto condiemus modico. Nam ita guſtui quoq; gratus ſapor obijcietur: uerum caue, ne exquiſitè dulcibus, exquiſitè ualens acetum æquis uel fermè æquis portionibus admiſceas. Mitigari acetum pane toſto uel uino plurimum etiam ſale refert Plinius, ſicuti pipere uis eius accendi-

Li. 23. c. 1.

Ex ſenten. Gal.14. method. medē. Lib.3.de uict. rat. in morb. acu.

cenditur: multus tamen & frequens uſus extenuat & deſiccat, præſertim ſi ualens fuerit acetū. Ingreſſum etiam per os & tunicas linguæ ac uentriculi ſenſum ſui ibidem diu relinquit, uim quodammodo habens, ac ſi dicas, triſtificam. Conſueuit enim in maſſam attolli, inquit Hippocrates, et multiplicari aceto bilis atra in corporibus melancholicis, licet his, quibus amara bilis exuperat, conferre ſoleat per ſe hauſtum. Mulieribus etiam magis, quàm uiris nocet, utpote quod uterum dolore cruciat: lædit enim neruos & partes neruoſas, eoq; obeſt robori corporis. Dentes tamen confirmandi roborandiq; uim habet, & leuiorem ſingultum finiendi. Poterit & leuiores deſtillationes cruentas narium ſiſtere olfactus aceti infuſi in panem toſtum, ſed & uenenis acetum aduerſari hactenus eſt communi doctorum fide receptum.

¶ Cap. XXXIIII. De aquis.

Lib.1.de facult.ſimpl. medica.

AQuarum bonitatē Galenus à tribus ſenſibus primo æſtimat, nēpe guſtu, uiſu & odoratu. Guſtu puram dicit, ſi nullā offerat qualitatem, ſed ad unguē expers maneat ſingularis alicuius guſtus. Viſum, quum ſyncera fuerit ac plane perlucida: ſic nec odoratu ullam præ ſe ferre qualitatē debet, ut ſunt quædā extremæ prauitatis,

tis, quæ aut acidum, aut acre, aut ſalſum aliquid uel putridũ, uel aliquod aliud uitiũ uix effatu ſingulari nomine præ ſe ferunt. Si à loco, unde erũpant aquarũ bonitatẽ uelimus cognoſcere, Galenus *&* Hippoc. *uolunt aquam potabilem exurgere à loco ad orientem ſpectãte, quæq; per meatus mundos celeriter currat, per terramq; purã coletur, æſtate frigida, hyeme tepida: quæq; eadem celeriter calefiat & refrigeretur, hanc omnibus ætatibus uolunt accõmodam.* Palladius *paulo accuratior non habet à calore, ſapore & odore probari aquas, nec à loco, unde erumpant, quod his omnibus ad ſpeciem obſeruatis, inquit, occultiorem noxã tectior natura ſeruare conſueuit. Itaq; nos admonet ab incolarum quoq; ualetudine facere periculum aquarum, ut ſi fauces bibentium puræ ſint, ſi ſano capite, ſi in pulmonibus ac thorace aut nulla eſt, aut rara cauſatio: deinde ſi uenter aut uiſcera, latera uel renes nullo dolore aut inflatione uexentur, & uicia nulla ueſicæ ſint. Aquarum ſubſtantiam, ſi uolumus attendere, unus omnium* Celſus *aptiſsime diſtinxit. Aqua leuiſsima pluuialis eſt, inquit, deinde fontana, quum ex flumine, tum ex puteo. Poſt hæc ex niue aut glacie, grauior his ex lacu, grauiſsima ex palude. Et tam* Palladius *quàm* Celſus *præter reliqua quoque aquæ leuiſsimæ attribuunt, quod legu-*

1. de ſanit. tuen. lib. de aere, aqua, & regio.

Li. 1. rei ruſticæ.

Li. 2. c. 17.

legumina ex ea celeriter percoquantur. Paulò poſt Celſus, ferè uerò ſequitur, ut quo ualentior quæq; materia eſt, eò minus facile concoquatur, ſed ſi concocta eſt, plus alat. Itaq; utendũ eſt materiæ genere pro uiribus, modiſq; omnibus pro genere ſumẽdus. Æginetą rem diligentius adhuc tractans, imbrium aqua, inquit, eſt leuiſsima, dulciſſ. lympidiſſ. tenuiſsima, eò quod ſol leuiſsimũ et tenuiſsimum attrahat, ac id non ſolum ex aqua, uerum ex mari quoq; & corporibus. Quapropter omnium etiam celerrimè computreſcit, ceu diuerſis ex qualitatibus conflata. Nemo autem aquam putrefactioni opportunam deterrimã eſſe exiſtimet, nam mutationis facilitas uirtuti potius quàm uitio tribuitur. Quæ igitur aqua optimæ aquæ notas habet, ſi prompte etiam putreſcet, ea cenſebitur ſaluberrima, quamuis quum mutari incipit occaſionem raucedinis, tuſsiculæ, & uocis grauitatis præbeat. Ac inter imbrium aquas quæ tonitru decidit, præſtantior eſt, quàm quæ nubibus demiſſa eſt. Ex glacie & niuibus aquam inſaluberrimã iudicat. Niualem adhuc peiorem glaciali cenſet Hippoc. Lithiaſin, ſtranguriam et renales dolores inferentẽ. Cauſam inuenit Ariſt. in Proble. quod frigus concretũ in glacie niueq; ſimul cum terrena ſubſtantia maneat, non eliquatum extractumq; ui & calore ſolari. In ſumma

Li.1.c.50.

Idem cenſet Oribaſius li.2. de fa. ſimpl.

Li.1. de aere, aqua, et regio.

ma, magna nobis adhibenda cura circa delectum aquarũ non ſolum quas potemus, ſi modo neceßitas incidet bibendi, uerum etiã quibus cum apparemus cibos & potiones cereales. Nam quũ aqua ſuamet ſponte à frigoris natura diutißimè moretur in præcordijs, iuxta ſententiã Galeni, & inflatum mutetur corrumpaturq́;, uentriculi debilitans concoctionem, tum ſi malam aliquam qualitatem acquirat, utpote ſi craſſa, turbida, olidáue ſit, inſuper obſtructiones ſplenis & calculum gignet, ac forſan febrium malignarũ cauſa fiet. Omnium uerò maxime aqua putrida poſt cibum mali ſucci pota incommodabit naturæ. Animaduertit Plato quoque à naturis conditionibusq́; aquarum tam animos quàm corpora progreſſu temporis affici, quò fit, ne inutile ac contemnendum ſtudium aquarum delectus poßis ſuſpicari. Craßioris tamen aquæ, emendationem fieri poſſe cœpis, alijs & eiuſmodi rebus incidendi attenuãdiq́; uim habentibus, multorum eſt opinione receptum. Cæterum aquæ intempeſtiue potæ, damna diximus iuſta moti occaſione, quando de peregrinantibus agebamus: quibus illud addidimus, copioſum aquæ potum per æſtatẽ corporibus noſtris nocere atque cauſam fieri poſſe hydropis. Idq́; ex Hippocratis obſeruatione. Innatũ enim calorum ſtupore ſuo frigida aqua extremè offendit, ut uſum

Libr. 7. de morb. cur.

Li. 5. de legibus.

Li. de mor. qui intus.

Gale. li.7. de morbis curandis.

eſt Aetio. Vini feruidi & ueteris contraria prorſus eſt natura.

¶ Cap. XXXV. De uinorum generibus & natura.

Vinorum uaria ſunt genera: à colore, ſi æſtimentur, ſunt nigra, rubella, flaua, pallida. Nigra tardi ſunt meatus & caput facile lædentes, unde fit, ut durior ſit ab ijs orta crapula, quàm à reliquis ut in ſuo quodq; genere. Nã fieri poßit, ut uetus & perferuidum album tenui & debili uino nigro facilius citiusq; tentet caput, & efferueſcere ſanguinem membraq; faciat. Sed obſeruauit Oribaſius Sardianus ab uſu multo nigri & auſteri, propter læſionem capitis, ingeniũ etiam obtundi & hebetari. Nam dulcia maximeq; rubella idẽ minus forte ualeãt efficere, id quod promptum ac facile ſit cuiuis cognoſcere. Non enim adeò morantur tranſitum hæc, quàm illa. Probarẽ maxime uina rubra, ſi paßim tenuia reperirẽtur. Graſſa certe parcißime bibẽda, præſertim qualia naſcũtur in agro Campano, quæ Mangauerra uocant Itali. Opinor eſſe Setina, uel ſunt certe conſimilis generis. Qualia item ſunt in finibus Eluetiorum uerſus Nouocomum, Voltolina uulgo dicuntur. Alunt quidem eius generis uina copioſe, minus tamen bonũ ſuccũ creantia reliquis omnibus: niſi

Lib.3.de cõfect. cib.

niſi forte inueniantur plumbea colore, quorum apud Martialem mentio, à me nondum uiſa, nam hæc uel color ſolus condemnat. Laudat Sympho. Campe. uina rubella ſubacerba, qualia teſtatur prouenire in agro Lugdunenſi, qualia item ſolet dare ager Feldrenſis, tenuia enim ſunt ſplendida, & gratæ cuiuſdam ſuauiſq; acrimoniæ. Vina lutei coloris ſplendida dulciaq; maxime commendat Aetius, quale Phalernum in Italia. Nam cæterorum uinorum quæ commemorat, longius forent nobis exempla petenda, id enim probum ſanguinem & craßitudine temperatum gignere prodit. Quæ flaua ſunt uina, uel à natura id habent, uel ab ætate. Quod ſi à natura id habeāt, id eſt, ſtatim aut paulo poſt ab expreßione botrorum, perſpicuum eſt, ea callidißima habenda: ſin uerò quum pallida prius fuiſſent ipſo temporis tractu, flauo ſunt tincta colore, proximum caliditatis locum ab illis ſtatim dictis obtinent. Eadem ſi tenuia quoque erunt, optimæ notæ habebuntur, & ad ualetudinis tutelam accōmodatißima. Quin ubi pauxillo aquæ miſceantur, ſenties manifeſte calorem per totum corpus tranſmitti, ſi modo uera narrat Galenus. Aquæ paulūlum uino forti admixtum uehiculi eße loco, ut citius meliuſq; membra poroſq; uinum ſubeat, ipſo etiam Ariſtot. monſtrante didicimus. Cæterū ſi dilutius

Li.10. epi.

Li.2.ca.4.

Lib. 22. de morb. cur.

temperetur,id adeò non efficiet, ut faſtidiũ & uomitum ſtomacho poßit afferre. Nanq; id maxime uomitum mouet, quod innatare ſtomacho conſueuit,quodq́; deguſtatum inſuaue & inamabile eſt, faſtidioſum quoq; eſt. Modo uinum abundantius dilutum tenuitate ſua quidẽ perfluere ualeat celeriter, quia tamen hebetata uis & gratia uini eſt, fit faſtidio. Conturbatur ergo ſenſus ſtomachi ab excitatione motuum diuerſorum,quem ſcilicet et uinum & aqua pariter efficiunt, maxime in ijs quibus uis ſtomachi à ſubtilitate neruorũ eſt, ualde ſenſilis: quod quidem malum tum augebitur, quum uinum dilutius erit dulce, difficilius enim permeant dulcia,quamuis auidius apprehendantur. Certe Plutarchus magis approbat uſum uariandi interiungendiq́; uino modicam potionem aquæ,quàm diluendi uini. Rationem eius interpretor, quod & feruor uini nõnihil mitigetur et prohibeatur facilior ebrietas (facilius nanq; incidimus ebrietatem à uino modicè diluto,) & quod prohibeatur nauſea, quæ à uino aqua copioſe tẽperato forte concitetur. Deinde ſi moderatus ſit boni uini uſus, non eſt quod plus nos metus angat feruoris,quàm ſoletur certa ſpes & perſuaſio eorum,quæ nobis uinũ confert bonorũ.Nam & ſemicrudos humores digerit iuxta ſententiã Galeni quantũ aliud quicquã,tum ſudorẽ urinamq́; prouocat

24. Prob. Sect. 3.

Probl. 18. Sect. eiuſ.

Lib. de tu. bona uale. Idem fere Plinio uidetur lib. 23. cap. 1.

Li. 4. de ſanit. tuenda.

uocat, ac ſomnũ conciliat. Cæterum prohibentur ab eodẽ uina uetuſta calidis & ſiccis naturis, præſertim peſtilentia graſſante, propterea quod ſanguinem prompte adurunt. Quin narrat exemplũ Galenus de puero quodam uehementer exaſperato ſiti, qui quum aquæ potabilis copia fuiſſet, uinum uetuſtum liberalius hauſerat, impotentia ſitis urgente, utq; eundem ilico peruigilijs & delirio uexatum, poſteaq́; febre correptum interijſſe. Sunt autem uina uetuſta eligenda, quo maior fuerit frigiditas: frigiditatem intelligas ætatis, naturæ, temperamenti, ſexus, temporis, regionũ. Non tamẽ adeò debent eligi uetuſta ut iam amara facta fuerint: nam amara immodice ſiccant, minimum uerò hæc exhibebis, quos in uentriculo flaua bilis infeſtat. Talia nanq; ſimul laudabilẽ ac nutrientẽ uini ſuccum iam amiſerunt, ſimul iniucunda quũ ſint, hoc ipſo ſtomachum offendunt. Porrò quum ſaporis gratia diſcernamus uinum, abſurdũ profecto ſit & ſuperuacaneum certa amorum ſpatia uino præſcribere uelle, ut in tanta uarietate, ſiue naturam & ſubſtantiam ipſorũ attendas, ſiue regionẽ aut locum ubi nata ſunt, ſiue coctură. Nam id quoq; plurimum refert, quouſq; coctum à ui ſolis ſit uinũ. Certe aquoſum & debile acerbumq́; uinum fugiendum omnibus naturis bono exiſtentibus temperamẽto medici mouent, utpote quod in-

In lib. de Euchymia & cacochymia.

Li. 2. de locis affect.

Li. 7. et 12. metho. medendi.

tra uenas membraq́; collectum cito aceſcat putreſcatúe. Qui diligentiores in re ſunt, quorũ de numero Marſil. Fici. ſic ſtatuunt. Vinũ quo uelimus uti, tam firmum & ualens eſſe debere, ut triennio toto perſeuerare integrũ poßit. Nã compertũ habemus, debilia iſta aquoſaq́; uina in paucũ tẽpus durare, ſi uel magna in reponendis aſſeruandisq́; adhibeatur diligentia. Quamuis hæc tamen plurimum afferat momenti, ſicuti aliâs eſt intellectũ, quando de domorum cellæq́; uinariæ conſtructione diximus. Regionem autem uel ſitum loci plurimum conferre, nihil eſt, quod multis uerbis declaremus. Ipſa nanq; teſtis eſt experientia, meliora ualentioraq́; uina in calidis regionibus reperiri, quàm frigidis: & in montanis locis, quàm cauis planisúe. Rurſus in apricis & ſoli expoſitis, quàm in caliginoſis, uel minime ſoli peruijs. Vt interim ſingula ſingulis apte reddantur. Coctionis etiam modo ac diuerſitate diſtingui uina an non certißimum documẽtum nobis exhibent nata L. Opimio Cons. uina? Cuius quidem conſulatu durante optima ſolis cœliq́; temperies uinum tum copioſum, tum optimum dedit, ſic ut annus ille coctur æ nomen conſequeretur à probiore ſolito uini decoctione: legimusq́; inter rarißima miracula naturæ, illius anni uina durauiſſe in annos fermè ducentos, ac nominis æternitatem Opimio

In li. de uita produ.

Ex Pli. lib. 14. cap. 4. & 14.

Lu. Flor. lib. hiſt. 6.

Cons.

Conſ. aſtruxiſſe, alioquin ſeditionibus & morte Tyberij Grachi celebri, ut Opimiana uina perpetuo dicerentur, redacta tandem in ſpeciē & craßitudinē mollis. Vnde Martialis illud exijt, ne quis ab uno ſcriptore excogitatā fabulā uerius, quàm ludentis prodigium naturæ putet.

Lib. 1. Epigramma. & lib. 2.

Teſta ſed antiqui fœlix ſiccatur Opimi.

Et alibi:

Cecuba ſiccentur quæq; annus coxit Opimi
Condantur paruo fuſca falerna uitro.

Si genera uinorū omniū perſequi ſtilo uelim, quorum quidem mētio paßim à ſcriptoribus uetuſtis fit, (ut tentatū autem id intelligo à Montano Veronēſe homine doctißimo) ſi quæ ſingulis naturis ac tēperaturis ſuo uelim attribuere uina, operoſum profecto negociū ſumpſero, ac neſcio an par laborē ſit utilitas cōſecutura. Sed tamen quia præceptiones ferme omnes artium ſunt uniuerſales, & pleraq; in uita noſtra incidunt, quæ ſuſceptam ſubinde uictus rationem cogunt uariari. Age tandem lector candide, & noſtris inſtitutis faue quæſo. Ac primum quidem ceu certus perpetuusq; habendus canon, ne ſenes, debilioresq; natura uinis utantur craßis & rubris, ſed calidis natura ætateue. Itidē melancholici omnes ſiue natura, ſiue ſtudio, ſiue ætate, ſiue alio quouis caſu facti ſint tales

Nam ut ferrum igni mollitur, ut Platonis utar uerbis, ſic atra bilis uino miteſcit ac ſedatur. Sed cauebunt iſ tamẽ ſibi à uino præferuido, id enim caput ac neruos promptum eſt oblædere, præterquàm quod, ut dixeramus, ſanguinem adurit. Itidem temperabunt ſibi à uino nouo ualetudinarij perpetuo & ſenes. Nam quum nondũ iuſtam puritatem ſibi quæſierit ac pars feculenta quandam atræ bilis naturã referens nondum reſederit, deinde quoq; nondum iuſtus calor acceſſerit, haud ita cõducet hepati renibusq́;, ſed & fluctuabit in ſtomacho, quãuis ubi receſſit aluo purgandæ ualeat. Vino præcalido & forti abſtinebũt, quibus caput contigit debile, hoc enim neruoſam ſubſtantiam promptiſſime offendere Galeno uiſum eſt, idq́ue maxime ſi ieiunus quis ea bibat. Fuiſſe multis hominibus olim morem ut ieiuni biberent & potus uini antecederet cibos meminit Plinius: nec morem ita temere arreptum, ſed cauſam et originem ſumpſiſſe narrat ſub Tyberio Claudio Cæſ. à quorundã peregrinorũ placitis medicorum, nouitate aliqua ſeſe cõmendantium. Sed probabile eſt & ſi ilico ſanguinis creandi cauſa ſit ieiuno ſtomacho uinum ſumptũ, eundem tandem ſanguinẽ minime firmũ, ſed fluidum & labilem futurum. Omne autem uinum pueris negandum uſq; ad annum ætatis decimum octauum, Plato ſuaſit. Id enim eſſe

Li. 2. de legibus.

In com. ſuper 28. Aph. Hippo. part. 6.

Li. 14. de cap. ult.

Lib. 2. de legibus.

ac

ac ſi ignem igni in corpus animamq́; ſuggeras, antequàm ipſi uiri effecti labores ſubire incipiant. Furioſum nanque habitum iuuentutis cauere oportet: quod uir ille diuinus de uino præcipit, idem intelligere poßis de cærealibus iſtis potionibus factis è ualentiore materia ac acrimoniam tempore ademptis, ſic, ut agere rapereq́; mentem animumq́; ac debilitare corpus poßint. Qui tamen exactiorem cogitationem curamq́; ſuſcipiunt iuuentutis curandæ, putant non puram offerendam puero aquam, ſed uino quàm maximè dilutam, aut certe cum iam acceſſerint anni pluſculi dandum uinum debile, idemq́; paucum. Nec eo ſolum contentus fuit Plato, pueris ut ipſe uinum demeret, eò quoq; progreſſus eſt, ut negaret uinum uiro & mulieri porrigendum, qua nocte liberis creandis dare uellent operam. Semen nanque redditum ab homine refecto largiore potu uini exiſtimauit inutile futurum. Etſi illud utique coaleſcat, tamen ueriſimile uideri uoluit ebrios de ſe procreare fœtus inæquales, inſtabiles, obliquos tam membris, quàm moribus. Qui enim uino repletus eſt, inquit, rabie tam corporis quàm animæ concitatus quouis & trahit & trahitur: hæc enim in corpora naſcentiũ tranſlata, illic imprimitur, unde peioris inde naſcũtur: et hactenus quidem ille, haud malis uſus rationibus. Sed & ue-

Lib. 2. de legibus.

Li. 2. & 6. de legibus.

In libr. de ſomno & uigilia.

tuit Ariſtot. dandum uini nutrici infantis, omniũ
Lib. 2. de legibus. *certe minime cẽſeo ipſis dandum nigrũ, ualidum, ſimul enim cum lacte infans naturã & ingenium nutricis creditur haurire. Vt ad Platonem redeamus, hic & ab ebrietate & pleniore uini uſu arcet iuuentutem, moderatum tamen uſum conceſſit uſq; ad annum triceſimum. Sed quum ad quadrageſimum annum uiri peruenient, tunc in conuiuijs liberius diſcumbentes, quum alios tum Dionyſiũ ad ſacra ſenum & ludos inuocent, qui hominibus uinum quaſi remedium aduerſus ſenectutis duritiã eſt largitus, ut reuiuiſcere uideamur et mœſtitiæ nos obliuio capiat. Sed de uinorũ generibus plura diceremus argumento ſumpto à ſapore, & nominibus, & alijs quoq;: uerum hæc uidebantur ad præſens ſatis. Quãuis de modo ipſius potandi poſtea dicemus loco cõmodiore, & de facultatibus ipſius à guſtatu, quum de ſaporũ natura tractabimus. Itemq; quũ de crapulæ extinctiõe loquemur. Nam hæc pars ad inanitionem eſt quodammodo referenda. Vini quoq; cõmodorum aptior mentio fiet, quando de affectionibus animorũ agetur. Ad præſens autem ſatis eſto naturam & notionem quandam uinorum generalem fuiſſe cõmonſtratam. Poſtremò ſcias omittendam eſſe potionem uini fœculenti, fœcis ea natura ac uis eſt ut deſcendentes in dolia poſſit necare. Eſt enim*

uis

uis quædam fœci, quæ nitro, ut ſiccata recipiat ignes ac perflagret ſine alimento: ex quo conijcimus uina fœci propinqua plurimum ſtruoris concipere. Annotauit Macrobius, uina circa mediam dolij partē eſſe meliora, oleum in ſumma, mel in ima parte, cauſis etiam quibuſdam ab eo propoſitis. In 7. Saturnal.

¶ Cap. XXXVI. De zytho, quam & ceruiſiam uulgo uocant.

POtiones ex fruge cōficiendas partim carentia & inopia uini ſuaſerunt, partim uoluptas, ut uarietate gratiaq; potionis guſtū recrearemus, partim etiā ualetudinis reſpectus effecit. Ad multas enim res utilis habetur zythus: nec dubito quin ſi priſcis illis rei medicæ ſcriptorib. cognitū fuiſſet ipſius artificiū cocturæ, quomodo apud nos apparatur, tū ſaporis gratia, tū utilitatis quoq;, haud eam ſtilo ſuo præterijſſent. Nec Germanorū modo et Gallorū, ſed Ægyptiorū zythi uſum ac primū fuiſſe inuentū, ex multis uetuſtis autoribus conſtat, quò minus me teſtiū intelligas urgeri quærendorū inopia. Et quamuis diuerſus ſit coquēdi modus, id tamen eſt perpetuū, ut quo ex firmiore materia ſit ſiue zythus, ſiue alia quæuis potio frumentacea, tanto ualentius eam alere. Zythum aūt

uoco

uoco potionem ex fruge factam, & ſi non dubito diuerſum eſſe cõcoctionis modũ hodie noſtræ gentis, quàm olim ubiq; fuerit. Quia tamen materia eadem, nec ceruiſiæ uocabulũ apud antiquos probatosq; ſcriptores inuenio, patietur noſtra ætas æquo animo, ſicuti ſpero, me nomen zythi indere potioni iſti noſtræ cereali. Quanquã nõ tam ego uocabulum id impono quàm oſtendo, ob materiæ conuenientiam & elixationis modum potius admittendum, quàm nouitium & barbarũ paßim recipiendũ. In zytho igitur coquendo ſi ſalubritatis habere curam uolumus, haud ita magnã copiã ſiliginis hordeo miſcebimus, quod craßitiem & lentorem in ſe plurimum habeat ſiligo, quamuis permixtione furfurum nonnihil attenuetur craßities & gluten, lentorq́; quaſi dißipentur: quo etiã confert hordei natura, quod tenui ſucco ſit abſtergentiq́; facultate. Conueniẽtior etiã erit ex tritico factus zythus robuſtis, & ab ægrotatiõe longa, macieúe multa referendis. Quod ſi quis zythum non ualenter nutriendi, ſed ſitis reſtinguendi ſimul & refrigerandi cauſa uelit, (ut ferè ſolet præcordijs æſtuantibus, aut in ardoribus caniculæ) poterit hic hordeo zeam permiſcere, uulgo ſpeltam: nam hæc mediam quodammodo nutriendi poteſtatem habet inter triticum & hordeum, ut Dioſcoridi uidetur. Cui uerò zytho plurimum

indi-

inditur auenæ, debilioris adhuc euadit nutrimen-ti: zytho addenda lupi ſalictarij copia, lupulū uo cant, mundare ſiquidem ſanguinem creditur. Miror cum Symphoriano Campegio Meſuen reponere lupulum inter herbas ad frigus declinantes, Campegius reſpōdet uires florum; quas in zytho oſtendant ſatis manifeſtare calorem ſuum, quibus rebus, inquit, grauitas etiam odoris aſſentit. Ego rationem apertiorē affero, quare lupus ſalictarius inter calidas herbas reponatur, quod ſemen eius ſit amariſsimum, proximè flos quoque, modo cuncta uehementer amara ſunt participantia caloris et ſiccitatis ex decreto Galeni. Eſſe autem lupum ſalictarium, qui quaſi per diminutionem lupulus dicitur, multi ex Plinio coniecturam eliciunt à modo naſcendi. Sponte naſcitur ad ſalicta plerunq;, & quod in condimentum uenit ciborum. Quæ quoniā paſsim recepta eſt opinio, quamuis manifeſtiorem rationem curioſius aliquis deſideraret, habeatur à nobis lupulus in priſtina ſigificatione ſua, donec ſuccedet, qui ueterem redarguat opinionem certis euidentibusq; rationibus. Cæterum ne culturæ forma & modus te abducant à uulgari opinione, lupulum ex agreſti fecit horten ſem induſtria diligētiaq; humana, ut alia pleraq;. Poſtremo tibi obſeruandum relinquo, ut zythum non niſi probè coctum bibas & clarum, alioquin

In libr. cui titu. horti gallici.

Libr. 4. de facul. ſim. mod. & 7. de morb. curandis.

Li. 22. c. 15

flatus

flatus excitabit, & puncturas in uentre, & forſitan affectionē colicā quoq;. Obſtruet præterea uiſcera, & calculos pariet, nec etiam recens nimiū ſit: nam eaſdem affectiones creabit cum turbida, nec etiam eò uetuſtas perueniat, donec ſaporem acetoſum contraxerit, ſtomacho enim & neruis tum quidem maxime nocebit, quum alioquin omnes potiones frumentaceæ id mali proprium habeant, ut Dioſcor. opinatur. Quam ego rationem inuenio, quare debilius officio membrorum præſertim pedum fungātur à zythi, quàm uini potione ad ebrietatem adacti. Frugum tamen potum alere neruos Plinius eſt autor.

Lib. 2.

Li. 23. c. 1.

¶ Cap. XXXVI. De ſaporibus tractat generatim.

Li. 2. c. 23.

STomacho conferre, quæ modico ſunt ſale reſperſa præter Celſi traditionem, experientia manifeſtè confirmat. Plurimum autem ſolita aſſeruataq; in longum tempus, duræ ſunt concoctiōis, macilentis & gracilibus hominibus præ cæteris inidonea magis, ualde enim exiccant huiuſmodi cibi, qua ratiōe oculis etiā aduerſantur, quū ipſi contrariæ ſint qualitatis, aqueæ nimirum, iuxta narrationem Ariſtotelis. Præterea cibi omnes ſale durati acumine ſuo uellicant & mordent ſtomachum, unde exhalantur fumi petentes oculos

In li. de ſenſu et ſenſili

&

& ruboris ueſtigium ipſis relinquentes, unde uidemus decoctores ſalis oculos plerunque rubros habere. Omnes autem cibi pituitoſæ ſubſtantiæ magis ſunt utiles in paucos dies ſale conditi, ceu ſuilla, iuniorum animalium, ſed in florenti ætate & pingues, piſces item, maxime quibus pingue & glutinoſum aliquid ineſt. Porrò quæ ſiccæ naturæ ſunt corpora ſalis conſperſione exareſacta, cibo ſunt inutilia Galeno uiſa. Lib.3.de facul.alim. *Decoctio longior ſalſiorem plerunque reddit cibum, ſi uel aqua optima coquatur ſola. Remedio eſt, ſi in aliam aquam cibum tranſtuleris, quod quò ſæpius feceris, magis atque magis remittetur ſalſedo, quamuis cibus ipſe tum ingratior guſtui, tum concoctioni reddatur ineptior. Salſißimus eſt ſal, qui ſiccißimus, ad obſonia tamen & cibum utilior, qui citò liqueſcit, habebit & hic minus amaritudinis. Foßilis ſal quod à terreſtri materia ſit, durior eſt & denſior, minus calidus eſt, minus etiam ſubtilium partium: efficacißimus tamen habetur foßilis candidus, æqualis, nec lapidoſus. Obſeruatum etiam eſt ſalſuginem maiorem reperiri in ſupremis fluctuum puteorumq; partibus.* De hoc Plin. in 10. lib. ca. 65. *Solent interdum etiam ſalgama initio menſæ ſumi ad appetentiam excitandam, tum ad deiectionē cōmodiorem. Valebūt eo oliuæ, cappareſúe loti: nam ſalgama quæ ex caule fiunt,*

De hoc Pli. in 10. li. ca. 6. le fiunt, omnium ſunt inutiliſſima. Feruntur ſalſa quæq; ſtimulare uenerem, multiplicari etiam fœtum ſoricū uidemus in nauibus ſale onuſtis, quod lambendo ſalem animal illud plurimum fiat ſalax.

Li. de long. & breuitate uitæ. Dulcia porrò omnia pinguedinem aliquā cōiunctam habentia laudat Ariſtot. tanquā amica ſanguini, maioremq; ſortita familiaritatē cū corporibus noſtris. Augeſcūt enim corpora dulcibus atq; pinguibus, & potu inquit Plinius: contrà, minuuntur ſiccis & aridis. In quam ſententiam ſcribit Aetius aſciſcens ſibi uetuſtum quendam philoſophum teſtem Philagrium nomine, quod dulces potiones duplicem nobis afferunt utilitatem.

Lib. 5. cap. 134. Alteram quod iucunditatis gratia à natura auidius amplexantur. Ventriculus enim placidæ rei occurrens ac circumſtans eam facilius ſubigere conficereq́; poteſt, præſertim ſi moderate afferantur dulcia. Alteram, quod ægritudini facilius reſiſtūt uim ipſius contraria quadam qualitate obtundendo &

Apho. 38. par. 2. facultatem animalem ſuſcitando confortandoq́; ad impetum morbi facilius ſuſtinendum, eoq́; mortales omnes dulcedine potus alliciuntur, ſed uini præcipue & mulſi, hæc ille. Quin Hippocrates ipſe quoq; uult cibum ſuauem, ut modo paulo ſit deterior, præferendum tamen minus ſuaui. Non id quidem gratificandi cauſa ægroti ſolum, ſed ualetudinis quoq;. Quæ enim cum uolu-

ptate

ptate aſſumimus, ea uětriculũ auidius apprehendit & melius perficit. Poſsit enim hoc pacto cibus melior ſeipſo fieri adiũctus cibo potuiq́; boni ſucci. Sed aduertere tu debes, qūod Aetius ſtatim dixit, moderate offerenda dulcia nam ſi nimis copioſe iiſdẽ ueſcamur, facile corrunpentur, & in bilem conuertentur, præſertim inualidis corporibus teſtante Galeno. Omnia quippe dulcia cõmuni quadam ratione lædere ſplenem & hepar quũ alij, tum Oribaſius obſeruauit. Mali remedium addit, ſi condiantur admixtione alicuius nec diuerſiſsimi ſaporis, nec etiam aſsimilimi. Sed & dentes læduntur ab eſu ſimplici dulcis cibi potionisúe, omnium uerò maxime à lactis & ficuum eſu, teſtante Ariſtot. Magis adhuc ficuum, quod lentore ſuo gingiuis adhæreant, ſeq́; præ mollitudine nimia inter dentes inſument, & putredinem calore ſuo cito efficiant. Forſitan & ob granorũ ſuorum duritiam dentes celeriter effatigãt, quum manducantur conficiunturq́;. Confirmantur autem dentes aceto debili, ſinapi & eiuſmodi rebus. Scias ſaporum genera me non exquiſitè diſtinguere: Nam ſi Plinio aſſentiamur lac non erit dulcis, ſed lenis ſaporis, ũt ipſe fingit. Alterũ eſt genus, inquit, in quo ſit & alienus quidem, ſed & ſuus quidem ſapor & peculiaris, ut in lacte. Siquidem ineſt ei (quod tamen iure dici non poteſt) dul

Li. 2. de facul. na.

Lib. 3. Euporiſt.

Probl. ult. Sect. 12.

Li. 15. c. 6. & 27.

N

ce & pingue & ſuaue, obtinēte lenitate, quæ ipſa ſuccedit in ſapori uicem. Laudatur itidē et alias ab alijs aqua nullam habens qualitatē ſaporis, et tamen Dioſcorides aquam dulcem dixit ſuo quidem ille ritu, γλυκὺ enim quodcunq; potu amabile

Lib. 5. illi ſignificatur. Porrò dulciū ſuauiumq; ſaporum diſcrimen ab exēplo uini et mulſi agnoſcas, ſi Macrobio uolumus accedere. Mulſum omne oſtendit dulce, uinumq; recens, ſed procedente tēpore uinum fieri ſuaue, id quod quibuſdam etiam ma-

Li. 7. Satur cap. 7. lis uſu uenit, piris, oliuis, uuis, moris, ut Theophraſti uerbis narrat Galenus. Id autem maxime accidit, quum coctionem legitimam ſiccitate tempeſtatum caloreq; ſolari conſequuntur. De dulcibus rebus diximus quantum compendij noſtri ra-

Li. 2. de facult. alim. tio ſinebat, parcius adhuc de reliquo genere ſaporum dicturi quod promptum ſit unicuiq; naturam ſaporum cognoſcere ex Galeno & alijs. Contrariam à dulci ſapore naturam obtinēt auſterus, acidus, & acerbus: hi tres frigidi, ille calidus mi-

Ex li. 2. & 4. de ſicul. ſim. medic. ti caliditate, non exquiſita, ut amara. Quantoq; quid calidius, eò euadit dulcius, donec amarorem acquirat: contraria ratione, quanto quid auſterius, acerbius, acidius, tanto frigidius. Habent tamen cibi horum trium ſaporum uim aſtringendi oſtium ſtomachi, ac eatenus appetentiam excitandi. Acres uerò ſapores omnium ſunt calidiſſimi, pro-

proprie autem ea licet appellare acria, in quibus uehementem comperimus acrimoniam, cuiuſmodi ſunt: piper, allium, cæpa, naſturtium, mel etiã uetus. Et hæc quidem de ſaporibus, nunc de ratione condiendi cibi dicemus.

¶ Caput XXXVIII. De ratione condimentorum.

IN undecimo libro naturalis hiſtoriæ Plinius & in ſeptimo libro Saturnaliorum Macrobius docent utiliſsimum eſſe ſimplicem cibum homini: ſaporum aceruationem eſſe peſtiferam, & condimenta pernicioſiora. Accedit eò quoque Celſus: condita omnia duabus de cauſis inutilia ſunt, quum & plus propter dulcedinem aſſumitur, & quod modo par eſt, ægrius concoquitur. Diſputatq; in hanc rem diffuſe uarieq; Macrobius & collatis utrinq; argumentationibus tandem ceu arbiter quidam honorarius ſententiam dicit. Quibus omnibus breuitatis ſtudio prætermiſsis, meam ſententiam paucis abſoluam. Ac primam quidem dico, quum ſua quibuſq; ſaporibus natura ſit & gratia, certis etiam ſuum faſtidium ad primum ſtatim guſtatum, ut amaris & ualde acribus auſteriſq;, alij ut non ad primum ilico guſtus occurſum ſatietatẽ ſui creant, ita poſt aliquã mãducationẽ ſunt nobis faſtidio, ut dulcia quæq;.

Ca.53.

In 1.6.3.

Quidam ſapores etiam propemodum nullius cui dentis acrimoniæ ſenſum reddunt, ſed mollicie quadam ſua uidentur inſipida. Hos ergo ſapores tēperare prout ſua cuiq; natura fuerit, nihil erit abſurdum. Dulcia quomodo condiantur ut grata ſint ori, præcedenti capite eſt dictum. Amara & acria auſteraq; dulcore quodam mitigare oportet. Quæ inſipida guſtu cognoſcimus, acri ſalſi uel auſteri ſaporis uarietate commendat Galenus. Et hæc de ſaporum mixtura iam dicta ſatis ſint. Nam omnium uarietates condimentorū reddere Apicij fuerit aut Sanctræ. Summa, ſaporum igitur coaceruationem intellexit Plinius, quum multigenis ſaporibus confunditur cibus: non modicam damnauit ſaporum uarietatem, quæ nō gulam irritet uidelicet, ſed tamen quæ palato ſe gratiorem offerat, id quod ſimplex ſapor non præſtat, aut ſi præſtat, paritate tamen ſua cito ſatietatem tædiumq; affert. Niſi forte Plinius per ſaporum coaceruationem intelligit multitudinem obſoniorum uarium referentium ſaporem. Quod ſi ita, nihil equidē repugno, ſed habeo Paulum Æginetam luculentius rem docentem: ſic enim ille, Summopere uerò uitanda eſt alimentorum uarietas, præcipue ubi contrariæ fuerint eis facultates. Nam quæ ſic ingeruntur, coctioni reſiſtunt. Exempli cauſa ſcribit Auicenna, non eſſe edendū

Li.2.de facul.ali.

Li.1. de ciborum fa.

1.Fen.3.

lac

lac cum rebus acetoſis, nec piſces cũ lacte: poßis enim à frequenti horum uſu non immerito formidare morbum tibi acceſſurum, lepram præcipue. Sed quod dicit raphanũ non eſſe comedendũ cum pane ſiligineo, nec hunc etiam cum carnibus uolucrum, neſcio quam rationem habeat, niſi quod ſe refert ad populos Indiæ, quorum ſola uidetur experientia contentus rem recitaſſe. Sed & lac cum uino copioſe ſæpiusq́; ingeſtum, poßit fieri lepræ cauſa, narrante Ariſtotele in Topicis opinor. Sunt enim contrariarum effectionũ, uinum uelocis penetrationis, illud pigræ tardæq́;. Item ſi uariæ ſint ſubſtantiæ cibi, ut piſces & carnes. Nocebit & ob hanc rationem multus craßi zythi potus intermixtus largiori potioni uinorum: iam ipſius coquendi uarius modus obeſt quoque, ut ſi in eadem menſa multi ſunt elixi, frixi, & aſſi cibi, ſæpius alternæ miniſtrati liquidi aridique. Huius ſaporum condimentorúmque uarietatis inutilitatem ipſe quoque Horatius bis uerſibus denotauit: Lib. 2. ſer. Saty. 2.

At ſimul aßis,
Miſcueris elixa ſimul conchylia turdis,
Dulcia ſe in bilem uertẽt ſtomachoq́; tumultũ
Lenta feret pituita, uides ut pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia.

Marſilius Fici. ut alius quidã ſtudioſus tradendæ

dietæ ternarium ferculorum numerum tibi concedunt ægrè admiſſuri quaternarium. Neceſſe e- *nim eſt malam ſequi concoctionem distributionemq́; cibi ad multitudinem ferculorum.* Nam ſi- *cuti uerbis* Celſi *eſt ſignificatum, auidius & copioſius aſſumuntur cibi ſua uarietate irritantes, ex quo iam naturæ ad concoctionem perficiendã exhibetur difficultas: & quia alius cibus alio facilius difficiliusúe ſubſtantiæ uel qualitatis ſuæ natura permeat, inæqualis & per hoc quoque tarda fit digeſtio, cibo qui poſterius digerendus fuerat ſæpenumero corrupto. Sunt tamen, ut uera fateamur, debilioribus & proſtratam appetentiam edendi habentibus cibi exhibendi uarij ex ſententia* Celſi *poſt* Aſclepiaden, & Aetij.

Celſ. in 3. cap. 6. Adiungit Aetius *optimum apparatum ciborum, quiq́; ultra dulcedinem etiam illicere appetentiam irritareq́; poßint, frumentacei in primis generis, ac multi alimenti.*

Li. 9. c. 20 *Si tamen uires ægroto ſint & cupiditas edendi, nulla uarietate ſolicitandum putat ægrotum* Celſus, Aetius *menſuram ciborum obſeruandam cenſet.* Hic *ad inſtaurationem uirium reſpexit, cautior ille paulo digeſtioni nullam dari uult difficultatem iam melius ualituræ, ſi forte per abſtinentiam aliquam liceat.* Quæ *mala docuimus afferre uarietatem ciborum, par ratio eſt, cur accidant eadem quoq; longius iuſto*

cœnam

cœnam protrahentibus. Nanque cruda imperfectæ párúmue coctis adijciuntur. Sed dices forſitan, quantum igitur tu mihi ſpacium temporis ad cœnandum præſcribis? Video Marſilium et alios tempus horæ largiri, nec etiam probo nimiū breuem cœnā celeritatemq́; comedendi. Accipiendus enim cibus paulatim, non deglutiendus ſubito ac uniuerſim more ſuum. Plinius difficulter perfici docet auide hauſta quæque. Sed & ſatietas edendi facilius capit homines auidius ac ſubito cibum deuorantes, quàm qui eoſdem quietius edunt. Affingit cauſam Macrobius. Quia multus aer inſertur propter hiatum rictus & crebritatem reſpirandi. Aere igitur uenas implente ſubitum ſequitur faſtidiū à præpropera ſatietate. Igitur circa modum mandendi, illud oportet obſeruare, ut cibus quàm minutiſsime dentibus conficiatur utique, ſi difficilis cōcoctionis habebitur, magis etiā ſi debilis appetentia eſt ſtomachi. Ait enim Aetius: Omnia autem, quæ exhibebuntur eiuſmodi eſſe cōuenit, ut facile deuorari poßint, quæ enim multa commanducatione indigent, iniucunditatem quandam afferunt, & appetentiam ciborū auertunt: & cibus ipſe quamuis imperfectam ac modicam omnino, aliquam tamen in ſuo genere æſtimandam digeſtionem conſequitur in ore ipſo. Sic enim Galeno uiſum. Nec in mandendi more

Li. 11. c. 51

Lib. 7. Satur. ca. 12.

Li. 9. c. 20.

Lib. 3. de fac. natu.

tantum nos ſedata quadam menſura utemur, ſed bibendi quoq; proderit & hoc ualetudini. Potio nanq; raptim uniuerſimq; facta uentrẽ minus humectat & continuo ueſicam adit. Potio autem exigua facile uincitur & cõcoquitur, ex quo diutius in uentre moram trahens, diutius humectare poteſt, haud aliter quàm pluuiæ aquæ confertim ruentes humum ſaltem abluunt ac ilico decurrũt: quæ uerò ſenſim diſtillantur, ab humo imbibuntur multo melius, & ad prouentũ è terra naſcentium plus faciunt. Ita quoque potio paulatim ingeſta à poris corporis noſtri accipitur, poris, inquam, uaſorũ omnium internorũ. Annotauit etiam Celſus, potionibus ſubinde cibo intermixtis alluum ſolui, contrarios eſſe effectus potionis exiguæ, ſed adhibitæ quum quis quantum cibi aſſumpturus, cœpit. Cauſam licet non explicet, facilis tamen eſt inuentu, quoniã cibus permixtione potionis mollior factus, facilius per mẽbra deſeruiẽtia nutritioni peruehitur, præſertim quũ cibum natura uel poteſtate ſiccum ſumimus. Cõuenit tamen pluſculum ſpatij interponere ſtatim à comeſtione, priuſquam bibas, id enim magis naturæ uidetur congruere. Nanq; ueriſimile non eſt eodem ac breui temporis momento infeſtari naturam eſurie ſitiq; ſimul, eò quod hæc irritetur à calore illa, ſtimuletur à frigore interno. Sed nec largior

Li. 1. ca. 3.

gior debet eſſe potus, qui cibis interponitur, alioquin impediet concoctionem, ſuccedit enim ſimile quiddam, quale ſolet infundentibus nobis ſæpius aquam in lebetem feruentem: nam tum hebetabitur caloris uis in coquendo. Comparatur enim cõcoctio ciborum elixationi à Galeno poſt Ariſtot. Excogitauit tribuitq; nobis natura liquorem potus tanquam uehiculum cibi, deinde ad firmandũ robur dedit: uinum autem potiſſimum conceſſit eadem ad ſanguinis boni multiq; creationem, non autem ad inutilem uoluptatem & uirium extinctionem. Quia uerò de cibi potusq; permixtione commoda diximus, illud non eſt omittendum quod nonnullis uidetur rectum, ut uinum ſubtile ualensq; ſumamus iuxta cibum craſſum, durum, ac frigidum natura, & ut rurſus cibis calidioribus digeſtioniq; magis parentibus uinum adiungamus debilius. Quæ ratio ſi ſtabit, ualentiore utemur uino iuxta carnem bouillam, quàm pullorum gallinaceorũ: itemq; iuxta piſces, quàm carnes animalium terreſtrium.

Li. 4. meteorolog. & li. 3. de nat. fac.

¶ Caput XXXIX. Quoties quandoue per diem ſumendus ſit cibus.

Scire te uolumus cœnam accipi à Feſto Pompeio reliquisq; probatis autoribus prò accu

bᴀtione ad menſam, ſiue ueſpertina ſit ea, ſiue meridiana. Diuerſus omnino fuit uſus priſcæ & obſoletæ uetuſtatis quàm deprauati uſus noſtrorū temporū, ut cœnam dicerent, quam noſtri prandium, ueſpernam, quam hodie cœnam uulgus intelligit. Nos hæc ſaltem annotauiſſe ſatis habentes, cœnæ uocabulo promiſcue utendi libertatem nobis ſumimus, neceßitatem uſurpandi ſermonis ſequentes. Cœnæ tempus igitur certum ſtatumq́; præfinientes, uix ſcio an faciant ex uſu ualetudinis. Tum quidem cibus recte ſumitur, quū appetitus legitimus adeſt edendi. Sumēdus igitur natura ipſum appetente, nec retardanda cœna poſt multam eſuriē: longa enim inedia humores creat putridos & bilem auget. Idem quoq; facit ſitis diuturna. Iuuat hic recenſere quæ Plinius in hanc rem ſcribit, deſumpta ex Timæo Platonis. Ait enim in laßitudine proniores nos eſſe ad iracundiā & inſitе: Ergo & hæc animi aſperitas ſeu potius animæ dulciore ſucco mitigatur. Lenit tranſitum ſpiritus & molliores facit meatus, ne ſcindāt eun tem redeuntemq́;. Experimenta in ſe cuiq; nullius, non ira luctuſq́; triſtitiæ. Omnis animi impetus cibo mollitur, ideò obſeruanda ſunt, quæ non ſolum corporum medicinā, ſed & morum habēt. hæc ille. Et ſunt qui uelint canes & ſues ſtatim à partu lactantes non aliam ob cauſam magis ſure-

Li. 22. natu. hiſtor. cap. 24.

re,

re, quàm ob maciem et nutrimenti diminutionē: itidemque gallinas ouis ſuis incubantes furere, quod multam inter incubandum ſuſtineant inediam. Omniū autem maxime læduntur inedia, cenſore Galeno, quotquot corpora calidi ſunt & ſicci temperamenti, ſiue ea talia ſint ex prima origine, ſiue ex uictu & immodico labore, & animi perturbationibus & regione, & cœli ſtatu. Sunt tamen corpora crudo ſucco abundantia inediæ tolerantiora: ſenes autem quamuis ieiunium diu ferant, metu tamen ſyncopis ſæpius ſunt reficiendi, maxime qui extremam attingunt ſenectutem. Contingit enim ipſis, ut per exempli ſimilitudinem probat Galenus, quale lucernis penè extinctis accidit, quæ continuam exigunt olei ſuffectionem, multam autem & ſubitariam ſimul nequeunt ſuſtinere. Et in comment. ſuper Aphoriſmum ſequentem, comparat calorem ſenum igni modico, cui ſi ſuperijcias magnam ſtruem lignorum, periculum ſit, ne ignis ſuffocetur. Tutius enim erit, inquit, imbecillo ſeni exiguum dare ter die: cauſa tamen ſyncopis effugiendæ ſæpius cibo reficientur. Semel etiam cibandi morem interdiu uideo à pleriſque olim obſeruatum, per hyemem maxime. Hippocrates tamen ſiccum habentibus uentrem indulget prandium, nec id tamen copioſum, id.m etiam ſiccum

Intelligas dulcem ſuccum hæc efficere: nam uerbum ſpiritus poßit confuſionē uerborum ſenſus parere.

Lib. 10. methodi medēdi.

Lib. 12. de mor. cur.

Hip. Aph. 13. lib. 1. In cōm. ſuper 13. Apho. Hipp. li. 1.

Lib. 5. de ſanit. tuen.

Aph. 13. li. 1. Lib. 3. de rat. uict.

ſine carne, ſine potione ſumendum monet Celſus. Lib. 1. Attamē ſtomacho non admodum ualenti exiſtentibus bis concedit cibum per diem, ſed qui facile concoqui poßit. Li. 2. de ratio. uict. Hipp. docet ſemel cibum per diem aſſumptū maciem afferre, ſiccare, uentrem ſiſtere. Lib. eod. Et alibi oſtendit imbecillitatem accidere ſemel per diem cibo refectis, & in urinæ reiectione difficultatē ardoremq́; ſentiri, maxime ſi id præter conſuetudinem fiat. Os item ipſis ſalſum uel amarum fieri, tremorem membris aduenire, nec ita poſſe ipſos cibum acceptū concoquere, quàm ſi fuiſſent bis cibati. Quanquam hic, ſicuti alibi quoq;, plurimum momenti repono in conſuetudine ab ineunte ætate ſuſcepta per omnemq́; uitam continuata. Sed dubitatur à multis cœna ne largior eſſe prandio debeat, an cōtrà. Tractauit hoc argumentū ſingulari libello Odus Patauinus uir eruditione celebris, ac tandem eò euadit, ut uelit cœnā eſſe copioſiorē prādio debere. Rationes aūt plures affert efficaces: earum duæ ſunt probabiles. Prima, quod dupla propemodum temporis pars inter cœnam pridianam ac prandium ſequentis diei intercedit, quàm inter prandium & cœnam eiuſdem diei, ex quo fit, ut facile intelligamus naturam magis ſufficere concoctioni, ſumpto uidelicet ſatis amplo ſpacio temporis: altera ratio affertur, quod quum à cœna plerunq; cubi-

tum

tum eamus, poterit & ipſe ſomnus cõferre ad concoctionem meliorẽ. Sed quod ille omiſit, profuturum uidelicet ad tutiorem conſeruationem ſanitatis, id me non pigebit te commonefacere, ut ne quis dormiat ſtatim à cœna, ſed molliter deambulet, & circiter ſpacium horæ uigilet, alioquin metuere ſibi poterit à futura poſtridie deſtillationẽ capitis. Adhibet etiã Odus exceptiones quaſdã. Prima earum eſt conſuetudinis diuerſæ, à qua ſi uelimus abducere ſenes præſertim aut ualetudinarios, metus erit, ne plus offendamus quàm proſimus. Tantaq; eſt conſuetudinis uis, ut utroſq; uelit periclitari Celſus, & eos qui ſemel, & qui bis contra conſuetudinẽ per diem cibantur. Eximuntur etiam ab Odo Patauino, qui noctu ſunt laboraturi uel peregrinaturi. Nam ij cõmodis digeſtionis, quæ à ſomno & quiete ſunt, coguntur carere. Tertij ſunt, qui ex oculis laborant, maxime ſi cibis utãtur difficilis digeſtionis. Tum enim neceſſe erit multos uapores ad caput tranſmitti, & ad neruos opticos. Eſt & ſympathia quædã oculorum & ſtomachi, de qua diximus aliâs in opere noſtro: quare fuerit inutile repetere eadẽ. Ego certe quid in hanc rem ſtatuã, uix inuenio, ſed ſi qui bono ſunt temperamento, & labores fortes per diem ſubire conſueti, hiſdem ego ſuaſerim largius prandendum. Nanq; natura eorundem & digeſtioni Lib. 1.

Lib. 1. de fa cul. ali. Operas agreſtes hic intelligit autor.

ſtioni ciborum, & excernendo humori abundanti ſatis ualet, ſi tamen iidem ſalubriter agere uitam uolent, labori parcent ſtatim à prandio. Nam uacuæ uenæ, inquit Galenus, non tantum ſemicoctum ſuccum, uerum etiam omnino rudem & incoctũ uentriculo nonnunquam præripiunt, quum à cibo ſtatim laboratur. Qua de cauſa grauiſsimis quoque morbis tandem corripiuntur, raroq; ad iuſtam perueniunt ſenectutem. At hæc uulgus ignorans, beatos illos de corporis robore prædicat. Et paulo poſt: enimuero & graues altiq; ſomni qui defatigatos arctius ſolent complecti, quum concoctionem ipſam mirificè iuuent, multum afferunt mométi ne à prauis edulijs damnum accipiatur, & de hoc etiam ſuperius diximus. Certè mea ſentẽtia bilioſi omnes & graciles copioſius cœnabunt, faciet hoc ad implendũ corpus, & ad ſomni cõciliationem, dũmodo cibus ſit humidus nec difficilis concoctionis: pituitoſis tamen & mulieribus cibum omnem & cœnam præcipue ſuaſerim ſicciorem, tum uerò etiam parciorem, alioquin plurimum colligent excrementorum, & mane diſtillationibus corripientur. Pueris autem ob humoris abundantiam ſuaderemus cibum ſicciorem, ſed hoc pacto impedietur incrementum ipſorum, ſi uera narrat Galenus. Senes prouectioris ætatis moderate calidis & humidis

Hip. Aph. 16. li. 1. In conſ. ſuper Polybum Gale. Lib. 3. de cau. ſymp.

per-

perpetuo ſouebimus. Audiſti rationes, quæ mihi in hanc ſententiam de largiore parcioreúe cibi partitione uidebãtur dicendæ, quibus plura interſerere poteram: ſed partim intelligo parcendum prolixitati nimiæ, partim fateor me imparẽ multo tantæ controuerſiæ dirimendæ. Itaque penes doctiores ius & arbitrium huius litis diſcutiendæ tollendæq́; eſto. Nos multum contuliſſe ad rem nobis uidemur, ſi per tranſennam (ut dici ſolet) tam inexplicitas controuerſias monſtrauerimus, diligentior qui forte erit, otium ſibi paret ſcriptores quouſque conſulendi, aut ſibimet ſit conſultor, ſi modo ſibi doctrina & iudicio uidetur ualere.

¶ Cap. XL. Generales quædam ciborum obſeruationes.

STomachum habẽtes calidũ natura teſte Galeno, melius cibos concoquunt, quàm appetunt, multo magis quæ dura ſunt, & non facile tranſmutationi obediunt. Nã facile tranſmutabilia in ipſo corrũpuntur, gaudetq́; ſtomachus eiuſmodi calidis cibis & potionib. nec à frigidis ullã percipit noxã, ſi modice ipſius utatur: quæ ratio eſt quare ſtomachus cholericus melius concoquit bubulam carnem, quàm piſces ſaxatiles. Profert In arte medic, ca. 62.

cauſam

In 7. Sat. cap. 8.

cauſam Macrobius uim nimiam caloris, quæ ſi idoneam materiam ſuſcipit, cum ea libere congreditur, & cito eam in concertatione conſumit, leuem modo præterit ut latentem, modo in cinerem potius, quàm in ſuccum uertit, ut ingentia robora in carbonum fruſta lucentiáque uertuntur, paleæ ſi in ignẽ inciderint, nihil ex eis reſtat, niſi cinerẽ uidere. Sumpto igitur argumento à contraria ratione concluditur, frigidum habentibus natura ſtomachum abſtinendum eſſe ab eſu multo ciborum natura & poteſtate frigidorum, ceu carnis bubulæ, ſuillæ, piſcium, caſei, holerũ mollium, parciusq; edendum. Nam & ſi frigoris natura eſt elicere appetentiã edendi, unde fit, ut accolæ maris & fluuiorum edaciores ferè reliquis habeantur, tamen quia ſtomachus debilis eſt, difficultatẽ concoctionis parcitate cibi facile iuuabimus. Cæterum habentes ſtomachum mala temperatura affectum, contraria non ſimilia appetunt, quemadmodum naturales.

¶ Cap. XL. Quomodo apparandus ſit cibus, & in eam ſententiam quædam obſeruatione digna.

CIborum apparatus & ſupellex omnis munda nitidaq; eſto, & ſi fieri poßit in fictili uaſe coquito cibũ. In antiquis enim caldarijs patinisq;

tiniſq; cocta nidorem quendã acquirunt, nec parem ſaporis gratiã habent cum his, quæ in ſamijs ſunt aut alias nouis decocta uaſis. Vtiq; ſi aluaſtricta eris, ne coquito cibum in ferreis uaſis, ineſſe enim ferro aſtringendi uim tradunt. Linteolum, catinus, quadra, urceus, cultellus, mũdus, nitidus, politusq; eſto. Ita quidem inuitabitur appetentia, roborabiturq; uis digerendi. Neſcio enim quomodo noſtræ naturæ familiaris & amica eſt mundities: eoq; magis inuiſa ſpurcitia, quò ſanguis ipſe purior ſubtiliorq; fuerit. Immunditiã contra uidemur ab ipſis incunabulis horrere, ſuadẽte iã tum natura, quod nondũ ualet ratio. In cuius cõfirmationem libeat hiſtoriam accipere Galeni his quidem uerbis enarratam. Ego puello quodã totum diem irato ploranteq; ac immodicè ſe inordinateq; iactante, nutrice ipſa omnis conſilij inope deprehendi quod offendit. Quippe ut neq; papilla in os immiſſa, neq; à nutrice prolatus, ſi forte meiere aut aluũ exonerare uellet, lenitus eſt, ſed nec cum ab ulnarum agitatu reclinari cœpit, aduerti autem tum lectum, tum inuolucra, tum ueſtes ipſas ſordidiores. Præterea puellum ipſum immundum atq; illotum lauare detergereq; iuſsi, tum lectulum mutare ac ueſtem omnẽ terſam mũdamq; præbere, quibus peractis, protinus ab immodico agitatu conquieuit, ilicoq; dormiuit, non ſuauiſsi

Aetius lib. 2. cap. 93.

In quã ſententent. facit Gale. in cõ. ſuper Aphoriſ. 28. lib. 2.

Li. 1. de ſanit. tuend.

mum modo, uerum etiam longiſsimum ſomnum. Et hactenus quidem cibo & potu: proximum eſt, ut de ſomno & uigilia dicamus.

¶ Cap. XLII. De ſomno & uigilia.

SOmnũ & uigiliam, ſi bene partiamur, Galenus credidit admodum ualentes uires habere ſomnum, uidelicet cibum concoquendi, uigilias digerendi, utrunque horum neceſſarium abundantibus crudo ſucco. Paulus Æginetа paulo luculentius: Somnus, inquit, facultatis animalis requies eſt utili quadam humiditate cerebrum malefaciens: eò ſi recte utamur, multa ipſe præſtat commoda. Cibum enim elaborat, humores excoquit, dolorem lenit, laſsitudinem ſolatur, interna laxat, animi uerò ægritudines obliterat, rationem uitiatam corrigit. Cæterum optimus ſomnus eſt nocturnus, quoniam nox naturali humiditate ſilentioq; ſomnum accerſens abſolutam, molitur concoctionem. Poſt eum quoq; plurima parte ad excretionem recrementorum inſtigamur. Tempus autem ſomni definietur perfecta ciborum concoctione. Secundum ſomnum igitur talem, uigilia non inutilis, ut quæ recrementorum ex concoctione deiectionem moliatur. Ariſtoteles ipſe putauit pertinere uigilias matutinas & ad ſalubritatem, & ad acumen ingenij ſomno nocturno legitime

Libr. 12. de morb. cur.

Li. 1. c. 97.

In Oeconomicis.

Li. 1. ca. 2.

time peracto. Et Cornelius Celſus bene conſulturus ijs, qui imbecilli ſunt ſtomacho, quorum de numero maxima pars urbanorũ omnesq; pene cupidi literarũ ſunt. Ex his igitur, inquit, qui bene cõcoxit, mane tuto ſurget: qui parũ quieſcere debet, & ſi mane ſurgendi neceßitas fuerit, redormire. Qui non concoxit, ex toto conquieſcere, neq; labori ſe, neq; exercitationi, neq; negocio ulli credere. Sed enim habet ſomnus quoq; utilitates deſiccata calore corpora quodammodo irrorãdi, eoq; utilis admodum, ſi à ſiti nocturna ſtatim dormiamus, ſiue ea ſit à bilis flaue uitio ſtomachũ & præcordia infeſtantis, ſiue à uini potatione nimia utilis, & ob hanc rationem ſenibus, iuuat etiam ſomnus concoctionem labore aliquo fatigatorũ. Nam graues altiq; ſomni, ait Galenus, qui defatigatos arctius ſolent complecti, quum concoctionem ipſam mirifice iuuent, multum afferunt momenti, ne à prauis edulijs damnum accipiatur. Quippe ſi eiuſmodi plures noctes ex ordine peruigilare cogas, illico morbum incurrent. Illis igitur unicum hoc ad prauos cibos peruincendũ datum eſt. Idem quoq; cenſet utilem ſomnũ à balneo ſuaui, ſi cum ocio & abſtinẽtia aliqua iungatur. Nihil enim, ait, rerum omniũ eſt, quod melius concoquat, quæ quidẽ concoqui poßint, & quod melius malos ſuccos digerat, quàm ſomnus à balneo, mo

Hippo. Aphor. 27. par. 5. Et ibid. in comment. Gal.

Li. 1. de facul. alim.

Li. 4. de ſanit. tuen.

do ne quid maioris momēti obſtet. Et paulo poſt, Adcò tibi ſomnus & cauſa & ſignum percōmodum ſperatæ utilitatis ſit, uelut è diuerſo nō poſſe à balneo dormire nec cauſa nec ſignum eſt commodum. Implet etiam ſomnus, & corpulentos nos facit teſte Plinio. Vnde exijt Martialis illud in Diſtichis de glire:

Lib. 11.ca. penult.

Tota mihi dormitur hyems & pinguior illo
Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Sed ſi modum excedat ſomnus itidemq; uigilia, inſalubres habebuntur: hæc uel à calida & ſicca eſt intemperie plerunq;, uel ab humoris bilioſi abundantia, ille ab intemperie frigida & humida, uel frigidi humoris abundātia, uel uenere nimia. Annotauit etiam Aulus Gelius ex M. Varrone et alijs proceritatem impediri puerorum ſomno nimio & hebetiores quoq; fieri ingenijs.

Aphori. 3. Hip. par. 2

Lib. 3. de locis affe.

¶ Caput XLIII. De temporibus ſomni & uigiliæ.

Li. 4. c. 19

INterdiu uigilādum inquit Hippocrates noctu dormiendum eſt, ſi contra cōmutetur, peßimū eſt. Minime uerò offendit, ſi quis dormiat prima lucē ad tertiam diei partem, qui uerò ab hoc tempore ſomnus eſt, deterrimus eſt. Omniū uerò maxime ſomno abſtinendum, nōdum prima digeſtione perfecta, alioquin & concoctio impeditur, & calor

Li. 2. prædictio. ca. 2

calor naturalis inſigniter hebetabitur. Sed ſi tamẽ peruigilio nocturno matutinoúe quis offenſus fuit, licebit acceptam iniuriam ſomno inſtaurare quacunque diei hora. Quamuis autem ſomnus hic ſit illaudatus, meminiſſe tamen oportebit, ut alibi per omnem uitam, ita hic quoq; uerſus illius Ouidiani: In amori.

Quod caret alterna requie durabile non eſt,
Hæc reparat uires, feſſaq; membra nouat.

Si tamẽ fieri poßit, ſtatim à cibi refectione coherceatur ſomnus ad ſpacium horæ aut eò amplius, donec ſubſidat cibus. Nihil autẽ aliud ſomnus eſt, quàm requies ſicuti diximus, facultatis animalis præcipue. Eoq; inter ſigna ualetudinis affectæ habetur, ſi uis animæ rationalis in ſomno uigeat laboretq;. Nocumentum autem ſomni cibum ſtatim ſequentis affertur à Galeno, quod caput malis humoribus uaporibusq; impleat. Et ſubiungit, quod ſomni ipſi ſemper nocerẽt, quatenus ad profundum & uiſcera materia fluit, niſi cõcoquendi ui ſua plus afferrent utilitatis, quàm ſit damnum, quod ex motu ad interiora conſequitur. Non ſolum autem in cerebro ipſo mali humores aceruati tales afferunt caſus, ſed & in ipſo ore uentriculi. Quare & in ſomnis magis euaporant, quum incocti permaneant, ſicuti coctiones utiles ſomnos inducunt. Sed & ſequi tardam concoctionem

In cõment. ſuper Aph. 67. part. 4

βραδυπεψίαν dictam à ſomno breuiore Galenus docuit, eoq; parcius comedendum monet poſt ſomnum iuſto breuiorem. Debet autem hyeme quàm æſtate ſomnus eſſe longior, id nanq; temporis ipſius ratio poſtulat, nanque noctes tum ſunt longiſsimæ. Tum uerò etiam corporum natura id exigit. Nanque tum ſumus edaciores, maiore igitur opus concoctione: expergefacti à ſomno ne ſtatim frigori nos committamus, ſi aſtrictionem alui timemus. Addenſat enim & aſtringit frigus calori ſuperueniens, cubare non recto, ſed molliter iuflexo corpore debemus. Hac enim decubitus figura fit, ut membra laxentur & ſinuentur, id quod ad augmentum caloris & tranſpirationem ac diſtributionem faciliorem alimentorum plurimi arbitrantur pertinere, puluino altiori molliorique nitetur caput, molle cubile erit. Durum cubile aſtringit Celſo & Polybo autoribus addit: Polybus impediri corporum incrementũ duro cubili. Supini decubitus oculis cõducunt, ſunt etiam cauſa Veneri. Auicenna putauit eos etiam dare cauſam apoplexiæ & phrenitidi. Credidit etiam incubitum in uentrem calor confortare naturalem, Plinius hanc inſuper decubitus formam tuſsi uexatis utilem prodidit. Addit etiam Plinius, decubitum, qui fiat in latera prodeſſe aduerſus deſtillationes, & autorem affert Theo-

Lib. 3. de cauſ. ſymp.

Celſ. 1. & alter in li. de rat. uict. priu. Plin. in 28 c. 4. 1. Fen. 3. Loco ſtatim citato.

Theophraſtum, celerius concoqui cibos dextri la teris incubitu, difficilius in ſupinis. Aliqui docent ſomnum eſſe inchoandum decubitu ſiniſtri lateris, dextri cõtinuandum. Obſeruatum etiam eſt accidere ſomnia terrifica incubantibus in ſiniſtrum latus ob compreſsionem cordis.

¶ Cap. XLIIII. Quibus modis ſomnum accerſamus.

Corporis labor & ſecuritas animorũ ſomnum tibi facere poterunt ſuauiorẽ longioreq́;, id quod nec Solomonẽ latuit, quando dixit: Dulcis ſomnus ſerui laborantis ſiue parũ comedat, ſiue multũ: erit & locus ipſe, ubi decubueris æſtate modice frigidus, alias inter calorem & frigus medio erit temperamẽto, uidendum etiam ne humore proprio pituitam accumulet locus. Erit quoq; cubiculum tenebroſum aut ita ſaltem, ne lumen ſolis lunæúe uibret in oculos. Profuerit quoque ſi frigidæ aquæ potio ſomnos antecedat, cuius loco poſtremo zythũ porrigo ijs, qui difficulter aquam ferunt, lactucã ſomno conciliando mirũ in modũ ualere in cõfeſſo apud omnes eſt. Ait enim de ſeſe Gale. in iuuentute, quoniã aßiduo os uentriculi bile efferueſcebat, æſtus moderãdi gratia lactucas eſitabam. Quum autẽ ad prouectam ætatem ueniſſem, olus hoc contra, quàm id iuuen

Eccleſ. 5.

Li. 2. de facult. alim.

tute ſomnum iam accerſendo mihi auxilio fuit, & uinum quoque moderate ſumptum ſomnum faciet & ſuauiorem & ſalubriorem. Quod ſi quæ res animi in cauſa eſt, cur peruigilijs quis moleſtetur. Tum quemadmodum docet Ægineta, id quod animum grauat, protinus amputabimus, quatenus quidem licet. Deinde ſuauis ſoni auditu mens ab
Li.1.c.98. *inquietudine omni reuocabitur, id quod nonnulli leni aquæ murmure conantur. Qui enim ſic permulcentur ſomno facile capiuntur: ſed intellexit Ægineta ſuſurros ſaltem fluuiorum, non ſonos labentium ex alto aquarum. Quod ſi quis tam uehementes ſonos auribus frequenter captet, facile in ſurditatem aurium incidat, autor eſt Plinius certos Ægypti populos accolas cataractarum Nili plane ſurdos fieri, ob uicinitatem ruentium præcipitantiumq́; ſeſe aquarum. Succedit quoq; ſomnus celerius, ſi aliquem audiamus prolixius recitantem acri uaſtaq́; uoce. Rationem deputo quod ex illa reuerberatione & appulſu ſoni robuſtioris in cerebro obtuſio & ceu ſtupor quidam lenis oriatur, quem comitata tædij laßitudo quietem ſomni quaſi neceßitate quadam imperat. Poſtremò pacatius dormire cupiens, ſuper cœnam abſtineat à difficilibus & ſubtilibus diſputationibus: nam facile fieri queat, ut noctu ad mentem imago ſpecierum conceptarum recurrat, è*

ſom

noq́; excitet dormientem. Et abſtinebit etiam placidum longumq́; ſomnum quærens à cibis multi nutrimenti difficilisq́; concoctionis, quare piſcium eſum magis ſuadet Ægineta, quàm carniũ, dummodo prompte concoqui poßint: in eſu carnium magis laudauerim aues monticolas & inter domeſticas pullum gallinaceum mediæ ætatis. Summa cibus facilis erit cõcoctionis & boni chymi & non nimij caloris ſiccitatisq́; particeps, quiſquis ſomno ſuſcitãdo aptus habebitur. Tempus autem ſomni legitimum definiri à peritis uideo octo horarum ſpacio, ſi modo ſatis longus eſſe ſomnus debeat: quod tamen generatim dixiſſe ſufficiat, poterit ſeptem ad fortaſſe ſex horarum tempus ſomni neceßitati naturæ ſatisfacere. Li. 1. ca. 9.

¶ Cap. XLV. De inanitione & repletione.

FRequens eſt inanitionis nomen in ore medicorum, quum ægrè apud Ciceronem reperias, ſed tamen ſemel me reperiſſe puto. Plinius auunculus nomen inanitionis non faſtidiuit, ſed crebro eſt uſus. Quò uerò minus multa de inanitione repletioneq́; dicamus faciunt, quæ ſuperius diximus de exercitatione, cibo, potu, ſomno & uigilia: qui enim hæc omnia legerit, facile admonebitur, quæ corpus impleant exinaniántue. Repletionis igitur nomen ſi eò referamus, ut corpus

ipſum ſucco ſanguine, carne ſufficienti cõſtet, ſicuti debemus: ſatis eſt ſuperius intellectũ, quæ eo pertineant, quæ tamen in unam quandam ſummã congeſsit Corn. Celſus, implet autem, inquit, corpus modica exercitatio, frequẽtior quies, unctio: et ſi poſt prandiũ balneũ eſt, contracta aluus, modicum frigus hyeme, ſomnus & plenus & non nimis lõgus, molle cubile, animi ſecuritas, aſſumpta per cibos & potiones maxime dulcia & pinguia, cibus & frequentior & quantus pleniſsimus poteſt concoqui. Recte, inquit, quantus cõcoqui poteſt. Nã ſi quis nimis copioſe cibare uoluerit puerum, impediet uoracitas incremẽtum ob cauſam à Galeno in Chriſibus ſuis expreſſam, quoniã uentriculus duabus rebus ſimul perficiendis nequit ſatis eſſe, ut par ſit augendo alendoq; corpori. Attigit hoc etiam in noctibus Atticis Aulus Gellius. Præterea ſi quis corporibus craſsis, plenis, parũ exercitatis cibum copioſum frequẽter porrigat, periculo ſyncopis reddat obnoxium, itidemq; nocebit, qui corpori impuris referto humoribus multũ exhibuerit cibum, adueniens enim alimentum non ualens à corpore concoqui perficiq;. Simul corrumpetur contagione infectum malorum humorũ ex ſententia Hippo. Et quamuis conueniat à ſatietate ſequi inediam, non tamen erit inedia tanta, qua uires corporis periclitentur, ut ine-

Lib. 1. Criſium.

Li. 4. c. 19

Aphoriſ. lib. 2.

diæ no-

diæ nomine parcitatem intelligas nutrimenti, nõ diuturnã admodum abſtinentiã. Vnde Gal. irridet quorundã ſophiſtarũ morem qui ad quamlibet affectionẽ pletoricã iniungebant abſtinentiã triduanã prorſus omnis nutrimẽti. Et eodem narrante Hipp. magnum ſemper ſtudiũ habuit conſeruandi fortem et uegetam facultatẽ naturalem, quod intelligeret, hac ſibi male conſtante, facultatem animalem quoq; debilitari deijciq;. Cæterum in com. ſuper Polybum Gal. narrat conſueuiſſe ſibi quoſdam homines indicere integrã diei unius inediã per ſingulos menſes, idq; uacuandi gratia, nec tamen ipſe improbat morẽ, quid ſi quid inibi mali latere deprehẽdiſſet, profecto redarguiſſet. Habet tamen hos effectus longa omnis inedia, ut faſtidia creet ſtomachi, eundemq; lædat, uires labefactet & malum ſuccum adaugeat. Vtraq; igitur è ratione adhibeatur & repletio et inanitio: nam ingluuies ab omnibus partibus eſt illaudata, peior cibi, quàm potionis, peſſima cibi, & potionis cõiunctim, autor Auic. Sed laudamus uinorũ uim & bonitatem. Magna hæc profecto eſt, ſi moderatus fuerit uini uſus: contrarios habet effectus uini immoderatus uſus. Super quo audiamus comparationem Galeni, nec uinum ait, æque ſemper hominẽ calefacit, ut nec oleum ſemper flammam accẽdit. Tametſi aptiſſimũ eſt ignis incrementũ,

Li. 10. Metho. meden.

In com. ſuper 16. Apho. 2. par.

Lib. de rat. uict. pri.

Li. 3. de tẽperamen.

imò

imò ſi imbecillæ & exiguæ flāmæ confertim multum oleum infundas, ſuffocabis eam, prorſusq́; extingues potius, quàm augebis. Sic igitur & uinum ubi plus bibitur, quàm ut uinci poßit, tantum abeſt, ut hominē calefaciat, ut etiam frigidiora uitia gignat. Quippe apoplexiæ, & quæ Græci caros & commata uocant & neruorum reſolutio, & comitiales conuulſiones, & tetani immodicum uini potum comitantur. Quorum unumquodq; frigidum eſt uitium: quibus ego adiungo haud ignorato Gal. nempe tremorē ac ſtuporem membrorum et obliuionem memoriæ tarditatemq́; mentis: quæ & ipſa quoq; ſunt à frigore. Repletionē igitur intelligimus eam, quæ ſecundū naturam ſit, ſicuti rurſus inanitionem quoq;. Conuenit autem inanitionē quoq; uariatis uicibus adhibere ſublato corpore uidelicet in molem ac pin-

Lib.1. guedinem iuſto maiorem. Extenuant corpus Celſo autore, aqua calida ſi quis in eam deſcendat, in ieiuno balneum, inurens ſol & omnis calor, cura, uigilia. Somnus nimium uel breuis uel longus, lectus per æſtatem terra, hyeme durū cubile, curſus, multa ambulatio, omnisq́; uehemens exercitatio, uomitus, deiectio, acidæ res & auſteræ, & ſemel die aſſumptæ epulæ & uini non perfrigidi potio ieiuno in conſuetudinem adducta. Sin uerò etiam inanitionis nomine uolumus excretionem

intel-

intelligere omnium recrementorum naturæ. Tum quidem eò conferemus uacuationem per omnes corporis partes ac quocunque factam modo. Igitur mane expergiſcentibus è ſomno ſtatim frigida lauabimus manus & faciem, oculos quoq; ne ſordium adhærentium acumine rodantur & inficiantur, deinde molliter inambulabimus, ut quicquid eſt excrementorum delabatur & calore naturali excitato melius ſuccedat excretio quarumcunq; redundantiarum. Mundandi etiam dentes ne quid illic inhæreſcens putidæ materiæ ipſos uitiet ac ingratum de ſe reddat odorem, ſimul etiam ne lentior eiuſmodi cibis ſeſe immiſceat ac traiectus unà forte ad ſtomachum reliqui aliquid faciat ad corruptionem inibi contentorum. Deinde fricandum comendumq; pectine caput idq; ſæpiuſcule, ut per meatus capitis pororum ipſi uapores difflentur abeantq;, aluus & urina reddenda, ſcreatione quoque utendum & interdum ſternutatione quoque; quæ ferè ſolet euocari capite ad ſolem obiecto, licet alijs quoque modis alij eam moliantur. Meminiſſeq; oportebit tanto uidelicet naturam euadere fortiorem ad excernendum quicquid in nobis eſt redundantis materiæ, quãto plus ſeſe expedierit exoneraueritq; conatus uel nõ multũ ſtimulante natura. Sed tamen quò minus naturæ ad excretionem proritanti eſt obtinen-

dum

dum, ita nec conatus eſt ualētiſsimus adhibendus, maxime circa pulmonē ſaucijs, uel aluo dura laborantibus. Conueniet tamē paulo ſæpius urinæ ſecretionē quærere, ut modo ſubitaria neceſsitas nos non urgeat: nam ſecum trahere urina conſueuit renum & ueſicæ excrementa meatus uteros ſæpenumero obſidentes, cuiuſmodi ſunt inter illa calculi, arenæ, grumi, petaloides, & capillitium ſolent uocant. Iam uerò ſi ſubmonitionis nomine Venerem, uomitionem & crapulæ extinctionem uolemus comprehendere, habemus quæ in hāc ſententiā quoq; afferamus. De Venere certe parcius loquendū uideo, ne irritamenta præbeam peccati exercendi & fomitē miniſtrē libidinis. Quocirca moneo eos: partim qui Veneris uſu releuātur, partim qui abſtinentia ipſius lædun tur, ut id genus uitæ ineant, in quo quū ſint, citra peccatū dare operā poſsint creādæ ſoboli. Quod ſanè in totum dixerim, multus Veneris uſus eſt noxius. Ratione propoſita ab Ariſtotele quod copioſius reiectum ſperma deſiccet corpus & frigefaciat, calore autem reſoluto deſiccatoq; humore naturali cita aduenit ſenectus. Quam etiam cauſam affert, quare muli uita lōgior ſit, quàm equi aut aſini, & paſſeres fœmelli ſexus, quàm maſculi. Quin addit uel modica ſpermatis fuſione corpus ipſum rarefieri & ſpiritus diſſolui. Putauit

In li. de longitudin. & breu. uitæ.

In lib. 1. de gene. ani.

Aui-

Auicenna magis obeſſe, ſi modicum quid ſpermatis fluat per concubitum ſupra quàm natura tolleret, quàm ſi quadragies plus ſanguinis promanauerit. Sed & óbſeruatum eſt multam Venerẽ ignauos & timidos efficere, eoq́; meretrices ferè meticuloſas reperiri. Igitur puto lenones ſibi ipſas aſciſcere, non magis quæſtus, quàm tutelæ ac præſidij cauſa. Lædit quoq; iuuentutẽ Venus tempeſtiue nimis inchoata: ſuper quo non pigeat uerba percipere Ariſtotelis in ſuis Politicis, ubi docet coniungendos mares cum fœminis tempore idoneo ad procreandã ſobolem. Sunt nanq; iuueniles partus imperfecti, inquit, & fœminæ frequentius quàm mares itidemq́; parua ſtatura homines procreantur. Quo circa neceſſe eſt iã adultos non ad iuſtam aliquam magnitudinem peruenire. Huius autem coniectura fuerit, quod in quibuſcunq; ciuitatibus conſuetudo eſt adoleſcẽtes maſculum & puellam coniungi, id eiſdem inutilia ac puſilla hominum corpora exiſtunt, in partu quoque magis laborant puellæ, pereuntq́; plures. Ex quo reſponſum oraculi Træcenijs datum quidam exiſtimant ob iſtam cauſam, quaſi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum, non propter fructuum collectionem. Ad continentiã quoq; utile eſt nuptias fieri ſeriores. Videntur enim futuræ intẽperantiores puel- Li. 7. poli.

læ ſtatim Veneri aſſueſcentes, ac maſculorum corporibus impedimentum accidit incrementi, ſi augeſcente ſemine conſuetudinem ineant concumbendi: quapropter puellas quidem circa ætatem decem et octo annorum nuptui tradere congruit. maſculus autem circa ætatẽ ſex & triginta annorum. In hoc enim tempore & uigentibus corporibus, coniungentur, & procedente tempore ſimul deſinent apte procreare poſſe. Paulo diuerſius Plato in legibus ſuis, nam illic rectũ ipſi uidetur, ut maſculus uxorẽ ducat à triceſimo ætatis anno ad triceſimum quintum, id quoq; niſi faciat pecunia & dedecore mulctandum cenſet, ne ſolitariam uitam lucro & uoluptati ſibi fore uelit. In republica autem ſua eidem uidetur congruere, ut mulier à uigeſimo anno incipiens uſq; ad quadrageſimum pariat. Et in priorem ſententiã ait; Vir autẽ poſtquam acutiſsimum curſus ſui uigorem tranſierit, annos uidelicet triginta, inde uſque ad annos quinque & quinquaginta procreet, quod in ijs ætatibus uigor animi corporisq; conſiſtat. Et hactenus quidem Plato ut in ſua illa quidem exquiſitiſsima republica robuſtos & firmos haberet homines. Ariſtoteles autem, ut ubique tales inueniret. Ego ſanè, ſi quid meum ualet iudicium, mitiore quadam ſententia nuptias indulgeo à tertio uitæ ſeptenario. Nam quum eouſq; corpus

Tempus definit nuptiarum inchoandarum.

Li. 4. de legibus.

pus in longitudinem creuerit ac deinceps in craſſitudinem propagetur, ſatis apparet à refuſione ſeminis paulo tempeſtiuius facta & incrementum impediri & uires debilitari. Quia uerò deinceps et ſpiritus et caloris copia uigent ipſius ui & neceſſitate naturæ ad excretionẽ ſeminis extimulamur. Et Cornelius Tacitus ſero inchoatam Venerem laudi tribuit populis Germaniæ: Sera iuuenum Venus, inquit, eoq́; inexhauſta pubertes nec uirgines feſtinantur, eadem iuuenta, ſimilis proceritas, pares ualidæq́; miſcentur ac robora parentum liberi referunt. Ex quo conſtat deſinente pubertate Germanos olim connubia ſua miſcuiſſe. Certe præproperam Venerem eſſe præter naturam, uel ex eo manifeſtatur, quod ilico primæ illius ætatis flos & gratia pereant, & ex adoleſcentibus ſubitò uiri effecti uideãtur, unde Martialis: In li. de populis et morib. Germ.

Inde tragus celeresq́; pili mirandaq́; matri
Barba, nec in clara balnea luce placent. In li. 11. Epigram.

Poſtremò ſcias ſemper habitam Venerẽ ſanis corporibus ſanam, ut ægris ægram: pituitoſis tamen naturis magis cõmodam. Obeſt acumini oculorũ Venus multa ſententia Ariſt. in Probl. quod humoribus deorſum ductis ſuperiora neceſſario deſiccentur, modio retundi aciem oculorum à rebus deſiccantibus ſuperius eſt oſtenſum. Proble. Sect. 4.

¶ Cap. XLVI. De remedijs crapulæ.

NOn debebat quidem ſiue ebrietas ſiue crapula referri ad repletionẽ, uti paßim à medicis repletio intelligitur, ſicuti nec crapulæ remedia ad inanitionem, dummodo repletio & inanitio inter ſex res non naturales recenſeantur: quin fieri poßit, ac fortaſſe frequenter fit, ut qui in media degunt ingluuie, minus recte copioſeq; impleantur. Sed uindicabit me à culpa omni. Primum, ignorantiæ deprecatio: deinde nominis quædã ſimilitudo, qua admoniti putauimus poſſe apte hic inſeri tractationẽ ebrietatis. Non enim putamus quenquam futurum tam moroſum, qui nos ad ſuperſtitionem ordinis ubiq; ſeruandi uelit aſtringere, aut ſi illic peccatum aliquod forte noſtrum eſt, ſtudium iuuandæ promouendæq; ſalubritatis depellendiqúe morbi ac doloris facile redimet quodcunq; ab ea parte crimen fuerit. Sané unus omnium Auicenna in ebrietate quaq; menſtrua utilitatem aliquam inuenit. Ebrietatem exponunt diligentiores interpretes, id eſt, iuſto pleniorẽ uictum, quod uinum liberalius quandoq; ſumptum auocet ad ſe humores quoſq; frigidos & craſſos deorſumq; iaciant. Attamen hæc non uera eſt ebrietas, ſed plenior liberaliorq; uictus: de quo cõmodius dicemus, quum incidet ſermo de affect.

ani-

animorum. Si igitur largius conuiuandi quandoque incidet neceßitas, ſic ut metuere poßis, ne ui & copia uini obruaris, præcedat abſtinentia pridiana, multum ſanè ualebit interuallum illud abſtinentiæ, non eo quidem ut firmior inſtructiorq́; uenias ad ποσιμαχίαν, (nanque illuc noſtra mens non refertur, ut hoc uelimus,) ſed ut ea quaſi interſpiratione minus offendaris prolixitate conuiuiorum & largitate epularum. Dabimus autem ſimilitudinem, quam in alio tamen argumento ſcimus uſurpatam ab Oribaſio Sardiano, ut ſi quis conficere debeat equitatione ſpacium centum miliarium diebus duobus continue, profectò ille effatigauerit equum, ſin uerò interuallo unius diei ad quietem interpoſito reſiduam partem itineris dimidiam abſoluerit tertio die, profectò ualidiorem habebit equum ad curſum et maiore commoditate ſuum iter peraget. Sciendum autẽ differentiam eſſe inter ebrietatem & crapulam, ab Ariſtotele quoq; explicatam. Crapula enim eſt continuata accenſio facta à potione: ebrietas, inchoata ſaltem: hæc ſtuporem, illa dolorẽ infert, quemadmodum in febribus apparere docet. Nam æſtuantes febribus interdum alienatio mentis comitatur, ut ſibi ludere uideantur, & non ſentire dolorem, ægrotante uidelicet mente. Verum ceſſante ardore febrili, & iam recuperata mentis ſanitate

In com. ſuper Aph. 43. par. 4. Hippoc.

17. Probl. Sect. 3.

ſeſe oſtendunt, tum uis morbi, tum ſenſus doloris. Remedium crapulæ non aliud efficacius inuenitur, quàm poſtridie ſumpta quies & ſomnus prolixior, hunc ſuccedat mollis inambulatio ſub tecto uel in umbra aere ſereno tranquilloq́;. Hinc iterum ſequatur quies, cibus ſit facilis concoctionis, & ex leui materia animus nulla graui cogitatione occupetur. Nullus autem laudatior cibus à uini crapula, quàm braßicæ: ſic enim habet Dioſcorides: τὰς ἐκ κραιπάλης καὶ οἴνου κακίας σβέννυσιν ἐπιλαμβανομένη, id eſt, ſi ſenſum nos iuxta uerba uelimus reddere apertiorem, Crapulæ & uini incommoda extinguit ſuperueniens, intelligit autem braßicam autor. Rationem affert Ariſtot. quod quicquid uinoſi crudiq́; humoris eſt, ſuccus braßicæ ad ſe trahat, & quod ſuperne in uentriculo remanens corpus refrigeret, quò fit ut tenues humores ad ueſicam labantur. Quod quum humor utrinq; educatur & corpus refrigeretur, commode ſuccedit liberatio à crapula. Euenit ad hæc, ut quum humores deorſum reuelluntur & excernuntur, flatum etiam ſecum deducant, qui ſi per uinum liceat, in caput ſeſe efferens grauitatem quandam creat, deorſum pulſus id non ualet. Ex quo tam facile diſcitur, ab omni cibo inflante abſtinendum eſſe laborantibus crapula, ceu bubula carne, leguminib. Raphano alioquin proprietatem

Cap: 111. lib. 2.

Proble. 17. Sect. 3.

tatem tribuit Plinius crapulæ aduerſandi. Sed animaduerſum à Plinio quoq; eſt, & ab alijs ineſſe odium quoddam braßicæ cum uite, quò minus mireris crapulam uini ſedari eſu braßicæ, tanquàm natura contrariæ. Nanq; ſi uiti ipſam alligaueris inclinabitur ac dehiſcet in terram. Et ſi quid ruſticæ obſeruationis exempla ualent & auguria, copioſius prouenięte braßica ad proceritatemq; aliquam inſignę excreſcente, uinitores pronunciare ſolent eo ſimul anno tenuem futurū prouentū uinorū. Porrò inter ipſas quoq; crapulas differentia quædam eſt, peiore grauioreq; exiſtente, quæ à zytho præcipue craſſæ glutinoſæq; ſubſtantiæ, quàm quæ à uino eſt, itęq; quæ à uino craſſo, quàm tenui: rubro, quàm albo: præferuido natura, quàm ſecus. Sed dubitari poßit, an durante crapula melius ſit inchoari menſam à uino, an à zytho. Hic reſpondeo: Si adhuc æſtū ſentias præcordiorū & grauitatę capitis, hoc eſt, parum adhuc diſcuſſa crapula, quàm tenuißimū offerendum zythum: id ſi deſit, uinū exhibebitur debile & tenue, parcè tamę miniſtratū aut alioquin non ualentißimi generis, ſed aqua temperatum, portione aquæ collata ad ſenſum caloris ex crapula percepti. Quod ſi faſtidiū et nauſea adſint ſtomachi, nec multa aqua diluetur uinum, & aliquod quæretur ex iſtis ſubacerbis albis, quæ ſi forte ab li.17.c.24

ſint permitto rubella, ſed modice hauſta. Nec me fugit Corn. Celſum & Plinium aquæ potionem crapula uexatis offerre. Quod ego forte in maximis ardoribus internorum conceſſerim, nec tamē, niſi aquæ potioni aſſuetis. Cæterum deferueſcente magis atq; magis crapula, reſtat quidem frigus adhuc aſciticium: At calor naturalis in ſeſe paulatim cogitur. Huic igitur cōfortando fouendoq́;, illi depellendo magis idoneum erit uinum, quàm aqua aliúsue liquor. Deinde quum ab intemperātiore uictu plurimum pituitæ colligatur, melior erit uini uſus: quippe cui uis inſit attenuandi diſcutiendiq́; phlegmatis. Sed ſunt quoq;, qui quālibet redundantiam humorum crudorum in media crapula reuomāt. Quod ſi ita neceßitas fert, excitandos eos ad uomitionem docet Aetius uel ab aquæ calidæ infuſione, uel immißione ſola digiti: imperandumq́;, ut lecto ipſi decumbant, & ſomno turbulentiam ſedent. Eſt iſtud quidem genus minus uiolētæ laborioſæúe uomitionis, quàm ſi ſuſcitetur elleboro ſimilibúsue. Laudat Galenus uomitiones omnes ſponte à natura incitatas, hoc eſt faciles. Abſurdum enim & à natura putat alienum cogere quem ad uomendum uelle. Certe Aſclepiades in totum damnauit uomitum referente Celſo, neq; ſe reprehendere Celſus oſtendit. Si offenſus ille cōſuetudine corū fuit, qui quotidie eijcien-

Lib. 3. Lib. 23.

De quo etiam aliquid dictū eſt capite præcedenti.

Li. 4. c. 32.

Li. 1. de locis affect.

Lib. 1.

eijciendo uorandi facultatē moliuntur: utiliorem hyeme tradit, quàm æſtate, eò quod tum pituitæ plus & maior ſubſit grauitas capitis. Inutilem alioquin uult gracilibus & imbecillum ſtomachum habentibus, utilē autē plenioribus & bilioſis omnibus ſi uel nimium ſe repleuerint, uel parum concoxerint. Deinde edocet eū, qui uomere per menſem bis uult, ut biduo continuet, melius id futurū, quàm ſi longioribus interuallis diſtinguat uomendi tempus. Idem quoq; monet Auicenna, cauſam addens, quod hoc pacto melius euocabitur è ſtomacho quicquid priore uomitione relictum fuerat: ſed non uult certos ſtatosq; dies nobis ſumendos. Paulus Ægineta ſtatim à uomitione nec copioſum, nec quemlibet cibum concedit, ſed duntaxat panem in uino diluto & odoro maceratum, et modicam potionem. Sed intelligas uelim de uomitione me hic non agere, ut eſt de genere purgationum, quæ per ſupernas fiunt corporis partes, quomodo de ipſa tractat in Aphor. Hippocr. & alij, ſed de leniore facilioreq; quæq; citra moleſtiam excitatur ad leuandum nonnihil ſtomachū ad præſens forte pleniore uictu grauatū. Dictum ſuperius ex Celſo de balneis erat, quatenus impleant uel extenuent, quibus illud addimus, quod Galeno cenſore balnea dulcia impleant corpus, et pinguius efficiant, eóque hectica febre laboran-

Li. 1. c. 56.

Lib. 10. de morb. cur.

tibus utilia, dũmodo ſaltem moderate balnea incaluerint. Et quamuis Celſus doceat balneũ, quo poſt prandium lauamur, corpus implere, nequaquàm tamen ſe tutos ab obſtructionibus iocinoris exiſtiment, ut Galenus monet: Quicunq; ſtatim à cibo lauantur, præſertim ſi liberaliter cibis, natura craßi ſucci fuerint uſi. Si qui tamen facile conſueuerunt in balneis incidere defectionem animi, poterunt aliquantum cibi ſumere ante lauacrum. Habet autem has uires balneum, ut quæcũque concoqui poſſunt, niſi plane cruda fuerint, et in ſummo ſtomacho hæreant, citra moleſtiam diffundat & dißipet, & occultas laßitudines tepore ſuo mitiget ac refocillet. Frigida ne lauemus pueros, alioquin obſtabimus incremento ipſorũ. Habetur autem uſus balneorũ cholericis, quàm phlegmaticis naturis utilior, eò quod illorum cutis denſa & compacta quum ſit, magis eget tranſpiratione & euocatione ſudoris. Frequens tamẽ balneorum uſus uires diſſoluit & difflat ſpiritus, & ſtomacho plurimum nocet. Porrò balnea reliqua naturalia, nempe aluminoſa, ſalſa, nitroſa, bituminoſa, ſulphurea, ſpectant magis ad medici pharmaceutices, quàm ad noſtram contemplationem. Sed nunc curſus & ordo dicendorum nos admonẽt, ut de affectionibus animorũ loquamur.

Lib. 14. de morb. cur.

Idẽ Plut. in li. de tu. bona ual.

Secundum ſen. Gal. li. 2. & 5. de ſan. tuen.

Cap.

¶ Caput XLVII. De affectionibus animorum.

REſtat ad extremum dicamus de affectionibus animorum, quas plurimum eò conferre, ut ſalubriter uitam agas ſecusúe, nemini ſit dubium. Sunt enim reciprocæ actiones affectusq́; animorũ in corpora, horumq́; uiciſsim in illos, ſeparatim autem de utroq; horũ agemus, & de corporum & de animorũ effectibus. Animæ partes tres à Platone & alijs conſtituuntur. Rationalis ſiue λογιστικὴν, concupiſcibilis & iraſcibilis, ſiue quaſi diceres, animoſa. Quicunq; igitur motus animi modum non ſeruant, inquit Galenus, ex quacunq; tandem parte oriantur, ſiue ex rationali, ſiue ex concupiſcibili, ſiue animoſo, quam dicimus iraſcibilem, ſi modum exceſſerint, bilioſum animal reddunt. Sin intra modum nimium ſubſiſtant, pituitoſum frigidumq́; efficiũt. Addit priorem habitudinem febres & calidiores affectus, poſteriorem iocinoris & uiſcerum obſtructiones, comitiales morbos, apoplexias & in ſumma deſtillationum fluxionumq́; morbos excipere. Et nos tandem, ait, ægrotos quot annis non paucos perſanauimus ſolis animi motibus ad debitũ modum reuocatis. Quantum autem ualeat ad curationem morborum exploratio commodaq́; tra

Li. 1. de ſanit. tuen.

In uita Demetrij.

Li.7.legū.

Li.4.Tuſ. quæſt.

In arte parua medicinali ſiue techne ſua cap.85.

ctatio affectionum, unum præ multis exemplis ſatis eſſe poterit illud Eraſiſtrati & Antigoni apud Plutarchum,ſed aquã in mari, ut aiunt,qui quærat exempla. Ergo iure optimo uir diuinus Plato iubet eum, qui recte uiam ſuam inſtituere uelit,nec uoluptates ſequi omnino, nec dolores fugere prorſus debere, ſed mediũ quẽdam habitum tenere, qualem tranquillitatem animi definit. Cicero nomen tranquillitatis uertit in placidã quietamq; conſtantiã. Hanc Plato ille non ſolum exigit à perfectis adultisq; hominibus. Sed ad hãc inſtitui uult, quatenus per naturam licet, infantes quoq; & mulieres grauidas uiris, ut nec ad uoluptates multas furioſasq; ferantur, nec doloribus agitentur, ſed tranquillã pacatamq; & mitem uitam agant. Eſt enim fœtui natura moueri & geſtire cũ mater gaudio afficitur; rurſus cogi in ſeſe contrahiq; triſtitia, quum male afficitur illa, qua ratione moti philoſophorum plurimi fœtum eſſe animal uoluerunt. Super quo Galenum legas uelim in ſuis Definitionibus, & Annotationes Longolij iunioris exponentis illud Plauti in Amphitryone. Enimuero prægnãti opinor & malum dari,ut quod obrodat,ſit,animo ſi male eſſe occœperit. Summa ſententia Galeni eſt, oportere caueri omnes immodicos animi affectus, uidelicet irã, triſtitiã,furorem,timorẽ,inuidiam, his docet cor

pus

pus à naturali ſtatu temperieq; uariari. Iracũdia & timor introrſum ſanguinẽ agunt, in ira tamẽ ſanguis accenditur, præſertim exiſtẽte natura bilioſa, adeò, ut ira ſubito acutas febres quoq; parêre poßit. Eſt tamen pars iraſcibilis magis habita rationi obtẽperans, quàm concupiſcibilis, ex ſententia Plat. & Ariſt. Rationẽ affingo, quod cõcupiſcentia nõ magis plerunq; ratione, quàm pudore & metu refrenatur retineturq́;, debili cuſtode fidei & conſtantiæ. Pars iraſcibilis autẽ motum animi libere ſequitur, unde obſeruatũ à Platone eſt, uehementiß. robuſtißimosq; ferè in ſuis functionibus reperiri unice deditos huic rationali parti illinc concupiſcibili, hoc eſt, contẽplationi & libidini. Videmus præterea beſtias ipſas, quoquæq; ſunt irritabiles magis ad iram, ita plus aliquid habere generoſi ſpiritus: cuius exemplũ nobis dat leo præcipue: ut uerũ intelligas Naſonis illud: Et faciles motus mens generoſa capit. Quorum uerò animaliũ pedeſtriũ quæq; partis concupiſcibilis plus nobiſcũ participant, ita longißime abſunt à ratione, ut ſues, hirci, mures libidinoſa hæc, ſed immunda, ſtupidaq́; animalia. An nõ ſenſum tactus & guſtus natura quàm lõgißime diſcreuit à ratione & intellectu: ut facile iam diſcamus nihil eſſe cõmune uoluptatibus corporis cũ ratione et intellectu poſſe. Sed de animalib. brutis

Gale. li. 6. de ſan. tu. In 7. legum & 2. rhetorico.

de qua legatur Pli. lib. 8. ca. 16.

In Ponto.

In eandem ſententiam Au. Gel. li. 19. noc. Attic. ca. 2.

brutis quod dixeramus, hanc habet rationem, ut intelligamus illa ferri ſtimulis naturæ ad cõmixtionem ſexuũ inter ſeſe, maris uidelicet & fœmellæ. Nos animo libidines ferè ſectamur & imaginatione quoq; fabricamus ſpecies ipſas, omnis generis inſtrumenta & irritamenta quærentes ſolicitandæ libidini. Quod igitur in animalibus brutis culpamus, naturæ eſt donũ, quæ tamẽ nihil fruſtra creauit. Quod in pleriſq; damnare hominibus poßimus, conſilij propoſitiq; eorum uicium eſt. Sed de Venere ſuo loco diximus, quamuis nõ ita multum hic digreßi fuerimus, moti occaſione partitionis Platonicæ. Subſequar igitur mentem Galeni, qui & ſi in Techne ſua certas affectiones numerat, quibus de ſtatu ſuo ualetudo noſtra dimoueatur, plures tamen addit in Methodo ſua medendi. Sunt porrò affectiones animi timor ſubitarius & uehemens (quem ἔκπληξιν Græci uocant.) Præterea quæ cõtraria huic timori eſt, uoluptas maxima, περιχαρίαν uocãt, quaſi excedens gaudium dixeris. Scimus enim amborum occaſione periiſſe quoſdã, cuius rei fidẽ tibi facere poßit T. Liuius, qui ſtatim à prælio cõmiſſo inter Q. Flaminium Cons. & Hannibalem meminit duarum matronarum, unam in ipſa porta urbis Romæ filio repente ſoſpite oblato expiraſſe ad primum ſtatim occurſum. Alteram cui mors filij fal-

Lib. 12.

Lib. 2. cap. 3.

In hanc ſententiã legatur Pli. li. 7

ſo

ſo nunciata erat, mœſtã ſedentem domi, ad primũ conſpectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam. Idem audiuimus accidiſſe uxori cuiuſdam principis Ferrarienſis, accepto certo lætiſſimo nuncio. Plura quoq; huius rei exempla me legiſſe ſcio, ſed pergo ad reliqua Galeni. Iam reliqui quoque magni timores omnes & cum his uoluptates maximæ, & ſi non iugulant, at certe infirmum facileq; reſolubilem ſpiritum reddunt. De timore forſan minor dubitatio appareat, quod in eo ſpiritus & ſanguis (ut idem alibi dicit) intro & ad ſcatebram ſuam reducuntur contrahunturq;, quò fit ut algeant partes in ſuperficie poſitæ. Quin ſubdit poſtea nonnullos ob timorem ſubitaria morte perijſſe, ubi debilis natura animulæ ſub ualido pathemate oppreſſa, cõfertim & extincta & ſuffocata eſt. Voluptates autem maximæ, præſertim quas riſus multus conſequitur, ipſum etiam calorem natiuum à corde diffundunt diducuntq; extrorſum, diductio aut ſpiritus planè refrigeratio quædam eſt, maxime omnium craſſis hominibus obeſt riſus. Et Plato in rep. ſua, uetat nos nimiũ eſſe profuſos in riſum. Effuſum enim riſum uehemens mutatio ſequitur. Ac ibidẽ etiã uiſus eſt deſideraiuiſſe conſuetum ingenium & ſapientia Homeri, quod is riſum nõ extinguibilem dixiſſet dijs concitatũ, quum forte Vulcanũ claudis

ca.32. et c.53. Cic. li.1 Tuſ. quæſt. A. Gel. in 3 noct. Plut. de claris mulierib. et Val. Ma. Lib.2 de cau. ſym.

In 3. lib.

Circa calcẽ 1. Ilia.

dis tibijs per domũ uiderent properantẽ, eò quod affectionũ impotentia non cadit in deos. De mutatione profuſum ſequente riſum haud difficile ſit cauſam reddere, qua hinc eſt, quod uehementẽ dilatationem uehemens conſequi aſtrictio conſueuerit. Dilatatur autem maiorẽ in modum cor ipſum quũ riſu concutimur & gaudio exultamus.

Li.5. Tuſ. quæſt.

Sed diceret mihi forſan aliquis, quem tu mihi terminũ aut modum præfinis uoluptatum, relaxandus ne quandoq; eſt animus & genio indulgendum? Vtiq;, ſi meminerimus interim ueram uoluptatem omnem (ut Cicero dixit) non in ſatietate cõſiſtere, ſed in deſiderio. Satis enim eſt parũ uoluptatis in uita noſtra, haud aliter quàm parũ ſalis eſt pro condimento cibi, ut per ſcitã quandam ſimilitudinẽ in ſuis Ethicis dixit Ariſtot. Sed facit iudicij noſtri peruerſitas dicam ne, an teneritudo mollicies q; naturæ, ut niſi plane uoluptates noſtras expleuerimus non ſatis remiſiſſe nobis animũ uideamur. Vt iam libentius cum Platone faciam, quamuis non egente cenſuræ noſtræ aſtipulatione, qui in legibus ſuis, ut alibi quoq; exactiſſimus cenſor ingenij naturæq; humanæ, docet nos noſtromet uicio iudicare medium illum habitum conſiſtentem inter uoluptatem dolorémque tanquàm magis doloris participantem, expertem fermè uoluptatis. Sed ſubſequemur ſententiã

Lib.9.

In 5. lib.

Li.14. methodo. cur.

&

& uerba Galeni. Triſtitia porrò, inquit, & an xietas & ira & cura eo genere ſunt noxiæ, quo Probl. 5. Sect. 7. *frequentes uigiliæ, quoniam uires reſoluũt. Tri ſtia certe omnia tam aſpectu quàm auditu, fu giẽda autor quoq; monuit Ariſto. recitans quan doq; incinisſe* λιποθυμίαν, *qui homines ſuffocari* li. pro. 17. & 25. *laqueo uidiſſent, in medio id quidem aſpectu ſup plicij. Triſticiam omnem nobis eſſe inutilem & ſiccitate quadam corpus noſtrũ conſumere, Solomon quoq; Prouerbijs ſuis edixit: Spiritus tri ſtis, inquit, exiccat oſſa. Sed quum omnis mœſtitia melancholicos efficiat, quò tamen ſæpius hæc affectio redierit, eò plus affert periculi, malum ipſum adaugens, et facile cõuertens in* ἕξιν. *Rurſus ſi ob quamlibet leuem cauſam mœror ac* Aphoriſ. lib. 5. In li. de tuen. bona ualetu. *cidit uel metus ſpem repente extinguens, id plane eſſe melancholicum oſtendit Hippocrates, et ſi monitorem recipiemus Plutarchum, ſic affecti. Summa temperantia utemur ac fortaßis admittẽda eſt lenis alui ſubductio, humorum enim uitio uolũtaria triſticia metusq; maxime fiunt, inſigni frigore laborantium, quod etiam in cauſa eſt, teſte Ariſt. in probl. ſuis, quare multi ſibimet necem aſciſcant, extremo frigore torpentes, eouſq; ut iam propè exangues pactum cum morte feriant, hoc modo ſe malorum ſuorum finem credentes inuenturos.*

Cap.

¶ Caput XLVIII. De curis & de ſtudijs artium.

CVris multis, præſertim circa uarias & diuerſas res diſtentis, uires reſolui, ſtatim eſt dictum. Quæ ſi ſolicita plurimum ſit, & ipſa quoque melancholiam eſt apta parere, monſtrante Galeno. Sed & febres poteſt excitare, confeſſione medicorum omnium, quod nec poetam Horatium latuit:

Li.4. de locis affect. cap. 6. li. 2. epiſt.

> Dum pueris omnis pater & matercula pallet
> Officioſaq; ſedulitas, & opella forenſis
> Adducit febres.

Omni ſiquidem mentis agitatione nimia, præſertim reuocata ad contemplationem acrium & ſubtilium rerum, ea inquã, cerebrum deſiccatur, humore autem magna ex parte abſumpto, (quo quidem tanquam pabulo calor naturalis conſeruatur.) Neceſſe eſt calorem ipſum ſimul interire & extingui, & naturam cerebri frigidam & ſiccam euadere: quæ quidem qualitas eſt melancholica, unde traditum legimus ab Ariſtotele in Problem. ſuis, quod quotquot unquàm clari & excellentes uiri fuerunt, uel in ſtudijs philoſophiæ, uel in repub. adminiſtranda, uel in carmine pangendo, uel in artibus exercendis, eoſdem quoq; fuiſſe melancholicos, tales narrant fuiſſe Salomo-

lomonem Lyſandrũ, & Platonẽ. Stultum igitur uulgus profeßionẽ artium & ipſas quoque artes tãquam uanas incuſat, nec uſui ſubſidioq́; ad longam peragendã uitam eſſe cauillatur, interim ignorans à iugi & intento ſtudio mentisq́; contemplatione ualetudinem hominũ doctorum ſubinde affici. Ex quo iam facile perſpicitur, magnam habendam eſſe gratiã philoſophis medicisq́; priſci temporis, qui propriam ſalubritatẽ negligendo ſtudijs ſuis monumentisq́; à ſe conſcriptis effecerunt profecto, ut nos ſalubrius uitam ageremus, quiq́; cum certũ haberent futurũ, ut in mores inciderent ad ſpeciẽ abſurdos & inæquales ab accumulatione atræ bilis, tamẽ & ſuis & poſteris ſeculis bonorũ morũ documẽta cõſcribere nõ ſunt grauati. Sed ſunt tamẽ remedia quædam aut certe lenimenta ualetudinis incõmodorũ, quæ percipias ab aßiduitate ſtudiorũ. Primum, laxatio animorũ ſubinde ſtudijs ipſis interpoſita: nã exercitationis quoq́; facta mẽtio ſuperius eſt, quatenus conducat. Deinde ipſorũ inter ſeſe ſtudiorũ permutatio, ut à ſerijs iſtis et grauioribus ad leuiora faciliorá q́; interim tranſeas, maxime infeſtis anni temporib. Quo magis prudentiã requiro certarũ ſcholarũ, quibus in more & profeßione eſt in medijs ardorib. æſtatis cõtentiones ſuſcipere extraordinarias, quũ illud tẽpus quieti, ocio & remiſ-

Q

ſioni animorũ merito cõſueuerit deſtinari. Illa uerò altercatio mutua mirũ quantã pariat æmulationem, inuidiam, obtrectationẽ, quantaq́; ſuſpendeat animũ fluctuatione & ſolicitudine, dum antagoniſtã quiſq; ſuum nititur ſuperare. Tametſi reperiũtur, qui ex illarũ acerbitate contentionũ ſingularẽ quandã animo iucunditatẽ uoluptatẽq́; percipere uideantur ſpe uictoriæ & plauſus auditorij freti ſublatiq́;. Quamobrẽ Plato iuuentutis ſuæ diligens formator & publicæ tranquillitatis quærẽdæ ſtudioſus, ab artibus & diſciplinis cõtentioſis arcet iuuentutẽ, eoq́; dialectica uetat in ſua Repub. percipere ante triceſimũ cuiuſq; ætatis annũ. Oſtendit aũt naturã eorum, qui puberes dialecticis ſtudijs aſſueuerint, pugnacẽ & contentioſam euadere in morẽ atellorũ crebro irritatorum. Quod iudiciũ præceptumq́; tanti uiri alijs expendendũ relinquo collatũ ad ſtudiũ ſaltẽ quietis cõmunis. Tametſi plura in eam ſententiã à nobis quoq; dici poſſent. Certe ad cõfirmationẽ ſcriptorũ ſuorũ, ſi uiueret forte Plato, præſens exemplũ peteret ex Germania noſtra quoq;. Nã quotquot ſunt homines docti, quorũ iuuentus forte incidit in difficultatẽ iſtam controuerſiarũ ſuper religione noſtra ſuſceptarum, ſi quando ad ſcribendũ ſeſe dãt, neſcio quomodo tota ſcriptio acerbũ & mordax ac ſubinde inæquale quiddã ſapere uideatur.

deatur. Qui niſi ingenia ſua muſis alioquin aptiſſima contentioſis artibus immiſcuiſſent, etſi magnam ſcribendi ſunt laudem conſecuti, maiorē tamen adhuc conſequi potuiſſent, uel ſuametipſorum cōfeßione. Sed illi omniū ineptißime faciunt qui conſcripturi forte hiſtorias in media rerū geſtarum narratione per quamcunq; occaſionem locum faciunt altercationibus ſuis, hoc eſt, in lente unguentum. Sed tamen de mente conſilioq́; eorū uiderit deus aliquis, cui forte noſtræ res erunt curæ. Nos inſtitutum noſtrum perſequemur, & ualetudini conſulemus hominum ſtudioſorum. Qui ſi meam admonitionem recipient, à cibis difficilis concoctionis & ſucci melancholi abſtinebunt, maxime quando cogitationibus ualde intentis & ſubtilibus ſtudijs uacabunt. Abſtinebunt ergo à carne bubula hircinaq́;, præſertim ſale durata fimoq́; condita. Innocentior tamen ouiū eſt caro, omittant multū eſum leguminū & panis ſecundarij: ſimiliter rubra craſſaq́; uina, nec à cibo ſtatim literis incūbant, ſed poſt horas tres quatuórue ſecunda digeſtione perfecta. Sed nec ſuper cœnā tractabūtur argutæ ceu dialecticæ diſputationes: inferēt enim capiti dolorē, & grauedines cōcitabūt. Sunt tamē, inqt Plut. de naturis quæſtiones ut minime graues, ita probabiles. Cōplures etiā narratiões ſunt quæ ad mores ptinēt in qb. eſt In lib de tu. bo. ual.

aliquid conſiderandũ & expendendum, alienæ
ab omni contentione pugnaq́;. Et fortaßis expe-
Lib. 2. de diet quibuſcunq; ſtudio contẽplationiq́; uocanti
cau. ſym. bus ſiccior uictus. Siccitas nanq; prudentiæ fami
liaris, ut ait Gale. in lib. cui tit. Corporis tempe-
raturã animi mores ſequi, in quam ſententiam ue
tus illud Heracliti dictum affert, αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σο
φωτάτη, id eſt ſplendor ſiue lux ſicca, anima ſapiẽ
tißima. Certe à uictu humidiore eodemq́; largio-
re plurimũ colligitur pituitæ, quæ ſicuti frigida
omnia, memoriam offendit & intelligentiã. Sed
nec extreme ſiccum uictum uolumus, ſi nutrien-
Lib. 3. de dum recte corpus ſit. Quum & ad nutritionem
cau. ſym. et ad implendum augendumq́; corpus plurimum
faciat humiditas, ſcribente Galeno. Sed & ua-
cuitatem omnem curarum, ſi quo ab alio, præci-
pue tamen requirimus & exigimus ab homine li
teris dedito. Studiorum quippe ea natura eſt, ut
ægre patiantur diſtractionem ingenij in multas
& difficiles curas. Securitatem ſummã poſtulant
animorũ, ac fortaſſe Plato indulſerit liberalẽ ali-
Lege librũ quam remißionem interdum, ac iucundiorẽ uini
1. et 2. de le inuitationem. Nam & modicis honeſtisq́; inter
gibus. Aul. bibendũ remißionibus refici integrariq́; animos
Gel. li. 15. ad inſtaurãda ſobrietatis officia exiſtimauit, red
noc. atti. diq́; eos ſenſim lætiores, atque habiliores fieri ad
cap. 2. acres & intẽtas cogitatiões ſuſcipiendas. Et ſub-
iungit

iungit Plato, quod Gell. alioquin omittit cognitu utile, nõ eſſe fugiendas honeſtas et liberales cõuiuationes aduerſus propulſandam uini uiolentiã, neq; ullum continentẽ prorſus aut temperantẽ ſatis fideliter uiſum eſſe, cui uita nõ inter ipſa errorum pericula & in medijs uoluptatum illecebris explorata ſit. Nam cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuiorũ incognitæ ſunt, quiq; illarũ omnino expers eſt, ſi eum forte ad participãdas huiuſmodi uoluptates, aut uoluntas tulerit, aut caſus induxerit, aut neceſſitas impulerit, mox deliniri & capi, neq; mentẽ eius animumq; conſiſtere. Hæc ille. Græci, ut in multis, feliciores nobis diſtinguunt proprijs nominibus ambas ebrietates, & quæ liberalis eſt, & quæ mentem de ſede ſua deturbat, hanc μέθην, illam uocãt οἴνωσιν, unde Plutarchus in libello de loquacitate, οἰνώσεως καὶ μέθης διαφορὰν ταύτην εἴρηκεν, οἰνώσεως μὲν ἄνεσιν, μέθης δὲ φλυαρίαν, quod eſt, uinoſitatis diſcrimẽ hoc & ebrietatis eſſe ait. Vinoſitatis quidem relaxationem ſeu exhilarationem, ebrietatis autẽ importunam loquacitatem. Hæc ab omnibus partibus turpem ſeſe oſtendit, illam multi ſapientes & docti uiri amauerunt, quorum in numero Homerus præcipuè & Cato Vticenſis olim fuerunt. Igitur ſi qui ſunt, qui ebrietatẽ ſuam tuentur, tantorum uirorũ exemplũ uel Platonis autoritatẽ cõceſſio

nemq́; ſibi prætexentes, tam iudicant peruerſæ, quàm faciunt male. Illi ſuis ſtudijs & occupationibus grauißimis illis quidem quandã ſaltẽ interſpirationẽ eiuſmodi quæſierunt, ut ad eaſdem redirent uegetiores alacrioresq́;. Tantum abeſt, ut uoluntariam expetiuerint inſaniã, quomodo uerè definiri à Catone ſolebat ebrietas. Eas intellexit conuiuationes Ariſtoteles in Ethicis ſuis, tanquam plurimum utiles amicitijs hominum ſtabiliendis retinendisq́;. Et Cic. in epiſt. familiaribus ac item in Catone uult nos feliciores eſſe Græcis in exprimenda accubatione epularum, illi quum fixerint συμπόσια quaſi compotationes, & σύνδειπνα, quaſi concœnationes dicas, minimum tamen rei ipſius expreſſerunt. Nos cõuiuium quod tum ſimul maxime uiuatur. Et reperiuntur adhuc tamen, qui conuiuandi morem ac uicißitudinem tanquam deo inuiſam damnent, argumento illinc ſumpto, quod nõ alio, quàm cõuiuiorum uicißim habitorũ tempore deus grauiter imminuerit Hiobi prophetæ, alia ſuper aliam ruinam nunciata. Quid ſi fuco aliquo ſuam adornare uelint rationem, dicant illud conuiuium fuiſſe Hiobi & præteritæ felicitatis finẽ, & initium ſecutarũ ſtatim calamitatũ. Hæc ſane argumentatio quamuis ſeſe probabilem ſpecie tenus oſtendat, parum tamẽ efficit, quum plagæ illæ cœlitus fuerint Hiobi immiſſæ.

Super quo legatur Plu. in uita Caton. Vticenſis, & Catonis apud Ciceronem cõfeſſio in dialogo ſuo in 9. lib epiſt. famil.

miſſæ, non potius ad præſentis alicuius peccati uindictam, quàm tum ad explorationem, tum ad exemplum & miraculũ ſempiternũ inuictæ cuiuſdã patientiæ: Tum ne quis ſpem fiduciamq; reponere diſcat ullam in fluxis iſtis caducisq; bonis, tanquam ijs uidelicet, quæ ſingulis horarũ momẽtis dei ſubiecta ſint arbitrio. Audiuimus obiectionem τῶν φιλεργημῶν καὶ ἀξινῶν, *nunc etiam alia ex parte ſententiã & conſilium audiamus ſapientis Deoq; chari Ieſu Sirach: qui enumeratis multis ſtudijs et ſolicitudinibus hominum, uanis illis quidem tandẽ infert ſibi rectũ uideri, nec melius quicquam, quàm lætari unũquenq; & bene facere in uita ſua. Accurrit ad eandem ſententiam alter ille ſapiens Solomon, qui nihil aliud homini ducit optabilius, quàm lætari, conuiuari, & ſoluta quadã eſſe libertate animorũ. Poſſent multo in hanc ſententiã referri ex pluribus uetuſtis ſcriptoribus, uerum hoc qui faciat, ſoli lumẽ, ut aiunt. Sed quid illud? Quod noſtra gens olim magnam utilitatem in conuiuationibus ipſis & inuenit, & inuentam frequenter uſurpauit? Scribit nanq; Cornelius Tacitus conſueſſe Germanos olim recõciliare inuicem inimicitias, iungere affinitates, adſciſcere principes, de pace bellóque conſultare in medijs conuiuijs. Id eo quidem conſilio factum narrat, quod nullo magis tẽpore uidiſſent, aut ad ſimpli-*

Eccl. 1.

Eccli. 5.

In libello de morib. & populis Germaniæ

ces cogitatiões patere animos,aut ad magnas res incaleſcere. Quod uenuſte alluſit Ouidius quoq; in ſuis Amoribus:

Li.1.de arte amand.

Tunc aperit mentes æuo rariſsima noſtro
Simplicitas,artes excutiente deo.

Sed quum de conuiuijs loquor,non intelligo conciliabula iſta, & gurguſtia intemperantum ac ebrioſorum hominum. Cuperem, quoad fieri poſſet, conuiuia diſtingui, quomodo in legibus ſuis Plato,ut nec numeroſa ſint, nouenarium numerum conuiuarum excedentia,nec ex conuiuijs fiant conuicia. Conuicium nanq; dici à conuocando quibuſdam uidetur. Nec ita etiam uolo ſolitaria conuiuia, ut non ad minimum habeant tres conuiuas. Præterea optarem ut ex iuſſu Platonis quoq; certi quidam arbitri & magiſtri inſtituerentur conuiuiorum, & turpiſsimus ille mos deleretur, quem increbreſcere apud nos alicubi uidemus in repoſcendis bibendi uicibus, integriſq; exhauriendis ſubitò poculis, & ut certa quædã cõſtitueretur pœna ei qui forte tranſgreſſus legẽ conuiuiorum fuerit. Et tamen, quæ peruerſitas hominum eſt, hæc inuitatio poculorum liberalis aliquibus, & ceu arrabo ſingularis beneuolentiæ apparet,quum mera ſit inſania ac ſuperficiaria ſaltem beneuolentiæ teſtificatio, per ſeſe adeò nihil conferens ad fructum amicitiarum, ut non

aliud

aliud magis officio excogitari poßit cōtrarium. Vt ſummam tandem eorum faciamus, quæ ad laxationem ingeniorum contulimus. Nemo ſtudijs negocijsq; grauioribus implicitus ſibi uel inutile uel indecorum putet, quod ſummi ſapientißimiq; uiri olim ſibi licere ſunt arbitrati: nempe ut animus & mens interpoſitione amœnioris ocij, & conuiuiorum interdum reficiatur, quò ſeſe melius recolligat, & firmius compareet ad futuros iterum labores ſtudiorum & exercitiorum. Laudata tamē à ſapientibus uiris uideo rara conuiuiorum interualla. Aßiduitas enim iſta & frequentia conuiuandi quum ſumptuum magnorum fiat cauſa, tum gratiam ipſis adimit conuiuijs, haud aliter quàm omnes frequentes familiaritates & conſuetudines uiliorem quodammodo exiſtimationem noſtram faciunt. Ac interim fieri uix poſſe puto, quin crebrius conuiuantibus nobis, & aßidentium, & hoſpitis in primis frons ſermoq; et epularū condimentorumq; apparatus uarietasq; noſtram eliciant appetentiam, ac interdum ulterius nos prouehi edendo bibendoq; ſinant, quàm ſit ex commodo ualetudinis. Cui nos conſuluere hactenus pro uirili noſtra ſumus annixi. Sed quæ tamen à nobis omiſſa ſunt circa curam ualetudinis inſtaurandæ ſtudioſorum & quorumcunq; ualde negocioſorum, ſupplere po-

terit libellus Marſilij Ficini Florentini de Sanitate tuenda ſtudioſorum, cui tamē noſtro opere ceu Colophonē quendam addidiſſe nobis uidemur. Interim ad reliqua properabimus.

¶ Caput XLVIII. Docet uictum facere ad animorum affectiones.

Libr. 4. de ſan. tuen.

PLurimū conferre uictus rationē ad affectiones animorū, his uerbis Galeni oſtenditur. Manifeſtum, inquit, mores animi corrūpi praua conſuetudine cuiuſlibet horū cibi, potionis, exercitationis, uidendi, audiēdi, totius deniq; muſices. De ſenſibus & muſicæ non dubitamus, quum nihil ferè noſter intellectus in ſeſe concipiat, cuius non ſpeciē ſenſilem prius cōprehenderit, & huius ductū ferè ſequatur ſpecies intelligibilis dicta, ut Ariſto. apparet in Analyticis poſterioribus. Eximit Plato res excellētes quaſq;, quarumq; ſpecies non ſint ad intellectū noſtrū perſpicue fabricatæ, ut diuinas ac uim naturæ ſupergredienses intelligas. Danda igitur opera, maxime à prima ætate, ne qua ſpecies obſcœnarū turpiúmue quarumq; rerū in aures oculóſue incurrat, ne molles & laſciuæ cōciones diſcātur. Magnā ac forſan inexplicabilem uim habere muſicen ipſam animos noſtros afficiendi, & in quamcunq; uelit partem agendi,

In Menexemo.

De hoc poſt Platonem in rep. ſua, etiam docte luculenterq; ſcripſit Ia-

agendi, barbaræ quoq; gentes nouerunt, ne iam fabulas ueterũ conſectemur. Scribit Plutarchus Scythas ipſos quum magnopere ſeſe uino indulſiſſe cernerent, inſtrumenta certa muſici generis pulſare cõſueſſe, ut diſcußis uoluptatibus animũ ad priſtinam continentiã ac moderationẽ reuocarent. Sed quod pro ciborũ potionisq; natura ipſe quoq; afficiatur animus, efficacißimũ ſumit argumentum Gal. à ui & effectibus uini, quod animi triſtitiam ac mœrorem manifeſto diſcutiat, & puſillanimitatẽ tollat. Refertq; Zenonem philoſophũ dicere ſolitũ, quod ſicuti lupini in aqua macerati ſuam amaritudinẽ remittentes efficiuntur dulces, ſic ſe uino utentem exhilareſcere. Et Athenæus in Dipnoſophiſtis carmen hoc uulgo uſurpatum fuiſſe ſcribit:

οἶνος ἄνωγε γέροντα, οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν. id eſt, Vinum cogit ſenẽ ut modo nolit choreas ducere. Plato quoq; in legibus ſuis tantam uarietatẽ ingeniorum, naturarũ, morum, quum ad alia, tum etiam refert ad cibos, quibus ueſcamur plerunq;. Tenere te memoria opinor, quæ ex Plinio aliàs deſcripſimus, mutata tamen à Platone, quod dulces ſucci animum mitigent, ſuauioremq; reddant. Præterea quæ de fabarum inutilitate ſcripſimus, quatenus eſus earum ingenijs officiat. Illud extra dubitationem omnem planè eſt, quod quo ſubtilior

cob. Sadoletus in li. de inſtituẽdis liberis. In uita Demetrij Regis in libello cui titulus Corporis temperaturam animi mores ſequi.

lior, purior, meliorq́; ſanguis fuerit, conſimiles futuros ſpiritus. Certe ex cibis craßi prauiq́; ſucci haud bonus & clarus gignitur ſanguis. Probatum ergo relinquitur, quod Galenus uolebat, animos noſtros affici pro natura ciborũ & potuum aſſumptorum. Attigit paucis, ſed luculenter hoc etiam Nicolaus Leonicus Thomæus in ſuis illis dialogis, quibus titulum prætulit Seuerini, Phædri, Sannuti, Bembi, Sadoleti, Bonomij, ne meritas laudes ipſius taceamus. Certe quicunque cibi ſucci pituitoſi, ſicuti frigida omnia, memoriam offendunt & intelligentiam, ut Galeni uerbis oſtenditur in libello de Cauſis ſympt. & in libro cui præſentis argumenti proprius eſt titulus, quo quidem in loco, ſicuti poſt eum Plutar. citat hæc uerba Platonis ſententiam modo prolatam fuſius explicantia. Acris enim, inquit, & ſalſa pituita, adhæc amari bilioſiq́; humores corpus pererrantes, ſi nõ exhalant, ſed intro uapores ſuos retinẽt, uehementer animi ſtatũ intẽperie ſua permutant, morboſq́; omnigenos plures paucóſue pro mole uiq́; ſua producunt, ſi ad tres animæ ſedes perducantur, atq; pro locorũ uarietate uarias quaſq; ſpecies generant impatiẽtiæ, languoris, audaciæ, rurſus & timiditatis, inſuper obliuionis, & hebetudinis. Breuiter tandẽ poſſe nos plurimũ lucrifi care ex recta uictus diſpenſatione ad bonos mores

Lib. 2. de cau. ſymp. Eadem propemodum uerba citat Plut. in lib. de tu. bon. ua. Vt rem intelligas, Sedes animæ rationalis eſt in cerebro, iraſcibilis in corde, concupiſcibilis in iecinore, teſte Ga. in 3. de locis affec.

res, illud abunde eſt documento, quod partim intemperantibus, partim abſurdis & inconditis moribus conſpiciuntur, quotquot uentri & abdomini inſeruiunt. Offendat igitur nos alieni fœditas exempli, quotquot haberi homines cordati uolumus. Rapiat nos ad ſeſe ſpecies pulcherrima honeſtatis, & excitet æmulatio bonorum frugaliumq́; uirorum, ſi ſanam & felicem agere uitam cupimus, ſi grati & commodi omnibus eſſe uolumus. Sed ipſa prolixitas ſcriptorũ & inſtantia iam negocia nos admonent, ut ad calcem operis pergere feſtinemus.

¶ Cap. XLIX. In quo autor leuiter quædam perſtringit ad affectiones animorum pertinentia & iiſdem quoq; medendis ſtudet.

SI Marcus Tullius Cicero pulchrum duxit in exprimendis ſtudijs affectionibusq́; hominum opiniones & placita philoſophorum ſummorum ſubinde excipere comicarum perſonarum exemplis, mihi profecto licebit effigiem aliquam exhibere impotentis ſibiq́; met parum conſtantis hominis, ut ea perſpecta, tute lector pro tua prudentia intelligas, quàm turpis & indigna bono fortiq́; uiro res ſit, animo eſſe fluctuanti, & inſtar procellæ maris hac illac repente iactari,

In Tuſ. quæſtio. bis térue. In li. 1. epiſt. fam. in ora. pro Sexto Roſ. Amerino et in ora. pro M. Cælio.

ri. Certe in libello ſuo Galen. cui titulū præfixit, Animi mores effingi iuxta corporum temperaturam: ponit in uicio illam nō commenſuratam affectionem ac procliuitatem & uehementiam animorum. Et hercle res ſic habet. Etenim quid deformius, quid magis præter naturam, quàm animorum impotentia uarietasq; nimium in hanc illámue partem propendens? Quàm uarium & inæquale ingenium Menedemi patris à Terentio deſcribitur, dum ille modo parcere rei & reſeruare filio ſubſtantiam omnem uult, modo uariata ſententia, ſinit & indulget. Sunt hæc quidem uerba ipſius:

In Heautontimor.

Nam uſq; dum ille uitam incolit
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea illi uſq; de me ſupplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi ſeruiens.

Et paulo poſt:

Decreui tantiſper me minus iniuriæ
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer.

Cæterum poſt aliquot Comediæ actus, dum à Chremete arguitur, quod in utranq; partem ſit uehemens nimium & illius ſe fortunam dolere, idem Chremes ſignificat.

Audi quàm Menedemus ſibimet immutetur,
Faciat, inquit, quod lubet:
Sumat, conſumat, perdat, decretum eſt pati,

Dum

Dum illum modo habeam meum.

Hæc omnia ſunt impotētis hominis uerba ſibiq;met parũ cum ratione conſtantis, quæ quidem uacillatio & uarietas animi huc illuc ſeſe uerſari rapiq; ſinentis, ſapiēti uiro eidemq; ualetudinis ſuæ conſeruandæ ſtudioſo magnopere eſt fugienda, et ut aliâs nos Plato docuit, medius quidam habitus retinendus in omni uita. Veniatq; in memoriam ſubinde illud Chilonis Lacedæmonij oraculũ uerius quàm præceptũ, quod ob nobilitatem ſuam cõſecratũ aureis literis olim apud Delphos fuit, ſi Plinio credimus, illud uidelicet, Ne quid nimium cupiamus: Quod quum ſemper & apud omnes facere nos deceat, ut continentiam & moderationem conſeruemus, eò tamen diligentior cura reponenda, ne quid aberretur, quò magis noſtra uita & actiones forte patebunt hominũ cenſuris. Statera enim pendente (ut dici ſolet) minima quæq; ſuum pondus habent. Quiſquis igitur recte conſultum uolet ſalubritati ſuæ, idem æqualitatem conſeruare in omni uita ſua debet, & fortiter dimicare aduerſus tum uoluptatem, tum dolorem uehementē, ambos grauiſsimos hoſtes animi, ut aptiſs. in ſuo Timæo Plato indicauit. Nam ut ipſe eodē loco ſcribit, qui nimia geſtit lætitia, uel nimio dolore deprimitur, dum illã auidius aſpiſcere, hunc uita obnixe conatur, neq; cernere,

Li.5. de le.

Li.8. natu. hiſt. ca.32.

neq;

neq; audire quicquam recte poteſt, ſed rabie furit, & in eo habitu conſtitutus minime eſt rationis compos. Quod ſi ita nos comparabimus, ut aduerſus inſultus uiolentiorum perturbationum perpetuo animum infractum & imperterritũ geramus, iam ne cogitatio quidem à nobis ſuſcipietur depellendarum leuiorum perturbationũ. Etenim ſua ſponte abibunt & euaneſcent, tantũ aberit ut animum concutiant. Sed enim quum omnem cautionem diligentiamq́; nos exhibere oporteat, ut animi fortitudine occaſionem omnem anteueniamus perturbationum futurarum. Tum illud præcipue curandum, ut domeſticæ res probè ſint conſtitutæ. Paucis ac uix ſcio an ulli ſocratica conſtantia & ingenij uultusq́; perpetua moderatio ſit conceſſa. Nota eſt hominis ad iniurias omnes muliebris patientia. Cum iucundis et charis uiues. Deinde uidendum in quali tu uicinia moreris: nam ut ſapientiſsimus quiſq; fuit, ita libenter rationem geſsit uicinitatis. Et Cato quo pacto niteant uicini ſpectare uoluit bonũ & elegantem patremfamiliâs. Themiſtoclem etiam ferunt, quum prædium uendere uoluiſſet, enunciare iuſsiſſe præconẽ, quod bonos haberet uicinos. Et ſenex ille Terentianus, dum plus ſatis affligatur de moleſtijs ſuis domeſticis, tandem quaſi circum ſe reſpexiſſet uiciniæ ſuæ admonetur. Quid ſi ma-

Li. 1. rei ruſticæ.

*ſi malum habeo uicinum? inquit. Iam propius ad
te accedens, uel potius intra te recedens, animum
ad omnem moderationem et patientiam inſtrues,
multa tecũ leniter ferenda ducens, minime ad uin
dictam te cõparabis, ſed aliorum uel iniurias, uel
importunitatem (quatenus fieri poßit) beneficen
tia obrues tua, uel certe ſuſtinebis quanta pote-
ris æquanimitate. Hac ſiquidem ratione pluri-
mum conſules quieti tranquillitatiq; tuæ. Mul-
ta quidem ſunt in uita noſtra ferenda, ut beneuo-
lentiam & ſtudia hominum retineamus. Nanque
χάρις χάριν τίκτει, ut eſt in ueteri Græcorum pro-
uerbio, hoc eſt, gratia gratiã parit. Et ut quidam
ſed in alio argumento dixit, ut ameris amabilis e-
ſto. Iam uerò etiam ſunt curæ quædam & inquie
tudines perpetuæ ortæ à parte animi, quam cõcu
piſcibilem interpretes uocant, noſtris mentibus,* Lib. 8. de
ut Plato aduertit, ſub ſpecie honoris & amplitu republ.
*dinis imponentes, eoq; libenter à nobis ſolitæ ſu-
ſcipi. Ambitionem hanc uocamus, quam prodit
idem autor perpetuo ſequi, quò partes ambæ du-
cant tam iraſcibilis quàm concupiſcibilis. Certe
ita iactat & fluctuare facit ambitio animos ho-
minum, mea quidem ſententia, & ad omnem ca-
ſum melioris euentus ſuſpenſos intẽtosq; retinet,
uel auerſa nonnihil fortuna uultu ſuo, ut in me-
dijs tempeſtatum horroribus nautæ ſibi ſpes fin-*

gunt, & ex ſpe uoluptatem qualemcunq; concipiunt. Poetæ quidem ipſi ambitionem miſeram ſuo epitheto fingũt. Iure miſerã uocant, quæ quos ſemel apprehendit irrequietos, & ex liberis ſeruos ac captiuos facit, dum quaſi pedicis quibuſdã impeditiſsimarũ cupiditatũ honoris et imperij cõſtrictos retinet. Quæſitus enim Apollo à Gyge rege, quibus omniũ eſſet mortalium felicißimus, non ipſe diuitum circuit domos, non regũ palatia perluſtrauit, ſed rus ipſum perquiſiuit ex media plebe Aglaum Pſophidium quendam proponens ruſticum, prædium illud ſuum annuis uictibus large ſufficiens probè colentẽ, nec unquam ex eo egreſſum, nec cuiuſquam præterea rei cupidum. Certe quod fas ſit dicere, plerięq; omnes huic uitio nos implicamus, rarißimi ſunt ἀφιλότιμοι, mediũ qui inter ambitioſum & expertẽ ambitionis ſit, uix mihi dabis, eoq́; Ariſtoteles regionẽ mediam uacuam ſtatuit inter ambitionem & huic contrariam ἀφιλοτιμίαν. Nec nomen inuenit in illa quãlibet diuite & iactabunda uerborum Græcia, niſi quis forte ingenij ſubtilitate, uel confuſa potius imaginatione medium aliquem ſibi proponat fingatq́; inter ambitioſum & aphilotomon. Cui quantum tribuendum ſit, uiderit ſchola philoſophorum. Quod ad noſtrum inſtitutũ attinet, certum tibi aliquod genus uiuendi animo ſtatuendum

Ex Plinio 7. cap. 46. nat. hiſt.

In 1. Eth.

dum

dum, ordini, generi, ætati, ualetudini tuæ conueniens, quod quum aſſecutus forte fueris, mente pacata tranquillaq́; deinceps uiuas. Ac dicet forſan aliquis, & donũ & uitæ genus quale decebat ego inſtitui, ſed intercurrunt nihilominus frequẽter animũ turbãtia meum, qui ut modo robuſtus plurimum ſit, tamen pulſatus iniuriarum & moleſtiarum omnis generis tum magnitudine tum crebritudine aduerſus tantam uim & impetum non ualet obſiſtere. Poſſem ego plura hic afferre quæ ſparſim medendis animis noſtris, docti olim uiri literarum monumentis crediderunt. At ea in hunc librum prorſus cõgerere uelle, fortaßis alienum uideatur à ſuſcepto propoſito. Verũ enimuero, quia noſtra profeßio requirebat, ut affectiones animorũ, cuiuſmodi modo eſſent plurimum momenti doceremus afferre ad corporum ſanitatẽ ægrotationémue, nihil omnino abs re fuerit in ſummæ ſpeciem remedia contrahere ægre affectorum animorũ, quamuis retro ſcripta plurimum etiam eò conferant. Ac primum quidem ægro animi, quacunq; tãdem laboret affectione, uirtutis laus & ſpecies honeſtatis ante oculos proponenda liberaliter eſt, edocendusq́; quæ ſit ipſe ſalutis, honoris, dignitatis, fortunæ, ualetudinis detrimenta percepturus, niſi ſe continenter temperãterq́; habere diſcat. Turpe eſſe luxu diffluere,

indecorum angore triſticiaq; cõfici, inhumanum efferri cupiditate malè meritum ulciſcendi, & à pietate omni eſſe alienũ contabeſcere quẽ odio & inuidia uexat. Deinde perſuadebimus ita laborã tem, & ægritudines; & morbos omnes animi eſſe uoluntarios, ipſosq; eò ſuſcipi, quod ſic rectũ eſſe uideatur. Malum omne in opinione potius, quàm rebus ipſis conſiſtere. Quod niſi priores illæ radices & fibræ omnes ſtirpitus euellantur, futurum, ut ægritudo animi uires acquirat, confirmetur, propagetur. Deinde quum hoc peractum erit, non inutile fuerit ex ſacris literis aliquid depromere, quod ad conſulendum conſolandúmue uidebitur ualere, ac in primis quidẽ docere, quàm Deo diſpliceant curæ, ſolicitudines, angores pro rebus iſtis temporarijs ſuſceptæ, eò quod adiunctam ferè diffidentiam habeant dei bonitatis & iuſtitiæ. Quod nullus mœror, nullus dolor, nullæ lachrymæ noſtræ deo placeant, niſi quas pietas et commiſeratio expreßit alienæ ſortis, & offenſio dei, & neglecta ſalutis propriæ cura. Quod ſi noſtroſmet caſus, uel eorum qui nobis chari ſunt deflemus, putes orbitatem, morbum, damna, exilia, pericula, ſatis manifeſte conuincitur, nos nec in numero hominum perfectorũ habendos, ut quorum uoluntas non conſentiat cum uoluntate diuina, nec etiam fortium. Sunt enim luctus & eiulatus

tus, mulierum potius quàm uirorũ. Tametſi legimus mulieres quaſdam magnis & excelſis & infractis animis fortunæ grauiſſimos ictus pertuliſſe. Inter quas principẽ locũ fortaſſe meritò teneat Cornelia Tiberij et Caij Gracchi mater. Nã quod ad officiũ cõſolandi pertinet, illud in eo conſiſtit, uti Cic. indicat, ut tollamus ægritudinẽ funditus, aut ſedemus, aut detrahamus quàmplurimum, aut ſupprimamus, nec longius manare ſinamus, aut traducamus ad alia. Quo quidem in loco idem oſtendit in conſolationibus primam medicinam eſſe docere, aut nullum malum eſſe, aut admodum paruum. Alteram, ut & de communi conditione uitæ, & propriæ de eius qui mœreat conditione diſputemus. Tertiam adhibet medicinam, ut erudiamus laborantem, ſummã eſſe ſtultitiam fruſtra cõfici mœrore, quum intelligas nihil poſſe profici. Et hæc quidem attollẽdum, leuandúmue dolorem accõmodata. Quæ ſequuntur autem poterunt ad omnes comprimendas immoderatas illicitáſue affectiones animorum eſſe cõmunia, ut terrorem pœnarum obijciamus intemperanter libidinoſeq; uiuentibus, & ineffabilem amœnitatem gaudiorum proponamus continenter frugaliterq; uiuentibus, quam utriq;, ut in ſuo quiq; genere non hic in præſenti modo, ſed in futura quoque uita ſint percepturi. Huc conferet etiam pro

Lege inauditũ exenplum fortitudinis muliebris apud Plu. in uita Tiberij & Caij è Gracchorum famil.

innocentiam & æquabilitatem in omni ſtatu for tunamq; conſeruate, qui fructuoſam collocare operam circa tutelam ualetudinis cupitis. Hoc *ſi perpetuo facietis & hic tranquillam ac ſalubrem & humanis rebus exempti fœlicem beatamq; uitam agetis. Deſcripſi rationem ac ſummã quandam tuendæ ſanitatis, pro modo ingenij iudicijq; mei, quantumq; inter multas meas & uarias occupationes licuit. Ab lectore autem hoc poſtulo, ut & ſtudijs meis faueat, & officium gratis animis ſuſcipiat: id ſi fiet, abunde magnum fructum impenſi laboris mihi uidebor conſecutus.*

DE VICTVS ET MEDICINÆ RATIONE QVVM ALIOTVM PESTILENTIÆ TEMPORE OBSERVANDA, COMMENTARIVS,

PER IOANNEM GVINTERIVM ANTONIACENVM.

DE VICTVS ET MEDICINÆ RATIONE, QVVM

alio, tum peſtilentiæ tempore obſeruanda, Commentarius, per Ioannem Guinterium *Antoniacenum: ad honoratißimum, & Principem uirum,* Hermannũ *à* weeda, *Archiepiſcopũ* Colonienſem, *&* Imperij Electorem.

Q*Vandoquidem grauis iam diu pe-*
ſtilentia paßim graſſatur, Prin-
ceps honoratißime, uideturq́; a-
gris noſtris, ac finitimis, ut cœli
ſtatus eſt, & anni huius conditio,
iamiã imminere: cogitaui nuper nõ eſſe ab officio
meo & profeßione alienũ, rationẽ aliquam com-
munẽ præſcribere, qua ſe unuſquiſq; ab ingruen
ti malo tueri, & eo correptus, poßit liberare. Ad
quam rem autem abſoluendam, autor & conſilia
rius mihi extitit, Nobilis *ille &* Natalibus *& do*
Antonius Huyſman. *ctrina* Iuriſconſultus Antonius Huyſman *à* Na-
medey, Regiodolæ *dominus.* Cuius *fidem, integri*
tatem, prudentiam & ingenium nõ tu ſolum, ſed
alij quoq; Heroes *quotidie experiuntur.* Vereor
autem ne labor hic meus parum apud nonnullos
Vitæ terminus duplex *proficiat, qui certum uitæ terminum, unicuiq; à*
Deo *præfinitũ eſſe, eumq́; humana ratione & ar*

te nec produci poſſe, nec breuiorem reddi, atq; ideo fruſtra etiam opem ex medicina poſtulari cõtendunt. Verum opinionem ipſorum confutare, non eſt difficillimum. Duplex enim uitæ terminus ex ſacratioribus etiam ſcriptoribus intelligi poteſt: Vnus naturæ ad extremum uſq; curſu perficitur, qui plurimũ centum annis & uiginti comprehendi ſolet: Alter naturæ curriculo nondum abſoluto, errore ac uitio noſtro accelerare ſolet. Nam Deus Opt. Max. ubi primum hominẽ Adam creare ſtatuiſſet, corpus ei ex luto, quatuor Elementorum particeps, ineffabili harmonia, fabricatus eſt. Reliquam deinceps progeniem, ex alijs duobus primordijs, ſemine puta genitali, & ſanguine mẽſtruo naſci uoluit: quæ & ipſa ex elemẽtis ſunt cõflata, ſed inæquali temperaturæ menſura, ita ut calidũ frigido, humidũ ſicco præpolleat. Primum enim fœtus rudimentũ in utero, calore cogitur, paulumq́; concreſcit, mox ſiccius indidem redditum, ueluti lineas quaſdam, & figuram uniuſcuiuſque particulæ obtinet: ubi magis ſicceſcit, non lineamenta ſolum, ſed exactam quoque cuiuſq; membri formã repræſentat. In lucem æditum, & maius efficitur, et ſiccius, ualentiusq; donec ad ſummũ ætatis uigorem peruenerit, quãdo nimirum omne incrementum ſiſtitur: ſanguinis autem, ſpiritusq; uaſa in latum aguntur, & uires

Naturalis terminus centum annos & uiginti durat.

Primus homo Adam.

Primordia corporis ſemen & ſanguis.

Infans æditus in lucẽ.

Pueritia.

Adoleſcentia Iuuẽtus.

Cõſiſtens.

res ſuas ſummas obtinent. In eo autem, quod ſuccedit tempore, cum omnes particulæ ſupra modum ſicceſcant, nõ modo actiones ſuas minus probe obeunt, ſed corpus etiã ipſum macilentius graciliusq; redditur: paulo poſt rugoſum quoq; euadit: artus labaſcunt, atq; ad motus ſuos inualidi, & incõſtantes fiunt, natiuo ſcilicet calore, qui corpori incrementum, robur, & agilitatem ſuppeditabat, imminuto. Vbi iam ignis ille nobis inſitus ex uarijs naturæ actionibus fuerit conſumptus, ineuitabilis ſequitur interitus neceßitas: qui terminus uitæ, unicuiq; à Deo præſcriptus eſt, quem nemo poteſt effugere, huic citius, illi tardius aduenies, prout ſummus ille fabricator ab initio corpora eorũ tẽperare uoluerit. At naturalis hic uitæ curſus noſtro ſæpe uitio interrumpitur, nempe cum Deum grauiter offendimus, cum alijs ſceleribus commißis, tum inhumana prauaq; uiuendi ratione, & rerum quas ille homini in ſalutem ex terra procreauit, cõtemptu & ignorantia. Ita rurſus cum errorem agnoſcentes, ueniam ex animo, & omni mente efflagitamus curſum uitæ ab initio datum, aut abſoluimus, aut longiorẽ etiam impetramus. Quippe legimus in ſacroſancta ueteris teſtamenti hiſtoria, Deum ſubinde populi ſui delicta grauißimis & morbis, & alijs calamitatibus ultum fuiſſe: nonnullis contrà reconcilia-

Declinans ætas.

Senectus uiridis.

Senectus decrepita.

Mors.

Violentus terminus uitæ.

Vitam Deus aliquando prorogat.

cis

tis uitam alioqui finituram, produxiſſe, cuius rei locuples teſtis eſſe poteſt Rex Ezechias, *qui Deũ quindecim annis ad uiuendum diutius exorauit.* 4. Regum.
Chriſtus, unicus humani generis conſeruator, ei quem morbo, annos iam triginta octo conflictatum, ſanarat, monet ſerio ut deinceps à uicijs deſiſtat, ne alio deteriore malo afficiatur. Quid quod Paulus *ſuo tempore ob cœnæ* Domini *abuſum accidiſſe commemorat, ut multi ægrotarent, nonnulli etiam obdormierint, ut uerbo ipſius utar.* Dicet *forſan aliquis: hoc tempore plures bonos tolli è medio, quàm qui impie uixiſſe cognoſcuntur.* Huic *reſpondeo,* Hic *quoq; iram* Dei *cognoſci, dum populo ſuo duces optimos, & pietatis exempla, magiſtroſq; adimit, ingratitudinem ipſius nimirum ulciſcens.* Ita *etiam,* Deus *ſeculis aliquot ſuperioribus, cum iram ſuam uellet oſtendere, meliorum literarum, linguarumq; prope omnium, quibus ſalutis noſtræ doctrina conſcripta eſt, profeſſores mortalibus eripuit, unde maxima non ſolum ſcripturæ ſanctæ, uerum honeſtiſsimarum quoq; ſcientiarum ignoratio ſubſecuta eſt.* Tandem *uerò populi ſui infelicis miſertus, eaſdem ei reſtituit integras, ut hinc iam pure & ſyncere* Euangelium *Chriſti & doctrina paßim cognoſcatur.* Proinde *omni mente & cogitatione eſt nobis enitendum, ut ne praua uiuendi ratio*

5. Ioannis.

1. ad Corinth. 11.

Obiectio multos bonos tollit è medio.

Meliores literæ diu latuerunt.

Euangeliũ per linguas ceu media quædam reſtitutum.

ne di-

ne diuinum beneficium amittamus,noſq;met ipſos in præceps demus exitiũ. Quemadmodum enim corpus humanũ mirabili conſtructũ eſt artificio,ita exactã quoq; prudentemq; uitæ regulã ſibi poſtulat: unde genuinus ille calor iã inde ab originis noſtræ initio nobis inſitus, conſeruetur. Id quod rebus non ita difficillimis fieri poteſt, ſi euidentiæ ipſi & Hippocrati credimus. Primum ſane moderato corporis exercitio,quod pro naturarum ratione recte accõmodabitur. Nam ut moderata corporis cõmotio maximũ, ad ſanitatem tuendam,bonum, ita ſumma quies extremum malum adfert. Neq; aliquis omnino ægrotabit, ſi oportune proſpiciat,ne cõcoctione fruſtretur,neq; à cibo ad ualidã quandam ambulationẽ ſuſcipiat. Imò perpetua frui ſanitate poterit, ſi bonum corporis habitũ nactus(qui nimirũ temperatus eſt,et latos ſuccis diſtribuendis meatus habet) congruã ante cibum exercitationẽ ſubeat, obſeruetq;,ut ſecundum illum quieſcat, ac neq; animũ intendat, neq; ambulatiõe quamuis leui dimoueatur. Nam ex qualibet corporis poſt cibos cõmotione,alimẽtum prius à uentriculo rapitur,quàm cõcoctione ſit elaboratũ:unde crudorũ humorũ copia in uenis collecta, omnigenas morborũ ſpecies procreare ſolet, niſi protinus labore aßiduo fuerint diſcußi,uel concocti, ac in ſanguinem tranſmutati.

Calor genuinus quibus conſeruetur.

Exercitatio.

Quomodo quis non ægrotabit.

Commotionis à cibo incõmoda.

Qui-

Ciuilib. negotijs occupati in morbos ſæpe incidunt.

Quibus igitur ob rerum agendarũ neceßitatẽ & officia, nõ licet, uel ante cibum probe exercitari, uel ſatis oportune cibũ ſumere, uel probe eũ concoquere, ij ſane immunes à morbis permanere nõ poſſunt, niſi ex interuallo ſibi, uentris ſubductione, interim purgatione ualida cum tẽpeſtiua ſanguinis dimißione, & ſalubribus quibuſdã medicamentis proſpexerint.

Cibus. Potus. Immoderatus, craſſus & mali ſucci ſuccus quid agat.

Quemadmodum iam labor calorẽ natiuum, unde omnes naturæ fiunt actiones, excitat, augetq́;, ita cibus & potio, ſi uti conuenit aſſumantur, uires conſeruant integras. Sin copioſiores, craſſæ, alienæq́; naturæ ingerantur, opprimunt & extingunt. Quanquã agricolæ, alijq́; priuati homines qui quotidianis utũtur exercitijs, nõ tam exacto uictu indigent. Nam labor improbus, ut ait ille, omnia uincit.

Somnus & eius commoda.

Idẽ de ſomno dictum putato, ſi moderatus, qui ex horarũ numero, ſed tẽperamenti ratiõe æſtimari debet, cõcoctionẽ ꝓmouet, ſpiritus, et animũ refocillat.

Immoderati, diurni, et à cibi initi ſomni incõmoda.

Immoderatus, diurnus, et ſtatim à cibo initus, corpus eneruat, ingenij aciẽ, et ſenſus obtũdit, graues cerebri morbos, et prauã cõcoctionẽ progignit.

Vſus licitæ & moderatæ ueneris.

Poſt ſomnũ uerò nõnihil facit ad ſanitatẽ etiã concubitus: ſed ijs tantũ, quib. eſt licitus, hoc eſt cõiugib. et ætate florentibus, ijsq́; proximis: Non autẽ nimis concupiſcendus, neq; nimis pertimeſcendus eſt. Rarus corpus excitat, triſticiã animi diſcutit,

&

Vſus licitæ & moderatæ ueneris.

& recrementis quibuſdam liberat. Frequens ſoluit, ſenſus omnes & mentem perturbat. Cum autem frequens non numero ſit, ſed natura, ratione ætatis & corporis, ſcire licet non inutilem eſſe, quem corporis neq; languor, neq; dolor ſequitur.

Quæ obſeruanda in concubitu.

Idem interdiu peior eſt, noctu tutior: ita tamen ſi neq; illum cibus, neq; hunc cum uigilia labor, ſed ſomnus ſtatim ſequitur. Item ſi neque ſatietas nimia, neq; cruditas, neq; laſſitudo, neq; uomitus, neq; purgatio aliqua præceſſerit.

Hippocraticum.

In ſumma, labor, cibus, potus, ſomnus, uenus, omnia mediocria cõducunt: immoderata uero et uicioſa, ſeniũ, mortemq; præmaturã; ſæpe præſens exitium conciliant, aut certe occaſionem maximam excitandis morbis præbent.

Incommoda immoderatorum & uicioſorum.

Hinc enim humores crudi prauiq; in uiſceribus colliguntur, qui dum concoqui mutariq; in ſanguinem nequeunt, computreſcere coguntur: magis autem, ubi externa quædam cauſa acceſſerit, cũ alio, tum peſtilentiæ tempore, de qua hic ſermonem inſtituimus.

Peſtilentiæ origo & cauſa.

Etenim ex ſolis interdum corporis humoribus, putredini obnoxijs naſcitur, quoties animal uel leuem ex ambiente nos aere occaſionem acceperit. Frequentius autem ex inſpirato fit aere: quem putrida exhalatio infecerit, aut ex cœli inclemẽtia, aut contagione, & ſocietate, aut inuectis ex uicinia ueneni ſeminibus, cõtrahitur.

Corpus putredini obnoxium.

Verum nihil aut parum

adeò

adeò etiam tum corpora inquinare poteſt, niſi ea iam antea fuerint impura, uicioſisq́; ſuccis ſcateant. Vnde ſané accidit, quod alij facile à cauſa foris aduenıente uincuntur: alij inuicti prorſus, & impatibiles permanent, aut certe ita afficiuntur, ut promptius ad naturalem ſtatum redeāt. Quia uerò diſsimiles corporum ſtatus, uarijq́; exiſtunt, nimirum ex diuerſis tum naturis & ætatibus, tum alimentis & uitæ ſtudijs, conſtat in peſtilentia quoque, non eodem omnes caſu infeſtari. Siquidem nonnullos febres grauiſsimæ cum abſceſsibus, Carbunculi inſtar, aliorumq́; ulcerum, pro humoris qui exuperat, ratione poſt longos dolores extinguunt. Quibuſdam alui deiectiones, aut urinæ, aut ſudores fœtidi, ſiml & acres in febribus erumpentes, aut etiam putridi oborti abſceſſus, præſidio fuerunt. At quibus nihil horum accidit, uel ob uiſceris alicuius inflāmationem, uel ob febrium magnitudinem ac peruicaciam, omnes ad unum intereunt, ſicut illi, qui mentis perturbatione cum uigilijs, aut ſopore graui laborant. Quæ cum ita ſe habeant, exponam primum quid in hac contagioſa lue obſeruare quis debeat, adhuc integer, cum tamen ſecurus eſſe nō poſsit: deinde ſi forte malo correptus fuerit, qua ratione & uia ei medeatur, modo adhuc curationem recipiat. Proinde cum peſtilentiam ex ma

Bonis ſuccis præditi raro aut nunquam afficiūtur.

Diſsimiles ſtatus corporum uaria generāt accidentia.

Tumores.

Excrementa alui, urinæ, ſudores abſceſſus.

Præſagia peſtilentiæ unde.

lignorum anni temporũ, tum quæ præceſſerunt, tum quæ ſunt præſentia, totiusq; anni obſeruatione futuram prænoueris: huc conſilium tuum diriges, ut imprimis te Deo Opt. Max. totum credas, Chriſtoq; eius filio, ſoli generis humani apud Patrem aduocato cõmendes. Poſt hæc diligenter cures, ut ſi corpus recremẽtis plenũ ſit, purgatione congrua euacues: ſin abundet ſanguine, hunc quoque dimittas, ratione uiriũ, & humoris noxi[illegible]a bita, uti optimus quiſq; medicus, & huius præ[illegible]pue climatis expertus intelligit. Rurſus aerem in quo uerſaris emendare: corporis meatus obſtructos ſoluere, quod nõnulli imperiti dãnant, uẽtris quoq; rationẽ quotidie habere: urinas et ſudores, item menſes in fœminis promouere oportet. His omnibus diligens uictus obſeruatio neceſſaria exiſtit. Dicam autẽ de ſingulis ordine, ut facilius medicinæ imperiti aſſequãtur.

Quæ ad cauendam peſtilentiam agenda.

Purgatio ſecundum uarietatẽ humorum.

Itaq; purgationẽ unicuiq; pro ſua natura, & humore ſuperfluo medicus præſcribet. Nã alijs pituitoſos humores euacuari cõuenit, alijs bilioſos, quibuſdam melancholicos, quibuſdam ſeroſos, nonnullis mixtos auferre conſultum eſt. At humores craſſos, uiſcoſosq; uti pituita, & bilis atra potiſsimum, interim & porracea quædã bilis in uẽtriculo, uitellina in uaſis exiſtit, attenuare prius, & incidere: item meatus, per quos hi tranſmittuntur trahunturq;, ape

rire cõuenit. Id præſtat optime, oxymeli ex ſentẽtia Galeni compoſitũ, ſi ante cibũ mane & ueſperi per biduum, ſingulis uicibus inſtar myſtri aſſumatur. Huc confert etiã quies & cibus idoneus, hoc eſt, non acerbus, non acris, non acidus, nõ amarus. Tenues uerò ſeroſiq; ſucci, nulla eiuſmodi apparatoria potione indigent, niſi forte mulſa, in aqua hyſſopi, aut thymi, aut pulegij momentũ ſit incoctũ, quanquã oxymeli in his quoq; humorib. uel deducendis, uel meatibus adaperiundis, tute ſumatur. Cum itaque corpus purgare cogitas, quod plane in peſtilẽtia cauenda neceſſarium eſt, ſi uiciatis abundat humoribus, recte ſumis medicamentũ quod Galenus Hieram diaaloes, quaſi dicas Sacrum ex aloe nominat. Recipit autem hæc, cinamomi, xylobalſami, aſari, ſpicænardi, maſtichæ, ſingulorum drachmas ſex, croci drachmas quinque, aloes drachmas nonaginta. Olim hæc drachmæ inſtar ex aquæ calidæ ternis cyathis propinabatur: interim melle condita, nunc in catapotia redigitur. Pueris etiam, mulieribus, alijſque imbecillis, quibus in uentriculo & inteſtinis pituita inhæreſcit, non parum eſt utilis. Æſtate dimidium drachmæ ſufficit, robuſtis corporibus, eo humore expreßis, qualia huius Climatis magna ex parte uiſuntur, uel ob cœli frigiditatem, uel ob intemperantiam, hoc quod ſub-

Oxymeli.

Tenues humores.

Purgatio.

ſcribam, medicamentum, contulerit. Marrubij, agarici, chamædryos, cucurbitæ ſylueſtris medullæ, ſtœchados, ſingulorum drachmæ decem, Opopanacis, ſagapeni, petroſelini, ariſtolochiæ lõgæ, piperis albi, ſingulorũ drachmæ quinq;, cinamomi, ſpicænardi, myrrhæ, folij, croci, ſingulorum drachmæ quatuor, ſalis momentũ. Sicca cõteruntur, incernunturq́; cribro. Opopanax, ſagapenũ, myrrha contuſa in mortario, ex mulſa per noctẽ macerantur, deinde leuigatis ſicca adijciũtur, ac melle omnia excepta, uaſe uitreo conduntur. Drachmæ duæ uſq; ad quaternas nunc ex uino, nunc ex mulſa, aut ſimili liquore exhibentur. Quod ſi malis catapotia hæc deuorato, quæ Galenus diaaloes nuncupat. Cucurbitæ ſylueſtris medullæ ſcrupulus, aloes, ſcammonij ſingulorum ſcrupuli duo Ego adijcio agarici in orbiculum conformati, ſcrupulum. Ex ſucco abſinthij ſeptem aut nouem globulos fingito. Si bilis ſuperat, hieræ picræ Galeni, ſuperius deſcriptæ, ſcrupulos duos, rhabarbarici ſcrupulum, ſcammonij præparati grana ſeptem. Ex ſucco roſato finge Catapotia inſtar cicerum, & dormituro exhibeas. Vbi atra bilis purganda uenit, hieræ diaaloes, ueratri nigri grana ſeptem iungito, ut Galenus præcipit, aut Antidotum Arabicum quod hamech aſcribitur, quaternis drachmis ex iure gallinacei præbetur.

Pituitæ medicamentũ

Catapotia Diaaloes.

Bilis.

Atra bilis.

tur. Hæc omnia medicamenta, & facilia paratu, & uera exiſtunt. Delicatioribus naturis, & molli carne præditis, pueris, mulieribus, ſenibus in billioſo humore uacuando optime facit. Caſia fiſtularis inſtar unciæ, per ſe, aut drachma rhabarbarici adiecta, quacunq; ſumatur forma. Aut nobilis ille ſyrupus ex cichoreo & rhabarbarico ſecundum deſcriptionem noſtram, trium unciarum inſtar. Hic etiam grauidis tuto propinari poteſt. Ad pituitam conuenit agarici in orbiculos redacti inſtar drachmæ, ſene Alexandrinæ ſemiuncia. Macerantur per noctem in oxymelite, aut uino odorato, mane, expreſſum ius oui aquato ad ignẽ ſufferueſcit, ut purius euadat, omnibus quæ ſupernatant, abiectis. Mox per ſaccũ in quo cinamomi, nucis muſcatæ & zacchari ſit momentũ, colatur. Tandem roſarum ſucci, uncia additur. Sin autẽ melancholicus urgeat, epithimi Cretenſis ſi haberi poßit, dilutũ in lactis caprini ſero, offerto. Verũ corpora huius Climatis rariſſime ſimplici humore afficiuntur, mixtis frequentius: eoq; uarijs indigent medicamentis. Sicut aũt inter mixtos humores, unus potißimum alios copia ſuperat, ita quoq; in remedijs adhibẽdis, unũ cæteris præpollere debet. Cura tamen habita, ut omnia ſint congenera, & nulla ex parte dißideant, hoc eſt, ut uno quaſi tempore omnia actionẽ

Delicatorũ medicamenta.

Mixti humores in huius Climatis corporibus.

ſuam obeăt. At ſi uicioſus humor exiguus ſit, ſanguis autem bonus, plurimus, is primum mitti, poſtea medicamentũ debet: ratione ſucci abundantis copiæ & ſpeciei habita. Nam alius ueluti ſemicoctus: alius plane crudus exiſtit, quidã à ſanguinis forma parũ abeſt, quidam poſt abſolutã ſanguinis elaborationẽ, caloris exceſſu generatur. Vbi iam paulũ à ſanguine abeſt, aut ulterius proceßit, audacter uenã ſecabis, ubi amplius, cautius agendũ: ubi plurimũ, à ſectione abſtinebis. Menſurarũ cognoſces ex uirium robore, ſucci quantitate, ætate & anni tẽpore. Si enim uires imbecillæ ſunt, humor autem magnam euacuationem requirit, ut in crudorum copia accidit, non uno tantum tempore ſanguis mitti, quantũ neceſſe eſt, ſed per uices debet, eodem tamen die: quia ſimpliciter uacuare non reuellere in præſeruatione conamur. Modico autẽ ſanguine emiſſo, protinus mulſam in qua incidentium medicamentorum aliquod decoxeris, ut hiſſopũ, origanũ, thymum, propinare, aut mulſam cum oxymelite, aut ſolum oxymeli, expedit: ac horis duabus interpoſitis, aut tribus rurſus ſanguinem detrahes. In quibus autem feruidi ſanguinis copia apparet, una uice, ac celerrime euacuare oportet, ne in principem aliquam partem decumbat, idq́; non mane tantũ, ſed poſt munia etiam obita interdum, & per noctem faciendum

Quibus ſanguis mitti debeat.

Obſeruãda in ſanguinis mißiõe.

Quando reiterare mißionem oportet.

Quando ſemel tantũ mittendus.

dum

dum eſt, modo concoctio in uentriculo ſit abſoluta, & aluus reſponderit. Quod ſi ſponte ſua id non fecerit, glande prius ſubiecta, aut iniectione communi erit ſollicitanda. In menſura ſanguinis detrahendi, pulſus conſulendus uenit. Ergo primum detrahere ſanguinem, deinde ſuccum illum noxium euacuare oportet. Sin autem quis uenam ſecari nolit, uel ob ætatem, uel ob metum, huic aluus deijcienda largius eſt. Verum præſtat purgationem, diebus tamen aliquot interpoſitis, repetere, præſertim ubi uiſcera obſtructione quadam laborare, aut humores per habitum corporis diſperſi uidentur: imò cum ſolennem uires euacuationem non admittunt, ſicut in ſanguinis dimiſsione docuimus. Qui neutrum præſidium tolerant, aliam euacuandi rationem experiantur neceſſe eſt. Si enim crudi ſucci cum ſanguine ſint in uenis contenti, maturari debent: ſin acres, rodentesq́;, per halitum diſsipari: ad quod perficiendũ, uincit ab omni ualido motu abſtinere. Corpus blande perungere oleo, & fricare: deinde balneo admodum temperato credere, quod recentiores noſtri medici ualde uituperant, etſi Galenus meatuum exteriorem perſpiratum in omni tempore commendet. Poſtremo in ocio, abſtinentia & ſomno mediocri ita affectos continere expedit. Ne autem uires debilitentur, ſorbitio ex cremore pti-

Pulſus menſuram detrahendi ſanguinis indicat.

Si nec phlebotomia, nec purgatio locum habet.

ſanæ cibi uice, oxymeli uerò, uinum album, & tenue potioni cōcedi poteſt. In ſequentibus diebus, omnia quæ boni ſunt ſucci, & modice nutriunt, aſſument.

Aer infectus quomodo corrigendus.

Interea dum corpus hoc pacto contra ambientis nos aeris iniuriam munis confirmasq́;, ille quoq́; corrigi, & quantum licet immutari debet. Nam cum reſpirationis neceſsitate aerem omnes attrahimus, ab eo quoq́; ſi uiciatus eſt, ceu ueneno affici cogimur. Nihil autem adeò poteſt ipſum emendare, atq́; ignis, per ea potiſsimum loca incenſus, ubi frequentius cōuerſamur.

Hippocratis conſiliū ad fugandā peſtilentiā

Hippocrates ille admirandus non alia ratione peſtilentiam ex Æthiopia Græcos inuadentē fugauit. Quippe ignem per totas Athenas incendi iuſsit, nō ſimplici ex lignorum materia, uerū ſertis, floribusq́; ſuauiſsimis, unguentisq́; ualde pinguibus & odoratis ſuperinfuſis. Quamobrē aurea ſtatua, tanquā numē aliquod patriæ, & cōſeruator, donatus eſt: qui honos Athenis nemini antea obtigiſſe legitur.

Ignis ex quibus fieri debeat.

Proinde conſilium eſt in domicilijs, ac cubiculis, quibus te ſedulò tunc continebis focum habere perennem, qui ex iunipero, & ſarmentis optime conſtruitur: interim roremarino, maierana: interim ſtyrace, ambaro, alijsq́; odoratis iniectis. Tenuioris fortunæ homines ex alijs lignis ſiccis ignem excitabunt, parabuntq́; ſuffitum ex granis iuniperi, ipſiusq́; ligni radice per medium diſſecta,

ſecta, torrefacta, & incenſa. Pauimentum aqua roſacea cum aceto conſpergi debet. Veſtes autẽ Oenantherio, aut cyphi quodam perfundi. Per hyemem hoc quod ſequitur accommodabitur. Iridis florentinæ, zedoariæ, ſpicænardi ſingulorum unciæ duæ, ſtyracis, maſtichæ, cinamomi, agalochi, nucis muſcatæ, gariophyllorum ſemiuncia, ben Iudaicum, ambari, muſci, ſingulorũ ſcrupulum. In uino albo generoſo per dies uiginti in ſole macerentur: aut decem tantum diebus macerata, poſtea in duplici uaſe diſtillentur. Hoc ſpongiam recentem imbutam, odorari ſæpius licet. Sin malis in puluerem redigere, ita quoq; perficies. Æſtate hoc uteris. Roſarum rubentium, uiolarum, ſinguli quadrantes, corticum citri, myrtorum, baccarum iuniperi, ſandali lutei, ſingulorum ſeſcuncia, camphoræ, ambari ſinguli obuli, ben Iudaici, & muſci ſingulorum ſemiobulus. Sicco, aut cum liquore affuſo ueſtes ac linthea inficito. Nares quoque attingas. Quin & ſpongia liquore hoc tincta geſtari in pila caua, foraminibus peruia, ex iunipero, aut cupreſſo uti malum Ambarinum, poteſt: præcipue cum aerem progrederis, quem mane ieiunus adhuc, nõ tuto inſpiras. Tum etiam & pauperibus, qui ſumptuoſam compoſitionem habere nequeunt, & opulentis, cinamomum, gariophyllon, angelicam in os ſumere, in eoq; uerſari

Hyeme apta compoſitio.

Æſtiua.

Pauperum medicamenta.

prodeſt, dum ſe receperint. Iam confert aceti partes duas, aquæ roſaceæ unam, ſpongia excipere, & ſæpius odorari, præſertim in cœtu hominum, concionibus, tonſtrinis, alijsq; officinis publicis,

Qualis habitatio eſſe debeat.

Habitatio ſit in æditiore loco: feneſtras habeat ad orientem & ſeptentrionem, quibus mane & ueſperi aer nouus hauriatur, & ſi quis uiciatus notus fuerit, emittatur, ac ſuffitibus odoratis, ut ſuprà docuimus, emendetur.

Quæ loca uitanda.

Vitari debent loca humida ad terrã ſita, obſcura, quæ nullus ignis, nullus aer purus ingreditur, ac permeat, quemadmodũ hypocauſta noſtra exiſtunt.

Hypocauſta noxia.

Æſtate ſiquidem ignem non habent, qui ſemper in morbis fere omnibus commendatur, ſuperfluitatum aeris conſumendarum gratia. Hyeme, præterquàm quod igne intus carent, uicioſum aerem ex infectorum halitu colligunt: à quo non pauci contagionem mali experiuntur. Non minus periculoſa habitacula ſunt, ad quæ aer ex ſtagnorum aut paludum, aut emortuorum lacuum uapore turbidus, aut ex cloaca ciuitatem expurgante, uiciatus, aut nebuloſus exurgit.

Mutatio loci.

Tutiſsimum eſſet peregrinari, et mutare loca. Quia uero pleriq; ob rerum agendarum neceſsitatẽ, & officia ciuilia, uel ob rei familiaris tenuitatẽ, eodem in loco manere coguntur, præſidia quædam enumerabimus: quibus infecti, aeris uenenũ arceant propelluntq;. Statim itaq;

poſt-

poſtquàm corpus excrementis purum, liberumq́; reddideris, meatus corporis tum internos, tum externos aperueris, ſequenti die Antidotum Andromachi, theriacen drach. inſtar propinato: frigidis natura, humidis & prouectioribus ex uino odorato. Calidioribus autẽ, & ætate florentibus ex aquæ cyathis ternis, drachmæ dimidium. Pueris, & ſub canicula dare cautio eſt. Quia uerò nuſquam uera inueniri poteſt, qualem Andromachus deſcribit, ſatius eſt, eius loco aliud Antidotum ſubſtituere, quod & facile comparetur, & ueris nothisq́; conſtet medicamentis. Roſarum rubentium ſiccarum ſemiuncia, radicis gentianæ, laſerpitij gallici quæ angelica dicitur, zaduræ, (alijs zedoariæ) innulæ campanæ, ſingulorum drachmæ duæ, ſeminis citri, oxalidis (acetoſam uulgo appellant) cichorij ſingulorum ſeſquidrachma, ſeminis aniſi, dulcis radiculæ ſingulorum drachma, corticum citri, cinamomi, caſſiæ odoratæ, ſandali lutei ſingulorum drachma ſemis: agalochi, uulgo ligni aloes dicti, ramenti eboris ſinguli ſcrupuli: baccarum iuniperi, croci ſingulorum obuli duo. Ambari exquiſiti & muſci ſingulorum obulus ſemis, roſarũ zaccaro conditarum uncia. Zaccari primi meriti quod excipiendis omnibus ſufficiat. Formentur tabellæ ponderis drachmæ ſemiſsis. Mane ieiunus unam ſumes,

Theriacæ antidotum

Antidotũ loco Theriacæ.

Electuariũ

ſumes, ac horis duabus à cibo abſtinebis. Item ueſperi. Altero die hoc quod ſequitur, utere. Inſcribitur autem Diahæmaton, quaſi dicas ex ſanguinibus præparatum. Recipit hæc. Piperis longi et albi, angelicæ, acori quæ Galanga noſtra eſt, croci, phu, quam Germani herbam Theriaci nominant, meu (in locum huius ſubſtitue glandem unguentariam, quæ officinis behen dicitur) Dictamni cretici (pro hoc, ſaluiæ ponito) Ammoniaci, agarici ſingulorum drachmæ duæ: Amomi, opobalſami (in huius uicem carpobalſami) rutæ ſylueſtris ſeminis, quam officinæ hypericum appellant, cumini æthiopici, aniſi, anatis ſanguinis maſculi & fœminæ, ſicci hœdini ſanguinis, anſerini ſanguinis, napi ſylueſtris ſeminis ſingulorum drachmæ tres, gentianæ, trifolij, iunci rotundi floris, lachrymæ thuris, roſarum ſiccarum, ſingulorum drachmæ quatuor, petroſelini drachmæ quinq;, polij cretici tãtundem: cinamomi drachmæ ſex, ſcordij floris drach. octo, myrrhæ, nardi ſingulorũ drachmæ decẽ, caßiæ drachmæ octo: cõtuſa cribroq; increta, diligenter melle puro ſubigito. Exceptis in pixide argentea utitor, uti præſentaneo remedio ex hoc drachmas duas cum albo propinabis. Ego adijcerem agalochi, ſandalorum omnium, & zaduræ ſingulorũ drachmas duas. Tertio, hunc puluerem aſſumes, radicis angelicæ, gentianæ,

Antidotum Diahæmaton.

Puluis efficax.

tianæ,cinamomi,ſandali rubri, zedoariæ,ſeminis citri, ſeminis oxalidis, ſingulorum drachmæ duæ,ramenti eboris, cardui benedicti,citri ſingulorum ſeſquidrachma,zaccari quod ſatis eſt. Mane inſtar drachmæ ſemißis cum uino ieiunus ſumas. Quarto utere catapotijs Ruffi,quæ in modum uere habēt. Aloes partes duæ,guttæ ammoniaci partes duæ, myrrhæ una. Ex uino odorato in formam Catapotiorū rediguntur. Dantur parua ſeptē,poſtero die fit reditus ad primū: atq; hoc ordine inſequentibus utendū eſt. Tenuioris fortunæ homines,primo à corpore uacuato, die, Antidotum Apollonij Mys, uti Galenus recitat,deuorabunt ieiuni, ac horis duabus à cibo abſtinebūt. Rutæ folia uiginti, nuces iuglandes duæ, caricæ duæ,ſalis grumus unus. Hæc ſimul miſta, coactáque eſui dantur,aut Rutæ folia ſex ex aceto mane comedant. Altero die, baccarum iuniperi drachmæ duæ, terræ ſigillatæ ueræ, non quæ uulgo ab officinis putatur, ſed potius boli armeni qui nunc Venetijs emitur,drachmæ duæ, & totidem obuli. Teruntur,excipiuntur oleo dulci,inſtar nucis auellanæ cum mulſa propinatur. Sequenti die Angelicam inſtar ciceris per hyemem cum uino: per æſtatem ex ſtillatitio roſarum liquore ſumēt. His remedijs,quæ & efficacia, & paratu facilia ſunt, pauperes ſe ab iniuria contagioſæ luis,uindicabunt.

Catapotia Ruffi.

Pauperum remedia.

Antidotū apollonij.

Bolus noſter & terra ſigillata apud nos adultera ſunt.

cabunt. Porrò omnibus ſic adminiſtratis, ne impurus aer ſpiritus uitales inficiat, ſerio curandum eſt, ut quotidie aluus reſpondeat. Si per ſe nihil emolitur, ſollicitanda eſt glande ſubiecta, ex melle & ſalis momento, aut caule betæ, uel mercurialis, tincto in oleo, ac ſale conſperſo. Sin lautioris fortunæ ægrotus eſt, aut natura ſagacior humaniorq́;, clyſter, ex decocto herbarum emollientium, & oleo cum melle inijci debet. Sit autem oleum copioſius, ut aluus diutius lubrica maneat. Quod ſi nolis enema, caßiæ uulgaris, nigræ ſiliquæ unciam ex iure piſorũ aut gallinæ, mane ante cibum ſumito. Id grauidæ, etiam & pueri ac ſenes tuto accipient, uel catapotijs communibus ante cibum aluum ducito. Non parum iuuat urinas naturaliter excerni, ad quas permouendas radices petroſelini, fœniculi, apij decoquere, aut ſeorſim, aut cum carne uitulina, aut hœdina, aut etiam cum piſis, ac ius ipſarum potui dare. Interim cicerum rubrorum decoctum proficit. Iam menſes in mulieribus ac puellis nubilibus ſtato tẽpore fluere, ſalubre cenſetur: ſin autem ex occaſione quadam fuerint impediti, citare conſilium eſt, quandoquidem in peſtilentia facilime corrumpuntur. Primum itaq; leuioribus hiſce utendum, nepita & pulegium in mulſa cocta, aut trita, incretaq́;, & mulſa aſperſa, ſecundum balneum adhuc

Aluus quotidie deijcienda.

Vrinæ mouendæ.

Menſes.

adhuc calentibus exhibentur: aut caſsiæ odoratæ, cinamomi ſingulorum drachma ſemis, ſeminis aniſi, ſeſeleos & myrrhæ ſingulorum ſcrupulus. Ex aqua fœniculi, aut uino albo dantur. Quod ſi hæc nihil proficiunt, iſto quod ſubſcriptum eſt, utitor. Cinamomi, caſsiæ odoratæ ſingulorum drachmæ duæ, ſeminis liguſtici drachmæ tres, foliorum betonicæ, rutæ ſylueſtris, quod hypericum uocant, pulegij, ſatureiæ, ſeſeleos, ſingulorum drachma, gentianæ, baccarum lauri, ſingulorũ drachma ſemis, ex iure cicerum propinatur. Vbi hæc quoq; nihil effecerint, uterq; talus ſcarificari debet, aut uena in poplite, talóue ſecari, diebus tribus ante menſiũ tempus. Grauidis etiam proſpiciẽdum eſt, nam ob humorum uitioſorum, quibus plerunq; ſcatent, abundantiam, hoc malo infeſtari ſolent. Licet itaq; per interualla, & tempore idoneo uentrem ipſis leniter ex caſsia noſtra uulgari, & iure caponis, ſoluere. Mane panem toſtum, ex uino, interim ex aceto præbere.

Quæ menſes citent.

Antidotum hoc peculiariter grauidis auxiliatur, quotidie ſumptum. Cinamomi, agalochi, ſandalorum omnium, nucis muſcatæ, ſingulæ drachmæ, laſerpitij gallici, quam angelicam uocant, zaduræ, inulæ campanæ, ſingulorum drachmas. Seminis cichorij, citri, aniſi, ſinguli ſcrupuli, florum

Grauidarũ Antidotũ.

florum bugloſſæ & cirſij ſingulorum quantum tribus digitis comprehendi poteſt, unionum inſignium, ramenti eboris, ſapphyri, coralli, ſingulorum ſcrupulus ſemis, roſarum, & bugloßi zaccaro conditorum ſingulæ ſemiunciæ, ſucci oxalidis uncia, zaccari & mellis deſpumati, quod ſatis eſt. Ex hoc auellanæ inſtar mane ex uino albo ſumendum. Aut in tabellas redigitur ſuccis ablatis, uſuiq; accommodatur.

Pauperum medicinæ.

Pauperculis lapathi ſpecies quæ dicitur oxalis, ex aceto macerata: ſi æſtas eſt, aut ſuccus portulacæ aut oxalidis cũ aceti momento, & pane toſto dari poteſt: per hyemem uero, ficus pinguis cum iuglande, ruta, & modico ſale.

Ad uermes puerorum.

Pueris ſollicitudo adhibenda eſt, ne uermibus ex humorum corruptela crucientur. Recte ipſis datur tempore interpoſita puluis, qui uulgo ad uermes inſcribitur. Optime autem facit muſcus marinus, quam officinæ corallinam appellant. Recẽtiores græci σκωληκοβότανον quaſi dicas, uermium herbam, nuncupant. Interim ſudare non eſt alienum, hoc autem fiet, ſi meatus in cute latentes, minime ſint obſtructi, aut certe non impediti.

Sudor.

Commode ipſos ſoluit frictio leuis ex oleo chamæmelino, aut herba ipſa Chamæmelum ex oleo infricata: aut nepita pota ex mulſa & cuti extrinſecus infricata, conuenit. Galenus ad recrementa cutis expellenda balneum

neum commendat, ac Germanis ualde in uſu eſt, quanquā tempore peſtilentiæ medici balneis interdicant. Ego ſane ubi alicuis aſſueuit, & habet priuatum, nullorum halitu infectum, non improbo, modo ante cibum & duo prius deiecta, adhibeatur. Qui non aſſueuerant, & incommoda inde metuūt, frictionibus moderatis utentur. In his omnibus diligens uictus ratio obſeruāda eſt, quæ bonos ſuccos generet, malos ueluti per attemperationem, quam Græci ἐπίκρασιν nominant, emendet. In ſumma quæ humores craßos extenuet, modice alat, meatus liberos reddat, tutior eſt, quàm quæ bonum quidem ſuccum, ſed craſſum gignat. Proinde unuſquiſq; exercitationem corporis, cui maxime aſſueuit, moderatam expertus, cibum ſumet concoctu facilem qualis panis eſt probe ſubactus, fermenti, & ſalis modice particeps. Caro gallinarū, gallorumq́;, phaſianorum, perdicum, columbarum, attagenarum, turturū, turdorum, merularum, omniumq́; paſſerculorum & auicularum: Præterea piſcium ſaxatilium, gobionum, murenarum & aſellorum: quanquam his rarius, & ſeparatim non cum carne ueſci conuenit, qui mos apud nationes aliquot ſolennis eſt. Inter quadrupedes conducit, hœdus & uitulus, ex uenatione, capreolus & cuniculus, reliquis abſtinendū. Oua rececentia, tremula aut etiam mollia, ante ci-

Victus. Panis. Caro. Piſces. Venatio. Oua.

Caſeus. Lactaria. Panificia. Horarij fructus. Sorbitiões. Aſſa. Fructus reponi apti. Ficus. Immoderata nocent.

bum recte ſumuntur. Caſeus, lac, panificia omneq; opus piſtoriũ, & quæcunq; lentorẽ præ ſe ferunt, item quæ facile corrũpuntur in uentriculo, uti fructus omnes horarij, exceptis uuis & ficubus, caueri debent. Sorbitiones ex cremore ptiſanæ, quod hodie ordeũ mundatum uocant, aut ex lacte amygdalino, tam pauperibus quàm opulentis congruunt. Pinguia nimium & iurulenta improbantur: aſſa magis quàm elixa, nouarum carnium potius quàm uetuſtarum, minorum magis quàm grandiũ animalium, cõmode expetũtur. Ex fructibus qui reponi poſſunt, conceduntur pruna quæ excellentiæ uocabulo Damaſcena uocantur, ficus recens matura, uuaq; ubi paulum ſuſpenſa quod flatuoſum eſt, abiecerit, tuto comeditur: ſicut et uua paſſa & cappares recte cibum præcedunt. Aridæ ficus ſi per aluum deſcendant, ac alimentũ ab eis profectum, per iecur renesq; fuerit diſtributum, ſalubres ſunt, & ſucci benignioris. Sin autem remorentur, complurium pedunculorum procreatrices. Cum nucibus comeſtæ, cibum præbent optimũ. Hinc nonnulli qui medicamentorũ aduerſus letalia confecturas perſcripſerunt, ficus aridas unà cum nucibus & ruta præſumptas, omniũ illorũ præſens eſſe remediũ tradunt. Hoc aũt de uniuerſis fructibus, non ſolũ de malis intelligendũ uenit, ſi immoderatius ingerantur,

tur, noxam conciliare. Malis granatis, citrijs, piris, ceraſijs acidis, & meſpilis, non ut alimentis, ſed ut medicaminibus, ad ſtomachũ, uentremq́; roborandum utimur, ſicut ad meatus corporis internos aperiundos, amygdalæ commendantur, aliâs praui ſucci generãdi efficaces. Legumina ferè omnia improbantur. Faba, niſi flatulenta eſſet, nullum ſuccum uicioſum producit, neq; meatus obſtruit. Piſum flatuoſum non eſt, ſed mitius abſtergit. Cicer per interuallum ſumptũ, urinas mouet, præſtat autẽ omniũ iſtorum decoctum, quàm ſubſtantiã exhibere. Ex oleribus nullum ſane probis ſuccis præditum eſt. Medium bonitatis illorũ, uicijsq́; locum, tenet lactuca, mox ſequitur malua, deinde atriplex, portulaca, bliton & oxalis. Valde praua ſunt ſyueſtria, lactuca, chondrilla, ſcandix, gingidion, intybus & cichoriũ: quanquã hæc poſtrema medicamentorũ nomine ad obſtructiones calidosq́; iecinoris affectus aſſumi: ut buglosſũ & cirſion ad lienis poſſunt. Radices aũt ſtirpium holeraliũ, uicioſæ ſunt, quæ acres, ſicut cæparũ, porrorũ, alliorum, raphanorũ & caucalidis. Aromata hyeme conueniunt in cibis, cinamomũ, nux muſcata, acorus (hoc eſt, galanga) cardamomum, gingiberis autẽ et piperis, exiguus uſus eſt, niſi apud frigidiores, quorũ naturæ & cõſuetudini aliquid condonandum eſt. His annumerari debent

Fructus qui medicamentorum nomine uſurpãtur.

Legumina.

Olera.

Herbæ.

Aromata.

ſemina, aniſum, fœniculū, herbæq́; odoratæ, thy-
mum, hiſſopum, ſatureia, maiorana, roſmarinus,
quibus cibi apud nos condiri ſolent. Per æſtatem
Acetū utile modice refrigerantibus, uti conſilium eſt. At hoc
ſumma diligentia obſeruandum eſt, ut omnes cibi
aceto generoſo, aut omphacio, aut alio quodam
ſucco acido condiantur. Nihil enim magis coru-
ptionem impedit. Potioni cōuenit uinum album,
tenue, pellucidum, urinam mouens, modice auſte
rum. Huius inopia rubellum, tenuis etiam ſubſtā-
tiæ, non nouum, non uetuſtum ualde, quod caput
non feriat. Vina craſſa, nigra, calida, graue olen-
tia, ualde aut auſtera, aut dulcia, uitari debēt. Por
rò odorata humoribus quidem probis gignendis,
potiora cenſentur, ſed caput tentant, niſi aqua di
luantur. At calidis admodum temperamentis ho-
minum, uel naturæ, uel ætatis beneficio, aqua uini
potu utilior eſt. Sin autem uino nonnunquā opus
ſit, id tenue, & mediocriter auſterum ipſis ex-
Indicationes uariæ. hibere impedit. Pari modo in omnibus & cibis
& potionibus non ſimpliciter ſingulis utendum
eſt, ſed pro eorum qui illa deſiderant, naturarum
Quæ aqua præſtet. ratione. Licet autem aquam bibere fontanam, le-
uem, pellucidam, quæ ad orientem, aut certe ad
ſeptentrionē uerſus ſcaturiat. Qui ſtomacho ro-
buſto pollent, cruda: qui imbecillem habēt, cocta
cum momento acori quā galangan noſtri uocant,
utentur.

utentur. Zythum, quam uulgo cereuiſiam, alij etiam Birriam nuncupant, à nullis probatis autoribus commendatur. Quia uerò nōnulli ab infantia uſq; hoc potu aluntur, ijs concedi poteſt, tenuis, pellucida, omnis excrementi expers, qualis apud Embecum Saxoniæ confici ſolet. Vrinæ citandæ efficax. Craſſa & impura non ſolum malos ſuccos, uerum obſtructiones quoq; uiſcerum progignit. Eius loco potiones ex malis auſteris, pirisq; ſumi poſſunt, cuiuſmodi ſunt Hydromalum, rhodomalum & omphacomeli. Si magnus æſtus urit, ſyrupus ex malis punicis, ex malis medicis, quæ herbaceo colore uirent, limones officinæ uocant, ex oxalide, & agrimonio recte corpora attemperant. Si aluus etiam fuerit duriuſcula, ſero lactis caprini ante cibum epoto inſtar ſeſquimyſtri emollienda eſt. Ad hæc omnia diligenter elaborandum eſt, ut mens ſana ſit in corpore ſano. Non parum enim ualet morbis excitandis animi perturbatio. Itaq; abſtinendū eſt ab ira, triſti cogitatione, metu, alijsq; prauis affectibus. Quæ ſi quis obſeruare dignetur, & medicinam, ceu donum Dei ſalutare exiſtimet, hunc ſpero, peſtilentiæ uirus aut non attinget, aut certe facilius relinquet. Atque hæc de præcautione ſint dicta, deinceps, quomodo aliquis aut ex nimia aeris corruptione ac inclementia, aut ex infectorum ſocieta-

Zythum.

Qualis cereuiſia concedi poßit.

Vide Pauli Æginetæ ſeptimum.

Syrupi ad ardorem reſtinguēdā.

Affectus animi nocent.

Medicina donū Dei.

Curatio peſtilentiæ. te contagium expertus, ſe periculo ſubtrahat, breuiter exponemus. Principio in hac periculoſa lue ſcire omnes cõuenit, præcipitem eſſe medendi occaſionem: ut quæ intra quatuor & uiginti horas plurimum comprehendatur. Nam ſi diutius præſidium ex medicina poſcere diſtuleris, uix periculum euades: præſertim ubi peſtilẽtia ex calida cœli intemperie & ingenti aeris corruptione prouenit. In Germania autem longiores dare ſolet inducias, ad octauum ſæpe diem, interim ultra quartumdecimum, pro humoris infecti natura & temperamento. Præſtat autẽ in his quoq; regionibus frigidis tempeſtiue quàm ſero medicinã parare. Itaq; ſtatim ubi quis malo correptus eſt, aluus enemate ex iure decocti galli, aut caponis, aut carnis uitulinæ, inſtar libræ, & olei uiolacei quadrãte, mellis roſacei ſextante, duobus ouorũ luteis, ſalis momento elui debet, aut ex ſolo oleo cõmuni, & tantillo ſalis. Acres clyſteres in hoc morbo uitandi ſunt. Ventre excrementis liberato, ſanguis non ita multo poſt, ſi uires & ætas permittunt, detrahendus uenit: ex ea potiſſimũ uena, quàm locus affectus indicat. Verbi gratia, ſi abſceſſus humorum, aut dolor in capite, uel ceruice cõſtiterit, humeralis in externa cubiti parte, quã cephalicã nominãt incidenda eſt. Quod ſi inflammatio urgeat interius, ſub lingua etiã uenæ poſt illas aperiri

Præceps medendi occaſio.

Principijs obſtare tutiſſimum.

Enema.

Sanguinis miſſio.

riri debẽt. Vbi uerò inter medijs à ceruice aduſq; naturalia partibus tumor proruperit, iecoraria, quæ baſilica uulgo dicitur, internã brachij regionẽ perreptans, uel media, uel cõmunis ſi illa nõ appareat, incidetur: Sin inguina, aut uicina his loca malũ obſederit, uena in talo, quæ ſaphena recẽtiorib. appellatur. Mulieribus et puellis quib. menſes ſolent fluere, eadẽ ex parte ſalutariter ſanguis detrahitur. Iam cum febris tantũ peſtilẽs nullo prodeunte abſceſſu, uel dolore urgente hominẽ occupet, ſanguis quoq; ex uenis quæ utrũq; talũ excurrunt dimttẽdus eſt, ut ueneni uis longius à mẽbris nobiliorib. diſtrahatur. Hoc aũt memoria tenere omnes puto, ſanguinẽ ex eo potiſſimũ latere mittendũ, quod tumor dolorq; ſiue ſupra ſiue infra infeſtat. Sin utrunq; affligatur, ex dextro potius detrahendum. Quantum uerò detrahere cõueniat, uires ipſæ ſatis oſtendunt, quæ imbecillæ admodum in hoc caſu eſſe ſolent: atq; idcirco per uices melius, quàm ſemel ipſum auferri cenſeo: eodem tamen die, horis tantum quatuor interpoſitis, aut ſex, ne autem uena coaleſcat, lana in oleum tincta obducetur. Qui ſanguinis miſsiõnem non ferunt, ut pueri, ſenes, mulieres grauidæ & partui proximæ: inter uiros molles & timidi uel micropſychi ijs cum ſcarificatu Cucurbitulæ defigendæ ſunt, Ceruici à tergo, Scapulis, Lumbis

Febris peſtilens quas uenas ſecari poſtulat.

Latus mittendi ſanguinem.

Menſura.

Cucurbitulæ.

& fœminibus,idq́; plagis ſat altis, ita ut hæc eua cuatio ſuperiori & loci & menſuræ ſanguinis detracti ratione reſpondeat. Sunt qui cucurbitulis poſt aures, alis & inguinibus defixis,ubi nullus uel tumor,uel dolor apparet,uenam ſecare iubeant, ne forte uenenum intro recurrat. Etſi magnum ſit periculum, ne natura malo uicta, nihil foras propellere poſſit. Nam ueriſimile eſt,uiſcera intus ualidis inflammationibus laborare, & uires prorſus conuelli. Hac euacuatione adminiſtrata, uel etiam ante hanc, exhibeto roſas zaccaro cōditas inſtar drachmæ cum ſmaragdi detriti obulo, ex uini albi odorati ternis cyathis. Huius inopia, Antidotum Galeni diahæmaton,quod ſuperius deſcriptum eſt. Simul autem cordi & iecori epithemata applicato in hunc modum. Santalorum omnium ſingulæ drachmæ, corticum citri, xyloaloes,macis,ſpodij ſingulorum drachma ſemis,ben albi & rubri ſinguli ſcrupuli, camphoræ,croci, ſingulorum ſcrupulus ſemis,muſci grana quatuor,aquæ roſaceæ quadrans,uini generoſi ſextans,aceti roſacei triens. Panni imbuantur hoc liquore, & cordis regioni admoueantur,ſic ut crebro renouētur. Iecori autem per ſe poteſt aliud apponi, nempe aquæ roſarū diſtillaticiæ,intybi uniuſcuiuſq; triens uini odorati et aceti roſacei,ſingulorū quadrans,ſpicæ nardi,ſantali lutei,

Quorundam cōſuetudo in uena ſecanda

Conſeruæ.

Smaragdus

Epithemata cordis.

Iecinoris.

glandis

glandis unguentariæ, hoc eſt, beben ſingulorum ſcrupulus, florum chamæmeli, quantum tribus di gitis comprehendi poteſt. Tenuioris fortunæ homines epithemata facient ex aquæ roſaceæ partibus quatuor, aceti boni parte una: ſi hyems eſt, adijcient gariophyllorũ, & florum pſeudonardi, lauandulum uocant, ſingulorũ drach. per æſtatẽ, ſantalorum luteorum & rubentium tantundem. Præter hæc os ſæpe ex poſca lauare & manus ex pedit. Frontem, ſi dolor caput affligit, ſplenio obducere, quod conſtat aquæ roſaceæ, aquæ nympheæ, ſingularum pari modo, aceti momento. Si tumor aliquis apparet, imponendũ, quod eum ex trahat, omnibus rite quæ dixi peractis. Probe facit huc raphanus in laminas conciſus, inductusq́; tumori, frequenter autem renouãdus eſt. In idem efficax eſt, gallus per medium diruptus, uiuus, ap plicatusq́;. Cæpa uero excauata, noſtroq́; antido to, aut theriaca, ſi quæ uel mediocris haberi queat, repleta, uulgare eſt præſidium, ſi aceti paulum addatur. Valentius eſt, quod à ſuccis diachylon ſimplex appellatur, inſtar ſextantis, guttæ amoniaci & galbani, ſingulæ ſemiunciæ. Hæc in emplaſtri formam redacta tumori imponuntur. Qui robuſtiores ſunt, ijs cucurbitula etiam ſuper abſceſſum defigitur aliquandiu: deinde rurſus emplaſtrum adglutinatur. Die autem quo hæc fiũt,

Pauperum epithemata.

Poſca.

Tumorem extrahentia.

Emplaſtrũ

Cucurbitula.

ſomnus

ſomnus interdicendus eſt. Vbi autem tumor pro-dierit, ſinendus æger ut noctu dormiat, ac per interualla, electuaria exhibenda, quæ officinæ uocant diarodon, diamargariton, manus Chriſti, uel ſuperius dicta medicamenta. Altero die poſt decubitum, corpus leui medicamento purgandum, quod citra magnā naturæ perturbationem munus ſuum probe obeat. Tale nimirum hoc eſt, ſyrupi ex cichoreō & rhabarbaro unciæ duæ, agarici in oxymelite macerati per noctem drachmæ duæ, cinamomi & agalochi ſingulorum ſcrupulus ſemis. Mane ieiuno propinatur hora interpoſita. Sorbitio quædam ex iure decocti galli, aut caponis, aut carnis uitulinæ exhibetur, ut citius medicamentum deſcendat. Vbi uerò aluum mouere cœperit, à cibo abſtinendum, donec totam purgationem abſoluerit, niſi forte uires deficiant, tūc enim panis ex uino modice aſſumitur. Magna hic cura adhibenda, ne dum nocentem materiam per aluum euacuare ſtudemus, naturæ impetū, qui ad exteriora extendit, impediamus, uenenumq; ad uitæ officinam, cor, aliaq; uiſcera nobilia propellamus: unde ſtatim interitus ſequitur. Quamobrem ſi morbus medicinæ tempus habere cognoſcitur, leniter purgandū eſt. Sin occaſio uidetur præceps, alia ratione & uia procedendū eſt. Semper autem à ualido medicamento, quod uentrem ſol-

Somnus.

Purgatio.

Obſeruatio quædā in purgatione.

uat,

uat, in hoc caſu abſtinendum cenſeo, & ſi quidā natura fortes per initia ſolo eiuſmodi præſidio euaſerint. Nonnulli ſecuritatis gratia dum medicamentum propinăt, tumori ſi quis apparet, emplaſtrū attrahens, aut cucurbitulā adhærere ſinunt, ne ſcilicet uiciata peſtilentiæ materia, foras naturæ beneficio propulſata, introrſum denuo reuertatur, idq; non abſurde meo quidē iudicio cōſulunt. Pauperibus medicamentū dabitur. Diluti foliorū ſenæ alexandrinæ, thamarindorū, in aqua ordei maceratorum, ſingulorū inſtar ſemiunciæ, agarici in oxymelite macerati drachma. Aut electuarij indi, aut ex roſarum ſucco ſemiuncia. Longe autem tutius eſt aluum quotidie clyſterijs ſuprà comprehenſis ſollicitare, niſi per ſe admodum fluat. In ſequenti die antidoti dia hæmaton drachmam cum betonicæ aqua, ſi materia uerſus caput repat, ex bugloſſi aqua ſi ad ſpiritalia, ex abſynthij ſi uerſus inteſtina, ex agrimoniæ ſi ad iecur feratur, propinabis, multaq; ueſte operiendū ægrotum ut ſudet, curabis. Quod ſi uerò ſudor prouocari nequeat, decoctum chamæmeli in uaſculis æneis aut uitreis lagenulis oris ſtricti adhuc probe calēs, alis, laterib. inguinib. et pedib. admouebis. Interim ad recreādas uires, cochleare ex ſyrupo, quē ex citrij dicti ſucco parăt. Vbi ſatis ſudaſſe deprehēdis, cibū offeres, qualē paulo poſt indicabo.

Pauperum medicamēta.

Antidotū.

Sudor eliciendus.

Quarto die, ſi abſceſſus ratione ſupradicta foras prodiderit, ac manifeſto appareat, non expectare oportet, donec in totum matureſcat, ſed aperiundus, aut adurente medicamento, aut ſcalpello. Medicamentum fieri poteſt ex radicibus liliorum alborũ, ſemine fœnugræci et lini una decoctis. His poſtea addetur ſalis ammoniaci, calcis uiuæ & chalcitidis ſingulorum ſcrupulus, fermenti drachma ſemis. At partibus uicinis hoc inijcies, boli armeni, gallarum, ſantalorũ rubẽtium, ſingulorum pares modi cum aqua oleo & roſarũ ſubigentur. Cauendum autem ne adurens illud medicamentũ diutius tumori adhæreat, uerum ſtatim, ubi foramen excitauerit, tollendum. Sin autem ſcalpello aperire abſceſſum malis, inferius id faciẽdum eſt, ut materia hinc facilius ueluti per emiſſarium effluat. Quia uerò magnus dolor eximaturi, crudiq; abſceſſus diuiſione ſequitur, ſiue ea medicamento, ſiue ſcalpello fiat, primũ fœtus ex chamæmeli & maluæ decocto per ſpongiam adhibetur, deinde linamẽta inſeres, illita hoc unguento quod recipit, aquatum oui, lutei ipſius dimidiũ, olei roſacei momentũ, ſimul miſta ſubigũtur. Poſt hunc ex ulcere facto cruciatum æger per diem unum conquieſcet, deinde medicamentum quod maturet, ac pus moueat orbiculatim tumori inducendum. Capit autem hæc. Radicis altheæ, lilij albi, ſingu-

Abſceſſus aperiundus

Dolor mitigandus.

ſingulorũ ſemiunciã, ſeminis lini, fœnugræci, utriuſq; drach. tres, ficus pingues quatuor, coquito in aqua fluuiali. Sublatis ab igne, indẽtur adipis gallinæ, terebintinæ & ſtyracis liquidæ ſingulorum drachmæ duæ, ceræ modicum. Linteolo illinitur, quod in medio foramen habeat. Vlcus autem, hoc quod ſequitur purgandum eſt. Mellis roſacei excolati uncia, farinæ ordei drachmæ duæ, ſucci abſynthij & apij utriuſq; ſeſquidrachma, farinæ lupinorum ſcrupuli quatuor, myrrhæ drachma, terebinthinæ drachma ſemis. Subigantur in pila probe, fiatq; unguentum, linamento illitum inſerito. Diu ſines ulcus apertum, ut uirus perfluxionis emiſſarium affatim emanet. Poſtquàm uerò totum corpus melius habere, & nihil amplius puris ex ulcere profluxerit, hoc medicamento utere. Ariſtolochiæ rotundæ, centaurei minoris, betonicæ, ſingulorum uncia, picis naualis ſemiuncia, ſeui caprilli drachmæ duæ, maſtichæ drachmæ duæ ſemis, aloes ſemiũcia, ceræ ſeſcũcia. Herbæ in uini nigri hemina ad dimidias coquuntur, deinde per linteolum excolantur, exprimunturq;. Poſtea inijcitur pix, ſeuum & cera: ac ſimul rurſus omnia ad mediocrem ſpiſsitudinem coquuntur. Sublatis ab igne maſtiche et aloes ſeorſim detrita inſperguntur, ac cum reliquis agitantur rudicula, atque ſubiguntur, donec refrigeſcant. Ma

Maturans unguentũ.

Purgans.

Incarnans.

nu

nu emollitis, ulcus obducito, in lintheolum illitis. Hæc ſane compendioſa eſt abſceſſus curatio: quæ pro naturarum ratione uariare ſolet. In pueris enim & teneris corporibus, lenioribus utendum eſt. Loco ſcalpelli aut ualidi medicamenti, cæpa, aut fermentum cum ſale ſatis eſſe conſueuit. In uictus ratione, magna obſeruatio haberi debet, ut cibus ſit facilis concoctu, qualem ſuprà deſcripſi, maxime autē ſorbilis, ex ordei cremore, iuſculis, uel colaticijs tenerarum carnium, prunis Damaſcenis. In ſumma, qui uires alioqui iã debilitatas, non grauet, ſed reficiat. Admiſceri aũt omnibus debet momentũ aceti, aut ſucci malimedici acidi, aut omphacij, aut uini punicorũ. Æger ſæpe, & modico cibo reficiēdus eſt, quatuor ſemper horis interpoſitis: nõ negligēda uerò antidota. Interim roſæ zaccaro conditæ, interim bugloſſum, nunc electuaria ſuperius in præcautione deſcripta conueniũt. Potus ſi calor urget, aqua ordei cõducit, præſertim pueris & ætate florentibus. Sin abhorreant aquam ægroti, & uires habeant imbecilles, uti etiam ſenes, uinum album, tenue probe dilutum bibent. Per interualla, ſi excruciat ſitis, hac potione reſtingues, ſyrupi ex citro, ſyrupi ex limonibus ſingulis quadrantibus, uini malorum punicorum ſeſcuncia, aquæ oxalidis & cirſij, quod ſatis eſt. Aut ſingulis per ſe ex aqua ordei uti licet.

Victus.

Cibus ſæpe exhibēdus.

Potus.

Ad ſitim Zulepum.

cet. Iam hydroroſatum noſtrũ, adiecto ſucco mali medici acidi ualde confert inſtar cyathi potum. Item prodeſt aqua ordei, ſi lamina auri, candens in ea reſtinguatur, cum fructus oxyacãthæ quem berberim officinæ uocant, ſucco pota. Quin & rubi Idæi fructus, quem uulgo ribes appellant, ad calorem & ſiccitatem oris proficit. Propterea herbæ quædam etiam cum cibo coctæ aſſumã tur, ut portulaca, oxalis, lactuca. Permittũtur huius quoq; gratia acerbi arborum fructus, mala, pira, ceraſia: quæ aliâs malum ſuccũ generare ſolent, ſi Galeno credimus. Cæterum qualis locus eſſe debeat, in quo æger decumbit, quibusq; uel per æſtatem uel per hyemem præſidijs muniri, iam antea oſtẽdimus. Pauimenta nũc ramis ſalicum, folijsq; ſarmentorum, aceto, aqua roſacea, nunc odoratis quibuſdam ſuffitibus apparantur. Sicut cum extrema corporis frigent, fotu & fricatione excalefieri deſyderant. Si pectus ardet, huic quoq; refrigeria adhibentur. Poſtremo huc omne conſilium noſtrum & cogitationem derigere oportet, ut ne

Aqua auro extincta.

Habitaculum.

Deus nos in mundi huius negocijs magis quàm in doctrina Chriſti obſeruanda, occupatos deprehendat.

RERVM ET VERBORVM IN HOSCE DE RATIONE VICTVS LIBROS INDEX DILIGENTISSIMVS.

V

A

ABdallahamarach 374
abſtinentiæ uis 399
abſtinentiæ tempeſtiuæ utilitas 476
achatis lapidis uis 180
acetaria 495
acetum mulieribus magis nocere quàm uiris 542
acetum album melius rubro 337
aceti uis 542
aceti modicus uſus prodeſt 541
aceto facies abluenda pag. 296
acetum uenenis aduerſari 42
acetũ mitigari pane toſto 541
acida & ſtyptica ſtomachũ cõfortare 34
adoleſcentũ cõſuetudo ſeniũ retardare 88
ænum oppidum Thraciæ 484
ægrotatio omnis ab excrementorum multitudine 434
ægritudo nulla tempore peſtis alia apparet 287
ædificiorum forma qualis eſſe debeat 426
aer nocturnus ſpiritibus inimicus 170
aer temperatus ſtudioſis utilis 32
aer proximis agris ſtercoratis 414
aer nocturnus uitãdus pag. 77
aer non uenenoſus ſecũdum totalem ſuĩ formam ſed qualitatem pag. 279
aer & odor quaſi ſpiritus quidam 110
aeris electio ad uitæ longitudinem 73
aeris optimi notæ 412
aerem principẽ locum in

in noſtro corpore obtinere 410
aerem moueri & tenuari 23
in æſtu meridiano non deambulandũ 419
ætates quinq; 96
aetites lapis 180
agarici uis 328
agarici boni ſubſtantia qualis 332
ager quomodo pingue faciendus 73
aglaus Pſophidius 620
agnina caro 515
agninæ carnes 70
agnium pelles medici laudant 256
agnus caſtus 181
albumen oui nõ dandũ debilioribus 523
albugedus lapis 204
albumaſaris locus 150
alchamet 159
alchindus de magia pag. 230
aldebora 158
alectorius lapis 198
alexandrum obſoniorũ artifices abiecisſe 464
algol caput 157
alimẽto multo opus habent peſte corrupti pag. 333
alimenta aurea 83
alimenta nimium frigida uitanda 29
allium 500
aloe efficacia 36
aloe lota 74
alueoli ludus poſita mẽſa tractãdus 445
aluus quomodo ſoluatur 521
amabilis eſto ut ameris pag. 625
amabilem quid reddat (196
amaraci uis 38
ambitio 625
ambræ facultas 81
amerius Curſinus 273
ambulare nudis pedibus 461

ambulatio per frigida loca 464
ambulationis utilitas pag. 462
ambulatione inferiores partes iuuari 446
amygdalinum lac ſtudioſis utile 52
anacardina cōfectio 52
anatum oua 523
anatum caro 521
andromadæ umbilicus pag. 157
andromachum Theriacæ uirtutem inueniſſe 232
anhelitus cohibitio pag. 458
animalia Iouialia 132
animalia ad alimentum aptiora 72
animalia minuta in paludibus naſci 425
animalium ex putredine abundantia quādo 287
animalium eſus quare ab Pythagoreis deteſtatur 69
de animalium partibus pag. 518
anima mundi 127
anima ſpūs fomes 258
anima interpoſita inter intellectum & corpus 127
animæ partes tres 601
animæ uirtus per quintam eſſentiam delata 130
animam uigere in ſpiritu 257
animam per materiales formas quaſi allici poſſe 28
animā ſedendo & quieſcendo fieri prudentiorem 439
in anima, imago, ratio & mens 239
animus adipe & ſanguine ſuffocatus cœleſte nihil præuidet pag. 22

animus

animus qui diu iudicata retineat 19
animus qui omnia penetret 19
animus mœrens quomodo erigēdus 32
animus corporis rex pag. 54
animi hoſtes grauiſsimi pag. 623
animi defectio quod uitium ſequatur 462
animum pauidum quid faciat 13
animum cogitatione intentum corpus ferè deſerere 13
animorum duces 8
animus apud Romanos ad laborem & ociū diuidebatur 439
anno uitæ ſeptimo fieri in corpore mutationē maximā 118
anni decretorij 118
anuli quando fabrefaciendi 160
anſeris aſsi pulpa 90
anſeres quomodo nutriendi 71
anſerum oua 523
anthrax 346
apes ex boue 261
apij fructus 497
apollonius Theanæus pag. 160
apollo medicinæ autor pag. 54
apollo muſarū dux 252
apoſtematis caro quomodo incidēda 355
apoſtematis curandi rationes 345
apri caro 71
aqua putrida 545
aqua dulcis 562
aqua uitæ 19
aquæ potio crapula uexatis danda 598
aquæ quomodo probādæ 543
aquæ nitidæ aſpectus pag. 32
aquæ paululū uino for-

te admixtũ uehiculi loco eſſe 547
aquæ frigidæ potus pag. 647
aquæ bonitas 542
aquarum ſit delectus pag. 545
aquas ſtagnantes agris deriuare 73
aquariũ præeſſe cruribus 167
aquilarum remedium pag. 267
arborum quorundã umbrã nocere 462
arbuti uis 202
arbuti tactus rabiem ſuſcitare 219
archimedis ſphæra 222
ardens aqua 19
aries quos ſub ſe habẽt pag. 131
arietem præeſſe capiti & faciei 166
arietina caro 516
armenus lapis 222
Arnoldus Nououillanus 386
aromatum uſus 29
arteriæ quando lædantur 427
articularis morbi curatio 475
articulari morbo Ennium correptũ 474
artium experimentum fallax 57
aſclepiades medic. 383
aſiatici morbi in Italiã cum luxu migrauerunt 474 (166
aſpectus oppoſitus
aſterion herba 188
aſtrologia medico neceſſaria 168
aſtrologi quando conſulendi 118
aſtrologi à primo ſolis in Arietẽ ingreſſu, anni qualitatẽ præſagiunt 220
aſtrologorum duæ regulæ 166
athenis quare ingenia præ-

præclara 421
atriplex an herba ſit cõueniens ſtomacho pag. 491
auiditas comedendi nõ laudatur 567
auium eſus tempore peſtis 292
auicularũ utilitas 71
aluũ citare, quo ſigno cõmodum 153
aura ſilens non ſalubris
aurora ſtudijs amica 23
aurium hebetudo unde pag. 473
aurea alimenta 83
aurum ſoli ſimile 135
aurum potabile cordialiſſimum 335
aureo uaſculo uel argẽti libere prodeſſe 131
auſter calidus ac humidus 431
auſter a͞b horreis ſit aduerſus 501
auſtri incommoda 432
ἀντίπνοιαν 503
autoribus legendis quæ hora cõmoda 26
autumnalis uictus 480
auxiliũ anceps in ſummis periculis 396

B

Bacchus Phœbi frater 120
bacchus bis natus 3
bacchus et Phœbus fratres 253
bacchum geminas quaſi matres habuiſſe 4
baculi utilitas 467
balnea quãdo opportune tentanda 167
balnea uitãda tempore peſtis 293
balnea dulcia implere pag. 599
bellicoſos erga mulieres eſſe impenſius affectos 459
benthor ad aſtrologos pag. 217
Bernardus Canuſianus pag. 278

Bertrucius Bononiēſis medicus 491
beta 492
bezoar Iouius lapis pag. 204
bezoar lapides 303
bezoar lapidis efficacia contra uenenū 373
bibendi regula 68
bibere ieiunus 552
bil. atra ferri inſtar 17
bilis atra quomodo ingenioſos faciat 18
bilis atra turbat ſtudioſos 11
bilis atra ſemper ſicciſſima 30
bilis atra medicinis purgantibus irritari pag. 397
bilis atræ ratio in ſtudioſis 22
bilis atræ cōmoda 19 & 20
bilis atræ morbi 17
bil. atræ proportio 16
bilis atræ exquiſitiſſima remedia 41
bilis atræ remedia & qualitas 30
bilis atræ amaritudo, quomodo demulcenda 32
bilis atræ humor, quō pacto conducat ingenio 18
bilem atram augentia pag. 29
bliteus homo 492
bolus armenus 339
boream ſua habere incommoda 432
bouis caro 70
brachmanes Magi Pythagorici 136
braſſica 492
braſſica ex holerū deſiccantiū genere 479
braſſicæ odium cum uite 597
bubo 346
bubulæ carnis uſus 515
bulla 349
βουλιμία 465

butyri uſus 468
butyri mẽtio ferè nulla apud ſcriptores 530
butyro famem ſedari pag. 530

C

CÆlius Aurelianus medicus
cæpe 500 (418
cæſaris Auguſti cibus pag. 409
calor, luminis uehiculum 258
calor & humor frigori & ſicco dominantur 178
caloris naturalis pabulum 12
caloris eſt concoquere pag. 451
caloris pabulum 58
caloris naturalis pabulum 608
caluitium unde 473
camera euentanda pag. 341
cancrum præeſſe pulmonibus, ſtomacho, & lacertis 167
candum ſaccharũ 49
canes inter philoſophos 273
canis rabioſi uis 201
canis rabidi morſus quomodo ſanandus 86
canes à partu lactantes magis furere 570
canities cita unde 69
canities quomodo euitanda 69
canitiem quid prohibeat 80
cantus ſolamen laborum 100
cantus & uerba magnam uim ad beneficium cœleſte captãdum habere 230
cantum imitatorem eſſe omnium potentiſſimum 233
caponum caro 70
capparis oliuæ 496
capram eſſe epilepti-

cam 513
capras ſanas neminem ſanū promittere 514
capras comitiali morbo corripi 413
capras febribus ſemper infeſtari 513
capreoli caro 70
capricornum præeſſe genibus 167
caput fricandum & pectine comendū 589
caput tegendum 418
caput quid lædat 25
capitis remedium 38
carbones capiti nocent pag. 428
carbonum malitia iniectu ſalis aut uini demi 429
carbunculus 346
carbunculi uis 190
carbunculum in tenebris coruſcare 205
carneades fanaticus 44
caro bona quomodo regeneranda 357
carnis pars ſiccior hyeme comedēda 479
carne aſſe hyeme utendum 478
carnes quæ ſalubres
carniū uſus 511 (70
carnoſos citatius debere ambulare 463
caſeus bubulus 528
caſeus recens alibilis pa. 528
caſei recentis utilitas pag. 71
caſei uſus ſenibus nocet pag. 529
caſeum edere poſt crapulam cibus nocentiſsimus 530
caſeo plurimum panis adiungendum 529
catarri remedia 37
catelanorum curatio in peſte 359
cato beſtias quomodo ſanauerit 330
catonis Porcij cibus pag. 409

catoblepæ 202
cauſa potior prōptior ad agendum 133
cauterizādi modus per incendium 357
celerem motum corpus colliquare 463
Celſi locus 526
celtas mulieres non curare 453
cæpe ſucco ſcriptas literas deliteſcētes ignis prodit 219
κεφαλαῖα 496
cerealis potus 557
cerebrum pituitoſus cibus 519
cerebrum nimio coitu debilitari 21
cerebri cura diligens habenda 9
cerebri ſiccitas unde 12
ceruiſia 557
cerui caro 71
ceruix panno aſperiori perfricanda 27
ceruices à frigore muniendi 418
chalcidonij uis 180
chaldæi religionis antiſtites 262
chariophylorum odor cordi gratiſſ. 290
charitatis officia pertinere ad ſacerdotem pag. 267
chelidonium curare melancholiam 196
Chriſtophorus Landinus orator & poeta pag. 274
cibariū ἐνπαρίον 508
cibus quomodo apparādus 576
cibus quotidie bis ſumēdus 38
cibus famē expectet 38
cibus potum nō exuperet 63
cibus copioſus quibus non dandus 586
cibi ſuauis utilitas 569
cibi uulgaris utilitas pag. 409

cibo ſumpto non protinus ſtudendũ 34
poſt cibum meridianũ non dormiendum pag. 34
ciborum natura 485
ciborum qualitas 69
ciborum appetentiam quid augeat 465
ciborum generales obſeruationes 575
cibi ſenum 87
cibi quibus ſapidiſsimi ſunt 464
cibi ex infectis locis alti, nõ emẽdi 297
cibis adobruptũ animũ nihil tenue parere 22
cibis mundis utendum pag. 484
cibos peruigilio uinci pag. 451
cibos inflantes uenerẽ excitare 486
ciceronis locus ad Atticum 535
cichorium 495
cinnamomi ſubſtantia pag. 82
ciuitate in quo non pernoctare debeamus pag. 413
clamore ualido abſtinendum. 456
clymacterici anni 118
clyſteribus aptum tempus 167
cœleſtia dona ad nos deſcẽdere quomodo intelligendũ 244
cœleſtibus nos ſeptẽmodis accõmodare poſſimus 238 & 239
cœlum terræ maritus pag. 371
cœlum temperatiſsimũ pag. 93
cœlum harmonica ratione cõpoſitũ 238
cœlũ magna quaſi momẽto perficere 203
cœlum eſſe ſpiritum pag. 236
cœlum elemẽtaris qualitatis

litatis exceſſum non noſſe 223
cœlum habere propui um 245
per cœlum animalia quæq; ad medicinã inueſtigari 271
in cœlo omnia amore moueri 102
cœna ab holeribus incipienda 489
cœna ſumpta hora una uigiliæ ſat eſt 34
cœnæ uocabulum 569
cœnam copioſiorem eſſe debere prandio pag. 572
à cœna ſtatim non dormiendum 573
colatoria uaſa 488
color uiridis cur propter cæteros uiſum afficiat uoluptate 91
colores potentes qui pag. 175
colores eſſe quædam lumina 207
colores mũdi tres 221
columbinorũ puellorũ caro 70
comitialis morbi cura pag. 397
comitialis morbus ubi inſanabilis 430
comitiali morbo oues laborare 514
compoſitiones uariæ contra peſtẽ 338
cæci cuiuſdam dictum in Dionyſiũ 464
cocytus palus tenebroſa 424
coitus comitiali morbo ſimilis 21
coitus à cibo digeſtionẽ impedit 62
coitus ſtomacho peſtilens 34
coitus ſpeciem eſſe quandam epilepſiæ pag. 292 et 293
concoctionis ad uitã neceßitas & uſus 62
coitu ſpiritus exhauri-

re

re ſubtiliores 21
coitu cor debilitari pag. 284
concoctionem remorãtia 63
condimentorum ratio pag. 563
condita omnia duabus de cauſis inutilia eſſe 563
confectio ſapientũ 52
confectio aurata 83
confectio de ſquama ferri 80
confectio contra peſtẽ pag. 294
confortatiua ſtudioſis neceſſaria 41
cõiugij cõtẽptores qua pœna afficiẽdi 592
coniũctio lunæ 144
conſuetudo gratioſorũ hominũ 32
cõſuetudinis uis 478
conſuetudinis omnis natura 452
cõſuetudine praua mores hominum corrumpi 618
conſtellationes dare ordinẽ eſſendi 218
contagio in futurũ tempus nocet 416
contagionis quanta uis pag. 414
contẽplationis uis 12
conuitia fieri ex conuiuijs 616
conuiuationes utiles ad amicitias ſtabiliẽdas 614
conuiuiorum lex 616
corallorum uis 180
cordialia aromata 80
cor concoctu difficile pag. 519
corpus noſtrũ cœleſtia ſibi uindicare 179
corpus gracile in quib. regionibus 307
corpus uarijs nutriendũ alimentis 110
corpus palmis perfricãdum 27

corp. animi ſeruus 54
corporib. et animæ qualitas obſeruãda 99
corpus craßũ elementis quatuor ali 252
corpora quotidie recipere in mutationes pag. 407
corpora cœleſtia quid poßint in corpus noſtrum 161
corporibus excremẽtoſis neceſſaria exercitatio 449
corui ala dextra 158
coryci iactatio utilis pag. 445
cotonea 499
crapula quid 595
crapulæ remedia 594
crocus ſolaris 176
croci uis 181
croci ſubſtantia 82
crucis forma in Arabũ collegio cunctis anteponebatur 211
crucem ueteres figurã eſſe dicebant 212
cruditas uitanda ubiq; pag. 62
cucurbitæ guſtus 497
cucurbitularum uſus pag. 315
cumæ diurnus curſus in quatuor diſtribui quartas 148
cupido inter quos uolet pag. 21
curis uires reſolui 608
cydonia mala 499

D

DÆmon Apollineus 190
dæmon unicuiq; naſcẽti 245
dæmones ubi 140
dæmonas ſerpentũ formas induere 189
dæmones duo hominum 247
dæmonias quando expellenda 159
Dauid omnipotẽtis dei tuba 26

Dauid

Dauid quomodo Saul ab inſania redemerit 230
deambulatio ſecus flumina 22
deambulatio matutina cõmendatur 463
decani 164
defatigatio corporis mala 28
Democritus iamiam ex piraturus, quo remedio ſi reſocillatus 112
democriti dictum de ſtudioſis 14
dentes luridi 473
dentes quid mundificet pag. 510
dentes mũdandi 589
diacori confectio 38
diæta peſte laborãti 333
dialectica quando tradenda 610
diambra confectio 38
diaphana 209
dictamus 180
dies uigiliæ tribuitur 23
digeſtio uitæ radix 61
digeſtiões quatuor 63
diocles Cariſtius medicus 383
diocles Cariſtius medicus 481
dionyſij dictũ de cibis Lacedæmoniorum pag 464
dionyſium Syracuſanũ tabe infectũ 475
diſpoſitio in cœlo peruia 209
diuitias & gloriã quæ planeta augeat 158
dolor apoſtematis quomodo incidẽdus 354
dolor capitis quomodo ſedandus 38
domus ſignorum cœli pag. 165
domus uitæ 165
domuum ægrotorũ flatus cauendus 415
dormire pacatius 584
dormitio retrahit uenenum ad intra 341

draconis cauda ubi po teſtatē habeat 241
duces nouē qui ad Illuſarū templa ducēt 8
dulcia moderate offerēda 561

E

EBrietatis uocabulum 504 et 593
ebrietatis malum 62
ebrietatē inſanos facere 22
ebrietatē quoſdam tueri 613
echinum piſcem nauem ſiſtere 202
edendi regula communis 64
edendi appetētia ſalſum maris frigus 423
elephāginæ pilulæ 37
electuariū hamech 46
electuariū ſenum 78
electuaria tutiß. 49
electuariorum ratio pag. 48
elephantiaſis morbus unde 487
elimi 331
elitis lapis 190
elixer 139
eloquētiæ planetas tres ſeruire 22
emplaſtra fortia & tēperata 351 et 352
emunctoria tria princi palium membrorum pag. 346
endiuia 495
Ennium articulari morbo laboraſſe 474
ephimeræ cura 181
epheſi ſenex totam peſte inficiebat ciuitatem 251
epidemia in ueſte latens ſæpe incautum perdere 256
epidemiæ præſeruatrix pag. 298
epilepſia unde oriatur pag. 513
epilepticæ Raſes omnes carnes adimit

pag. 513
epulæ Lacedæmoniorũ quibus condiantur pag. 464
epulæ liquidiores prius ſumendæ quàm duriores 34
epularum qualitas 68
equitare pueri non debent ante ſeptimum annum 470
equitationis celeritatẽ oculis obeſſe 459
equitatione Venerẽ incitari 459
eruca 495
erugo frumẽtorũ unde (431
eruilia 487
eruum 487
eſſentiæ quintæ materia 130
euchyma quæ 64
euchymis uita alenda pag. 64
eufraſiæ uſus 39
excremẽta ab omnibus meatibus expurganda 29
excrementorum cruditas pernicioſa 25
exercitationis uariæ ſpecies 435
exercitationis finis pag. 447
exercitationis commoda 434
exercitationis cibũ añtecedẽtis duplex utilitas 448
exercitiũ corporis quale eſſe debeat 72
exhilarans electuariũ pag. 48
exuuia ſerpentis 82

F

FAbæ eſus Pythagoricis interdictus 486
fabas uim inflandi tenere 486
fames ſi ſit, laborandũ minime 447
faſtidium cibi cauendum 38

fatiga-

fatigatio quomodo euitanda 467
fati malignitas quomodo deuitanda 243
febres omnes quid expellat 519
febres omnes putridæ pag. 416
febribus nunquam carere capras 513
felices quibus Saturnus fauet 242
feliciſsimus omniū mortalium quis 626
ferculorum ternarium numeris concedi pag. 566
ferro ineſſe aſtringendi uim 577
ferrum è uulnere quid trahat 180
Ficinus pater Manſolij Ficini 94
ficus calculo laborantibus utiles 461
ficus gingiuis adhærere 561
fidem mirificam habere potentiā 229
de figura Vniuerſi fabricanda 220
figuræ in cœlo quā uim habeant 205
figuræ in cælo ultra ſtellas 128
figurarū in cœlo deſcriptio & ordo 165
figuras cœli quas potiſſimum imprimere ſoleant 210
Florentiæ magna peſtis 285
flores uerni 31
fœcis natura 556
fœniculi ſemē quo planeta ſubiectū 157
fomentum ſeni mirificū pag. 78
fortunatæ horoſcopi domus 248
fortunati bene 161
fraxini uis 190
frictionis uſus 27
frigida uicia 588

friguſ à capite probibē dum 29
frigus omne uiſceribus inimicum 428
frigus peculiaris quædam mortis qualitas pag. 426
fructus qui edendi quū peſtis regnat 289 & 250
frugibus nocere auſtrū uentum 501
fugadæmō herba 192
fulgineus gentilis 317
fulgur quid depellat pag. 190
fumigia qualia debeant fieri tempore peſtis pag. 368
fumus cōtra peſtē 310
furor unde 15

G

GAleni exercitationes 444
galeni imbecille corpus pag. 394
galenus ad medicinam aditum pateſeciſſe pag. 382
gallinaceorū caro 70
gallinacionū caro 521
gallinaceorū ius 521
gallinæ ius ſimplex 521
gallinas ouis ſuis incubantes magis furere pag. 571
gallinas helleboro paſcere 105
gallum quare leo ueretur 189
gallorum teſtes optimi pag. 519
gargarizare ſæpe peſte correptum utile pag. 334
gaudio nimio exanimari 605
geminos præeſſe brachijs & humeris pag. 167
genera hominum infortunatorū duo 248
generationis princeps Iupiter 151

genuum

genuum dolores unde pag. 489
Georgius Benignus Saluiatus 273
germanorum caſtitas pag. 593
gingiber memoriæ prodeſſe 53
glandula 346
gobius piſcis 533
granatorũ ſuccus 335
gratiam in cauſis præſtare 159
gratiæ tres Iupiter, Sol & Venus 144
guſtus quomodo inſtaurandus 39
guttur fœtorem ſpirãs unde 473
gymnaſtices diuiſio pag. 442

H

Habitatores ſubtiliſsimos ultra lineam æquinoctialem ad meridiẽ eſſe 241
habitatio qualis eligenda 73
habitudo corporis media quomodo curanda 66
hahamed phyſicus 185
hannibal quare altero captus oculo 420
hæmatitis imago contra uenena & morbos 196
hecticæ ſenilis curatio pag. 85
helleborum ubi uenenum 73
hellebori uis 202
& 215
heliotropia 131
helioſelinos lapis 193
hepatis ratio habenda ſtudioſo 10
heracliti dictum 18
herbæ producto ſemine ſtatim ſiccari 77
herbæ ſeptem principales contra uenenum pag. 306

herbas quaſdam ſolis uim habere 529
herculeus lapis 193
herniosſus quidā factus ab intenta uocifera tione 456
herodicus ualetudina- rius prudentia uitā uixit longæuā 57
herodici philoſophi lō ga uita 394
heſiodus à quibuſdam culpatur 73
hiacynthus 180
hiarcham Indorū prin- cipem ſeptem anulos confeciſſe 160
hiarbæ Indi dictū 140
Hiobi cōuiuium quale fuerit 614
Hippocratis laus 382
hircina caro 516
hircinæ urinæ odora- mentum 311
hirundines chelidonia oculis mederi 267
Hiſpanorum curatio in peſte 359
Hiſpanorum medicorū in ſanguinis miſsiōe modi 317
hœdi lactentis caro 71
hœdina caro ſenibus cō moda 515
holera hyeme nō ſumē da 478
holera inter aſtringen- tia poni 496
holerum natura & u- ſus 489
hominem ex ſua indu- ſtria ſibi cōparare quod Mercurij eſt proprium 133
homines ſolares 189
homines ante diluuium longæui 69
hominum conſortium peſtis tempore uitan dum 293
horæ uacationis qua- tuor poſt cibū ſum- ptum 34
horarum electio quid

ualeat 184
Horatij locus 523
& 565
Horatij locus 536
& 608
hortorum uſus 32
humanæ ſpeciei proprietas 133
humida putrefactioni obnoxia 69
humiditas quomodo expellenda 29
humor pabulum caloris 58
humorē naturalē quæ exiccent 61
humores humani corporis reſolui in ſpiritum 108
hiacynthi utilitas 32
hydrops unde 468
hydrops abſtinentia curatur 396
hydropis cauſa aquis copioſius hauſtus per æſtatem 545
hyemis initium ſuas noxas habere 481
hypocauſta laxa probari 429

I

INanitionis nomen pag. 585
iaſpidis uis 181
icteritij morbi cura pag. 397
idololatriæ ne umbram admittemus 219
iecur animalium craßi ſucci 519
iecur quando fouendum pag. 156
ierologodij compoſitio pag. 44
ignis ueſtalis 199
ignis Martius eſſe cenſetur 188
ignis utilis tempore peſtis 310
illecebræ magnæ 128
illices diuinæ 128
imaginis imprimendæ aptitudo cum ſtellis pag. 205

imagines ex ligno uim paruã habere 187
imagines quantam uim habere putentur in ſpiritum & ſpiritus in eas 252
imaginũ fictores à dæmonibus occupari ſæpius 195
imaginũ uariæ operationes 215
imaginũ uirtutes 212
imaginum cœleſtiũ uis pag. 184
ex imaginibus recte cõſtructis, naturalia quædam contingere pag. 218
imbrium aqua leuißima 544
immundiciã ab incunabilis horremus 577
imperitia unde gignatur 437
india Saturno ſubiecta pag. 241
Indiæ habitatores longæuos eſſe 241
indumentum corpori hyeme aptißimum pag. 341
indumentum natura noſtra corpora efficere 430
inædiam longam humores procreare putridos 570
inædiam aliqui diutiſſime perferre poſſe pag. 411
infelicium propinquitas contagioſa 250
infirmitas omnis in peſtilentiã facile trãſire poteſt 287
inflatio in emunctorijs exiſtere 346
infortunatorũ hominũ duo genera 246
ingenium quomodo fouendum 42
ingenium à pituita ſuffocari ſæpe 11
ingenium inſtabile unde

de 16
ingenio repueraſcere pag. 77
ingenio frigus obeſſe pag. 29
ingenioſos furioſos eſſe ſolere 14
ingluuies ab omnibus partibus illaudata pag. 587
ingluuiei uitia 47
intelligētiam in anima fulgere 257
intemperantiam quid ſequatur 472
intuitu interimere 202
intybus uel intyba pag. 459
Ioannes Canuſius 273
Ioānes Marlianus 214
iuglandium arborū umbra nociua 463
Iupiter inter Solem & Venerē medius qualitate effectus 148
Iupiter Græcis uita appellata 147
iupiter mūdani corporis uita 270
iupiter generationis princeps 151
iouis imago 212
iouis radios temperamentum nullum deſiderare 151
iouis gratia inter Solē et Venerē media 145
iouem eſſe ſolem temperatum 149
iouem ſoli ſimilimum in multis excellentibus muneribus 143
iouem omnes naturæ potentias iuuare pag. 150
iouialem naturam referre 106
iouialibus quando utendum 132
iracundos eſus leguminum facere 489
Iſaac philoſophus 75
Iſagonus uetuſtus ſcriptor 415

iſtitium digeſtionis difficile habetur 496
iter ingrediẽtibus quid obſeruare debeant pag. 467
itrion placenta ex melle confecta 540
iuuans pater Iupiter pag. 150
Iuuenalis locus 534. & 533
Iuuenalis locus 507
iuuenes purgãtibus medicinis cito ſeneſcere 105
iuuẽtutis præcepta 66
ad iuuentutem ſeruandam tria 120
iuuentutem Plato ab artibus contẽtioſis arcet 610
iuuentutẽ reddere herbis quibuſdam 225

L

Labor qualis eſſe debeat 435
labor ſtomacho planè uacuo fortis non ſit 447
labor corporis mẽbra uegeta reddit 436
laboribus corpus aſſuefaciendum 64
lac quibus proſit 52
lac caput dentibus non dandum 525
lac nuperrime mulctum mane bibendum pag. 524
lac è nigro pecore melius 517
lac uitandum tempore peſtis 289
lac ſenibus prodeſt 85
lac cum uino ingeſtum lepræ cauſa 565
lac an ſit dulcis ſaporis pag. 561
lac cum rebus aceroſis non eſſe edendum pag. 564
lac coagulatum poſſe ſuffocare 525
lac amygdalinum 527

lac

lac aſininum 526
lactis utilitas 524
lactis magna differentia 526
lactis & mellis contraria natura 52
lactis copia quomodo paranda 524
lactis potus 468
Lacedæmonij ueneri dediti 459
lactucæ uis 494
lapides quare non generent 139
lapidis è draconis capite exectii hiſtoria pag. 195
lapidum quorũdam potentiæ 193
lapilli Phœbei 192
laurus aßidue tangenda 191
lazulus lapis 222
legumina quomodo tẽperanda 438
leguminum uis 686
à leguminibus mulieres grauidæ abſtineant pag. 489
lentis uſus à Galeno reprobatus 487
leo cui parti corporis præſit 167
leporina caro 516
leporis caro 70
lepræ cauſa 565
libra quibus partib. corporis præſit 167
lien praui ſucci 519
lienis tumores unde 16
lintea aceto madefacta pag. 341
liquidarum medicinarum uſus 45
liquiricij ſuccus 31
liquorem eſſe uehiculum cibi 569
literæ hirci adipe inſcriptæ lapidi 2·9
literati quibus morbis obnoxij ſunt 11
literatos ſæpe deſipere pag. 11
literatos eſſe Mercuriales

riales 251
lixiuium contra peſtem bibere 331
loca inſaluberrima 422
lotos Phœbea 190
lucubrationibus tempus aptum 27
luna cum Ioue coniuncta felicior 145
lunæ augmentum 152
lunæ quatuor officia pag. 153
lunæ imago 213
lunæ aſpectus quando gratioſa largiatur pag. 156
lunæ quatuor ætates pag. 156
lunaris herba 192
lunares populi 240
de lupinis & uino comparatio 619
lupus piſcis 531
lupus laneus 535
lupus ſalictarius 558
lupulus 558
lycurgum mulieres ad leges reducere non potuiſſe 459
lycurgum exercitationes quæ manibus in altum ſublatis fiunt prohibuiſſe 446

M

MAcies unde pag. 447
magia duplex 268
magiæ duo genera 269
magi qui Chriſtum adorarint, qui nam fuerint 268
magi quid Perſarum regi conſuluerint aduerſus peſtem 311
magus qui proprie dicatur 260
magorũ medicina 116
magnanimus medicus pag. 386
magnes cur ferrum trahat 193 & 194
manes Achillis euocatæ 237
mania unde 15

man-

mangia uerra uina pag. 546
manus ſiniſtræ exercitatio 444
maris acceßus & receſſus 148
marathrum dulce ſenibus prodeſſe 82
marathri uſum uiſum ſeruare 39
marcellus Vergilius Florentinus 459
marſilij locus 520
marſilium librum de religione Chriſtiana ſcripſiſſe 264
maſculus quando coniugium inire debeat pag. 592
martialis loca obſcura pag. 441
martialis locus 992
martialis locus 533
martialis locus 536
martialis locus 580
martialis locus 593
martis imago 212
materialis actio 185
martialis uirtus quid deſideret 379
matricis ad odores mutatio 113
medicatio pueris & ſenibus periculoſa pag. 398
medicina ſine fauore cœleſti eſt inanis 267
medicinæ exordium pag. 232
medicinæ plus curandæ quàm imagines pag. 218
medicinam ſumere quãdo noceat 167
medicis quiſq; ſuiјpſius ſit 104
medicum qualem ſacræ literæ iubent honorari 267
medulla 519
melancholia eſt duplex pag. 15
melancholia aduſta in quatuor ſpecies diſtri-

ſtribuitur 15
melancholiæ uis 17
melancholiam quid reprimat 158
melancholiam ſoluendi pharmaca 42
melancholica qualitas pag. 13
melãcholicus humor inueteratus quomodo irritandus & ſoluẽdus 46
melancholicum tres rationes facere 14
melancholici humoris cauſæ 211
melancholicorum cibus 516
melãcholicos fuiſſe omnes claros uiros 698 & 609
melancholicos aliquando non humanos, ſed diuinos uideri pag. 15
melancholicis ſyrupi utiles 41
mel crudum 539
mel cibus ſenibus gratus 87
mel ſubtrahit Galenus hetica febre laborantibus 539
mel ſenibus utile 599
mellis odor 112
membra præcipua quæ foueant 35
membra quæ quiſq; planeta in ſigno quolibet habeat 156
membra quando fouenda non irritanda pag. 154
membra quando medicinis feliciter foueantur 167
membrorum fouendorum ratio 156
memoria labilis unde (16
memoriæ hebetis remedia 52
memoriæ quid proſit (29
memoriam tribus iuuari 42

Men-

INDEX

Mengus phyſicus 214
mens ſacra 21
mentis aciem quid obtundat 22
mentis intentio remittenda 28
menſæ dux in nouē diei horis 72
menſura principiū primum omniū 138
menthæ uis 181
mercatorū quorundam mos 428
mercurialia quæ 134
Mercurius ſermonum autor 95
mercurius ſemper Apolline plenus 165
mercurius ſicciß. 12
mercurij imago 213
mercurio inueſtigatiōis officiū tributū 7
mercurium eſſe quodā modo aerium 154
mercuriū qualitates cœleſtes miſere 155
mercurium ad doctrinæ inquiſitionē inuitare 11
meridianus æſtus uitandus tempore autumnali 421
per meridiem quieſcendum calidis temporibus 468
merlucius piſcis 537
merulæ auem ſimilē ex ſaluia 261
metalla quare non generent 139
milij uis 527
minerua qua moderatione colenda 61
minerua dei uitalis origo 60
minerua in uita aliqd agere 246
mithridati uis 35
Monpeßulanus medicus 386
morbilli 487
morbi uarij generis unde oriantur 484
morbi ſubitariam opē medicinæ deſiderātes pag.

pag. 396
moribundis uitā poſſe produci 129
mortem naturalem differre poſſe aſtrologiæ & medicorum præſidio 118
mulier imprægnata quomodo ſe gerere debeat 602
mulieres quaſdam infracto animo fortunæ ictus pertuliſſe 629
muli uita 590
mullus 534
mundanum corpus ubique eſſe uiuum pag. 138
mundicies noſtræ naturæ amica 577
mundus animal 133
mundum eſſe animal pag. 259
mundū uiuere atq; ſpirare 141
murænorum familia pag. 534
muſchata nux 88
muſica nunquam intermittenda 77
muſicam totam ab Apolline procedere pag. 236
muſæ quare uirgines pag. 21
muſarū reſponſum Veneri 21
muſarum nouem templum 7
mutationem ſubitā lædere naturam 454
myrobalani ſenectutē morantur 79
myrobalani conditæ meliores 115
myrobalani uirtus 180
myrobalanis uarias ineſſe uirtutes 80

N

NAſo tēpore peſtis quid admouendum pag. 295
natura debilis nutrimentorum

torum pondere non ſatiganda 87
natura certa quædam maga 259
nauigatio phthiſicis utilis 460
nauſeam quid tollat 40
necem quare ſibi multi aſciſcant 607
ne quid nimis, adagium pag. 99
neruos alere frugũ potus 558
nicoli pilulæ 299
nilum ſurdos facere pag. 584
niualis aqua 544
noctuas imitari 25
nocturnæ quietis commodum 26
nocturnæ lucubrationes ſtudioſis aduerſæ 24
nox ſomno tributa 23
nuptui quando puella tradenda 592
nutrimentum ualidius pag. 503
nutrix infantis parum uini bibat 555

O

Obeſi quomodo graciles fiãt pag. 449
obliuionis remedia 52
oculorũ acumini obeſſe Venerem 593
oculorũ ſtomachi ſympathia 573
oculorum rubores indicium peſtis 288
oculorum caligatio unde 473
oculis nocet labor in æſtu ſolis factus 454
oculis oleum nocere pag. 540
oculis caligantibus quomodo medendũ 38
odor nutriens 112
odore ſpiritum nutriri pag. 108 & 109
odore quoſdam populos uiuere 171

odores ſuaues conducere 31
odores corpus reficere 170
odoribus quibus utendum 74
odoribus frigidis quando utendum 296
odus Patauinus medicus 572
oleum leniter mordere pag. 540
oleum tuſsim ſuſcitare pag. 541
oleum ſambucinum 53
olei de ſcorpionibus cõfectio 313
olei natura 540
oliuæ ſalſæ 496
olfactum à ſeipſo nihil pati 228
ophthalmia cõtagioſus morbus 416
opimiana uina 551
opportunitas temporis medicis obſeruanda 148
oratio qualis eſſe debeat 237
Origenes uerbis certã uim tribuit 230
orobus 487
orthopnoicis aer incluſus inimicus 421
ocium ruſticationis pag. 438
ocium membrorum quid mali importet pag. 13
ocio mœrere ſtomachum 35
Ouidij loca declarata pag. 495 581. 616. & 603
oues ſaluberrimæ 514
oues fieri pulmonarias pag. 514
ouina pellis 430
ouiũ caro robuſtis corporibus apta 515
ouium caro utilis 612
oui teſtam impletã rore cœli eleuari 260
oui uitellus ſanguinem repa-

reparta 71
ouorum figura longa & candida 523
oua quomodo diu ſeruanda à corruptela pag. 523
oua quæ belliſsime nutriant 522
oua recentia & uetuſta pag. 523
oua in ſartagine fricta pag. 522
oua aſſata 522
oua coctione diſtingui pag. 522
oua putreſcere inter coquendum 522
oxhalme piſces 534

P

PAlladis arces 10
Palmæ uis 190
Paludes 424
paluſtria loca 423
panis elotus 490
panis qualis edendus pag. 70
panis aſſus ſuper prunas 518
panis portio quadrupla ad herbas 501
panis cruſta mali ſucci 501
panificij in uſum quale frumentum eligendum 501
pantaura omnium in ſe lapidum uires continet 190
parcitas in omni uictu pag. 120
partus iuueniles imperfecti 591
paſceres piſces molles pag. 537
patris familiâs officiũ à multis deſcriptũ 8
pauonis caro 520
pauonum caro 70
pauor ſub tonitru 214
pectendi ratio capitis pag. 27 (419
pectori quid noceat
pecus nigrũ robuſtius albo 517

pentaphylli uis 181
perca piſcis 531
perdicum caro 70
perforata herba 192
Perſarũ medicina 326
perſicum pomũ ubi uenenum 73
peſtis poſt terræ motũ pag. 288
peſtis quid & qualis pag. 278
peſtis fugienda 282
peſtis uapor qua ratione homini contrarius ſit 278
peſtis è terra prodeuntis ſigna 281
peſtis ſæuitia in fortes pag. 369
peſtis curãdæ phyſicæ rationes 321
peſtis tẽpore qualis habitatio eligenda pag. 288
peſtis propinquæ præſagia 375
peſtis fomenta 280
peſtis ſigna indicia 285
peſtis cura per artẽ chirurgiæ 343
peſti quæ corpora obnoxia 281
peſtem eſſe draconem cum corpore aereo pag. 298
peſtem ex alio in alium tranſire 282
peſte laborantes cur ſibi ſani uideantur pag. 286
peſte moriens poſt ſeptimũ diem, eſt ex incuria mori 349
peſte qui liberatus in aquis frigidis 342
in peſte quæ uitanda pag. 289
in peſte obſeruãda quæ pag. 311
peſtilentiæ uenenoſus uapor etiam ad bienniũ in pariete ſeruatur 256
ad peſtilentiæ morbum

INDEX

conſilia 277
Petrus de Tußigniana pag. 329
Petrus Aponenſis 196
Petrus Ebanenſis philoſophus 49
phalangiæ uis 202
phalangio quoſdam in Apulia tangi 237
phaſianarum caro 70
phaſiolus 487
philoſophos à Ioue proficiſci 147
philoſophi ſingulares unde euadant 19
phlebotomiæ uſus 309
phlegma quid attenuet pag. 463
Phœbus & Bacchus ſemper indiuidui fratres 119
Phœbus muſarum dux pag. 28
Phœbus medicinæ & poeſis inuẽtores 28
Phœbus uates medicinæ præponitur 232
Phœbi officium 7
picus mirandulanus comes 272
pila turgida 442
pila trigonalis 441
pilæ paruæ commoditas 440
pilo cum lacte hauſto quendam fuiſſe præfocatum 525
pilulæ Iudæi 52
pilulæ Indæ 44
pilulæ lucis 39
pilulæ cocchiæ 52
pilulæ Nicoli 299
pilulæ Marſilij 36 & 301
pilulæ theriacales 302
pilulæ lapidis lazuli pag. 44
pilulæ aureæ uel magicæ 41
pilulæ ſine quibus à poſterioribus 37
pilulæ ex fumo terræ pag. 39
pilulæ ex trochiſcis a-

garici 37
pilulæ ad humores uitioſos molliēdos et expurgandos 43
pilularum Indarū uſus pag. 52
pilularū confectio 36
piperata 366
piſcis maris laudatur pag. 531
piſces quomodo coquēdi & cōdiendi 538
piſces præeſſe pedibus pag. 167
piſces uitandi tempore peſtis 289
piſces ſpinoſi ac ſquamoſi 531
piſces ſaxatiles 532
piſces qui eligendi 531
piſcium uaria genera pag. 530
piſcium caro facile corruptioni obnoxia pag. 414
piſcium in uſu adhibenda cura 532
piſis an ſit inflandi uis 487
piſorum alborum ius pag. 488
pituita craſſo quando dominetur 23
pituita petens uitam nominata 59
pituitæ exundantis remedium 37
pituitæ ratio habenda pag. 30
pituitæ uitandæ præcepta 29
pituitam & atram bilē uexare ſtudioſos 11
plaga noua 28
plaga quomodo peſtilētialis mundificanda pag. 356
plaga cœli duodecima carceri & tenebris aßignatur 23
planetæ ſinguli quibus uirtutibus cōmodēt aut officiant 146
planetæ quando fortes pag.

pag. 152
planetarum dignitas pag. 162
planetarum ſingulorũ ſtudia 136
planetarum aſpectus pag. 144
planetas tres contemplationi ſeruire 22
planetas habere ſeptem gradus 231
planetis quomodo in medicinis utendum pag. 164
à planetis quæ adminicula accipiant 88 & 89
plato quatuor bona humana enumerat 388
Platonis ſentẽtia de dæmone uniuſcuiſq; 245
platonica ſententia de Venere 21
Plauti locus 492 & 525
pliriſarcotici confectio pag. 38
ploratus exercitationis uitæ pueris 457
pluuialis aqua quare tam cito computreſcat 544
podagra quare eunuchi non laborent pag. 473
podagrici homines quare multi 473
poeticas fores fruſtra abſq; furore pulſari 14
polybus medicus 383
pororum cura habenda 312
Porphyrij epiſtolæ 185
porrum 500
porticus Græcorũ quare inſtitutæ 438
potio frigida inutilis ſudãti ex labore 467
potiones dulces duplicem adferre utilitatem 560
potionib. ſubinde intermixtis aluũ ſolui 568

potus ſitim expectet pag. 33
potus parcior ſit in hyeme 478
à potu menſa incipiat pag. 71
præcordia quomodo fouenda 156
præcordijs coitus nocet 155
prandendum an ſit largius 573
à prãdio laboribus parcendum 574
prata amœna quid conducant ſtudioſis 32
prophetiæ quibus conueniant 263
Prometheum uitam rapuiſſe 185
pſellus platonicus 185
pſelli tempora 496
pſora quid 5'5
pullaſtræ caro 521
puella qualis eligenda pag. 84
puellæ intemperatiores quæ 592
puelli in ſordibus iacente hiſtoria 577
pullorum caro 70
punici pomi ſuccus 31
pueri uſq; ad annum quintum ad labores non ſunt cogendi pag. 470
puerorum ploratus nõ cohibendus 457
pueros & fœminas peſte capi plurimum pag. 284
pueris uina non danda pag. 553
pueris quas exercitationes Galenus concedat 470
purgationes ſenũ 104
putredo mater morborum 435
putrefactio cita unde pag. 69
putreſcere facile immota 412
Pythagoram tria celebrare

brare 120
pythagorica carmina obſecrari Iouē 246

Q

Quadratus aſpectus 166
qualitas melancholica pag. 13
qualitas putrefaciens pag. 42
qualitates elementares pag. 206
quartana febris unde pag. 16
quies peregrinantibus à cibo neceſſaria pag. 463
quietis utilitas 450
quinta eſſentia 139

R

Radicula 499
radij cœleſtis uis pag. 201
radios ſiderum terræ molem ad centrum uſq; penetrare 200
ranæ lingua audaciam augere 158
raphanus 500
raphanus cum aceto edendus 289
raphani ſylueſtris uis pag. 372
Raſis remedia qualia pag. 291
regio calida & modice ſicca 426
à religione ſancta nihil prohibitum tēnemus pag. 162
renum dolores quid mitiget 190
repletionis nomen 586
riſus obeſt craßis hominibus 605
riſus profuſus uitandus pag. 77
robus quid 505
roſtra & pedes animalis 519
rugoſitas ſenilis unde pag. 69
ruptoria cōpoſita multa 350

ruptoriorum deſcriptio 345
rutæ uis 181

S

Sabbatum quare Moſes mandarit 243
ſacchari facultas 85
ſacerdotes quam herbam in purificationibus ſuis adhibuerint 181
ſacerdotes priſcos fuiſſe medicos & aſtrologos 266
ſacerdotē initiatū oportere renaſci 3
ſagæ cur infantium ſanguinē exugant 85
ſagittariū fœmori præeſſe 167
ſal foßilis 559
ſal ſiccißimus eſt ſalſiſſimus 559
ſalſa ſtimulare uenerē pag. 569
ſalmo inſalubris piſcis pag. 536
ſaliua canis rabidi 86
ſaluiæ qualitas 82
ſalpa piſcis 537
ſaltatio liberali uiro digna 442
ſaluiæ uirtus 181
ſanguinei qui 308
ſanguis bonus 64
ſanguis porci an laudatus à Galeno 520
ſanguis quando minuendus 308
ſanguinis mittendi regulæ 47
ſanguinis extractio quando fieri debet pag. 325
ſanguis humanus qualē uirtutē habeat 86
ſanguis adoleſcentis ſenex ſugat 85
ſanguis ſuilla calens bibenda 85
ſanguis quando minuendus 175 (10
ſanguis ſpiritui ſeruit

ſan-

ſanguis denſus, ſiccus & ater unde 13
ſanguis bonus longæ uitæ utilis 66
ſanguinis abundantioris notæ 47
ſanguinis utilitas 47
ſanguinis diffluentis remedia 67
ſanguinem accendi in ira 603
ſanguinem quid firmet pag. 159
ſanguinem in aurora moueri 23
ſanis conuiuere conducit 88
ſapientiæ domus 28
ſapor ad Solem pertinet 176
à ſapore dulci contraria 562
ſapores ad ſpiritum naturalem pertinent pag. 176
ſapores dulces an probandi 33
ſaporum ratio 558
ſaporum accruationem eſſe peſtiferam 363
atietas literatis nocet pag. 21
ſatietas præpropera pag. 567
ſatietas cibi cauenda pag. 33
ſaturitatis termini naturæ neceſſitate definire 477
Saturnus quibus amicus 240
ſaturnus ſenibus domeſticus 90
ſaturnus & Venus æquæ fugiendi 102
ſaturnus orbis ampliſſimi caput 241
ſaturnus perſeuerantiã in doctrinis efficere 11
ſaturnus altiſſimus planetarum 12
ſaturni qualitas ſpiritui inimica 172
ſaturni influxus 242

Saturni uenenum latet ceu ſulphur à flamma 242
ſaturni die nulla imago ſculpenda 221
ſaturni imago 212
ſaturnum corpus noſtrum relinquere frigidum & ſiccum pag. 214
ſaturnum perſeuerantiæ dominari 135
ſaturnum aliquid habere in auro 135
ſaturnum ſignificare ſenes 76
Saul quomodo ab inſania liberatus 32
ſcinaglia piſce 537
ſclarea ſylueſtris 32
ſcholarum prudentiam requiri 609
Scipionis Africani uox pag. 437
ſcopæ tactus rabiem ſuſcitare 219
ſcopæ uis 202
ſcorpio genitalibus præeſt 167
ſcorpionis ex ocymo pag. 260
ſcribendi uia duplex artium ſcriptoribus pag. 381
ſcriptores noſtri ſeculi pag. 610
Scytharum mos in conuiuijs 619
ſcythicæ fœminæ intuitu interficere ſolo pag. 202
ſedilia frigida cauenda pag. 471
ſegnities unde 16
ſelbaſtrella herba 290
ſelinitis 192
ſellarias operas exercẽtes, quare à militia olim reiecti 471
ſemen ſanctum 309
σιμκδαλιτα 508
ſenectus intempeſtiua unde ueniat 87
ſenectus frigida & du-

ra 76
ſenectus præpropera unde 103
ſeni oblectamenta uaria captanda 77
ſenes ſæpius cibis reficiendi 571
ſenes peſti minus obnoxij 285
ſenes frequenter reficiendi 87
ſenes quare obtuſius cernant 455
ſenum medicina 76
ſenibus ouium carnem non prodeſſe 515
ſenibus exercitatio mẽbrorũ diſſuadet Galenus 444
ſenſus quinq; 95
ſentianæ uis 180
ſeptimus annus quiſq; iudicatorius 118
ſerapidis pectori crux inſculpta 211
ſerpẽtes qui impune tãgere poßint 372
ſerpentes fugere peſtem pag. 281
ſerpentes marathro ſibi mederi 267
ſerpentum multitudinẽ facere in ædibus pag. 269
ſerpentaria herba 189
ſeruitus uita noſtra perpetua 256
ſetina uina 546
ſextilis aſpectus 144
ſiccitas prudentiæ familiare 612
ſidera homines & bruta poſſe 226
ſignum quolibet à ſolis communione reddi ualidius 216
ſiligo quid 505
ſimile ſimili nutriri pag. 108
ſimiliora magis conferre 131
Socrates pudicus 88
ſocrates à peſte immunis 372

ſocrates præſentia quãtum profuerit 251
ſocratis domus 427
ſocratis conſtantia pag. 624
ſocratem Apollo ſapientiſſimum iudicauit 54
ſolaria quæ 131
ſolis oculis lapis 190
ſol animalibus nocturnis inimicus 240
ſol in planetis omnibus pag. 135
ſol in qua plaga maxime gaudeat 28
ſol quando potẽs ſit 28
ſolis imago 212
ſolis uis in aerem 23
ſolem quatuor uicibus mutationem cauſare in aere 311
ſolem Ioue ualidius agere 154
ſolem ſpiritum uitalem cor ſignificare 147
ſolem accipere non ubiq; tutum 158
in ſole omnia contineri pag. 142
ſomnus nocturnus optimus 578
ſomnus à balneo utiliſsimus 579
ſomnus meridianus tẽpore peſtis uitandus pag. 293
ſomnus diurnus nunquam bonus 72
ſomni utilitas 579
ſomni tempora 580
ſomni tempus legitimũ pag. 585
ſomno nimio puerorum proceritatem impediri 580
ſomnum alicui in trienio non contigiſſe pag. 411
ſonus aquarum 584
ſordes à corporis cute extergendæ 29
ſordes à cute detergendæ 63

ſori-

ſoricũ multitudo in nauibus ſale onuſtis pag. 560.
ſpecies humana planetis ſubiecta 134
ſpeculum inficere menſtruoſa fœmina 20
ſpelta 557
ſpermatis profluuionẽ obeſſe 21
ſpermatis fuſione corpus rarefieri 591
ſphærarum cõſtructio pag. 222
ſpiritus perſpicuus quid generet 31
ſpiritus animalis origo pag. 110
ſpiritus noſter quomodo mundi ſpiritum hauriat per ſolis radios 170
ſpiritus ſubſtantia quomodo recreãda 173
ſpiritus mundi 139
ſpiritus definitio ſecundum medicos 171
ſpiritus toti qui fermẽ ſunt 252
ſpiritus alimenta 253
ſpiritus animalis tria fōmenta 10
ſpiritus inſtrumẽtũ 10
ſpiritus animalis tria fōmenta 110
ſpiritus nutriri per odores 110
ſpiritus quomodo recreandus 77
ſpiritus recreati 25
ſpiritus reſoluti quomodo inſtaurandi 13
ſpiritus ſanguinem ſequi 23
ſpiritus uapor quidam ſanguinis 10
ſpirituum diſtractio mala 103
ſpirituum cura habenda 111
ſpirituum diſtractionẽ remorantes medicinæ 114
ſpirituum cuſtodiæ nos debo

debere attentos eſſe pag. 53
ſplenem lædere dulcia omnia 561
ſpondilus piſcis 537
ſquamas agnatas ac ſpinas puritatem ſignificare 531
ſtrangulatio metuenda pituitoſis naturis pag. 449
ſtare ſenes diu non debent 470
ſtellarum fixarum uſus & uirtus 157
ſtellarum ſpiritus 226
de ſtellis fixis ratio 137
à ſtellis res multas pendere 188
ſtercorare agros deterrimum 73
ſternutamenta quid euocet 463
ſterquilinium Heſiodũ in re ruſtica prætermiſiſſe 73
ſtomachus cholericus melius cõcoquit bubulam carnẽ, quàm piſces ſaxatiles 575
ſtolidi & ſtupidi unde pag. 15
ſtomachus quando fouẽdus 156
ſtomachi curatio 33
ſtomachi partes 451
ſtomachi ima pars primæ digeſtionis ſedes 450
ſtomachum exercitatione gaudere 35
ſtomachum coitu labefactari 21
ſtomachum multo calore indigere 24
ſtomacho quid proſit pag. 29
ſtomacho quæ amiciſſima 33
ſtomacho imbecilli qui ſint 579
ſtriges 85
ſtudia an conducat produci 27

ad ſtudia quando reuertendum 611
ſtudioſi quare colore pallidi 443
ſtudioſorũ præcipui hoſtes 21
Symphoriani Campegi locus 553
συγκέμιστος 508
ſyrupus diuinus 329
ſyrupus optimus 337
ſyrupus acetoſæ 337
ſyrupi melancholicis commodi 41
ſuccinium ad polum ſe habet 194
ſuffocationi quid occaſionem det 65
ſudor quorum magis oleat 435
ſuilla caro aſſa 512
ſuillæ carnes 70
ſus annicula 512
ſus mundiſſimum cubile poſtulat 501
ſues è partu lactantes magis furere 570
ſurdos facere Nilum pag. 584
ſurgendum ante lucem pag. 26

T

Tabe qui facile inficiãtur 475
tactus longè ab intelligentia ſegregatus 21
taurum collo præeſſe pag. 167
taxi uis uenenoſa 463
temperies optima & corpori & menti prodeſſe 422
tempus natura liquens pag. 274
tempus quid poſſit 183
temulentiæ mala 472
tenebrarũ domus 23
Terentij locus 508 & 622
terræ ſigillatæ uis 339
terræ altricis facultas pag. 73
thebani obtuſi 421

Thebith aſtrolog. 217
Thebith philoſophus pag. 159
Themiſonis medici ſcripta non extare 184
theriaca quomodo contra uenenũ nobis opituletur 181
theriaca nulli remedio poſtponenda 53
theriaca agreſtium pag. 500
theriacæ efficacia 297
theriacæ probæ indicia pag. 297
theriacæ utilitas 35
theriacales pilulæ 302
thuris uis 181
thuris utilitas 38
timor ſubitarius quid poßit 604
toni ſtellas qui conueniant 232
torpor unde 16
torpedinis uis 202
toxicum unde 463
tranquillitatis nomen pag. 602
træcenij quale reſponſum acceperint 592
trinus aſpectus 144
tripheræ uſus 114
triſtitia noxia 607
triticum quid 505
triticum in quæ loca recondendum 502
trutæ piſces 537

V

Vacuatio multis incommodis afficere 399
ualetudinarij à nouo uino abſtineant 552
uariolæ 287
Varronis locus 528
uectionẽ uarias habere ſpecies 460
uena à ſtomacho pertingit ad oculos 541
uena paralytica 317
uenenum quomodo intret in hominẽ 370
ueneno contraria eſſe uitæ ſalutaria 114

uene-

uenenorum non una qualitas 324
Venus Gratiarum mater 8
uenus Muſicū æque parit ac medicum 5
uenus & Saturnus inimici planetæ 102
uenus olim Muſis minitabatur 21
ueneris imago 213
ueneris gratiā quomodo cōcilianda 135
ueneris uſus 390
uenerem quid reſtinguant 465
uenerem cum Luna perfectiſſime ſonare 143
uenerem ſero inchoatā à Germanis 593
uenerem ſignificare iuuenes 76
uenerem nos ſpoliare iuuenta 96
uentus qui ſalubris 293
uenti duodecim 431
uenti à mare prorumpētes ſicciores 432
uentorum natura 431
uentorū naturis Plato multū tribuit 433
uerbenæ uis 180
uerbis atq; cantibus uires ineſſe 230
uergilij locus 514
uermium dolore infirmari 287
uermibus pueri cum ſcateant quomodo medendum 309
uertiginoſis remedium pag. 470
ueruecis anniculi caro pag. 70
Veſtæ deæ templum in urbibus medio conſtructum 199
ueſtes quæ commodæ pag. 430
ueſtes infectas utentem poſſe inficere 257
uicinus malus 629
uictus ſiccus 518

uictus ratio tempore peſtis 285
uictus ratio quolibet anno utilis 378
uigiliæ ad multam noctem poſt cœnã 22
uigilijs extenuatis quomodo medendũ 51
uillæ ſplẽdidiores 437
uinariæ cellæ feneſtræ ad ſeptentrionẽ ponendæ 492
Vincentius Madius pag. 496
uinum mœrorem animi diſcutere 619
uinum pueris negandũ uſq; ad annum ætatis decimum octauũ pag. 552
uinum quæ mala comitari ſoleant 588
uinum aqua ferrata dilutum tempore peſtis utile 288
uinum aquoſum 75
uinum aquoſum & debile fugiendũ 549
uinum craſſum 29
uinum nigrum ingeniũ debilitare 546
uinum quale ſtudioſis conueniat 31
uinum coniugibus quũ procreare liberos uolunt, nõ dandum pag. 553
uinũ bibant ſenes 555
uinum rubeum 34
uini moderatus uſus & immoderatus 587
uini abuſus 31
uini qualitas et ſubſtantia 75
uini odor ante omnes nutrit 113
uino atram bilem miteſcere 552
uino ſenectutem molliri 76
uino uetuſto hauſto purum interijſſe 549
uina flaua 547
uina optima quãdo Romæ

mæ nata 550
uina turbida noxia pag. 292
uina nigra & rubella pag. 493
uina in annos ducentos duraſſe 550
uinorum uaria eſſe genera 546
uirgo præeſt inteſtinis pag. 167
uirgines Muſæ & Minerua 21
uiridium uſus 92 & 93
uitalis uirtus ubi uigeat pag. 19
uita communis 169
uita ſenis quomodo proroganda 79
uitam diligentia lõgam conſequi 57
uitam tanquàm lumen in naturali calore conſiſtere 58
ad uitam producendam quid conferat 215
uitæ quinq; gradus 96
uitellus cordis ſanguinem recreat 77
uitis aqua 19
uitulus à Iudæis erectus 185
uitulus marinus 190
uituli iuuenis caro 70
unguibus caput ſcalpendum 27
uoces medium planetarum gradum obtinere 231
uoltolina uina 546
uoluptas ſpirituũ quædam eſca 102
uoluptas uera in qua re conſiſtat 606
uomitionis genus 598
uomitionum utilitas pag. 461 & 462
uomitus ne fiat cum uiolentia 324
uomitus quãdo nõ prouocandus 167
uomitũ quid maxime moueat 548

urinæ ciendæ ratio pag. 466
urinæ ſecretionē quærere 590
urinam bibere contra peſtem 331
urſæ maioris cauda 158
uter uiatorius anguſto ſiphone 469
uulpina pellis quibus utilis 430
uulpium pelles medicos prohibere 256
uultus cœli 208

Z

Zea 557
zedoaria ſenibus utilis 81
zedoariæ uis 182
zinziber ſenibus prodeſt 81
zinziberis uis 180
Zoroaſtri ſectatores 185
zoroaſtrem pro bibere barbara uerba imitari 230
zythus 503
zythi coctio 556

FINIS.

BASILEÆ APVD HÆREDES ANDREÆ CRATANDRI, ANNO M. D. XLIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Series chartarum.

* *a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x*
y z A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Z.

Omnes quaterniones, ſed a et Z *ſunt duerniones.*

Digitized by Google

